BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
10
5
19

Liber Hebraeus:
XIV A 30

Digitized by Google

HISTORIA ORIENTALIS

16.5.1.19.

QUÆ EX VARIIS ORIENTALIUM MONUMENTIS COLLECTA,

agit

De MUHAMMEDISMO, ejúsque cauſis tum procreantibus, tum conſervantibus; inprimis de Muhammedis Ortû, Pſeudoprophetia, Æmulis, Dogmatibus, Hegira, Prœliis, Succeſſoribus, Morte.

De SARACENISMO, ſeu Religione veterum Arabum.

De CHALDAISMO, ſeu Superſtitione Chaldæorum, Nabatæor. &c.

De STATU CHRISTIANORUM & JUDÆORUM tempore orti & nati Muhammediſmi.

De VARIIS inter ipſos Muhammedanos circa Religionis dogmata & adminiſtrationem SENTENTIIS, SCHISMATIS & HÆRESIBUS excitatis.

Acceſſit, ex occaſione GENEALOGIÆ Muhammedis, plenior Illuſtratio TAARICH BENE ADAM, quâ, ex ipſis Arabum Scriptis, Vita & Res geſtæ Prophetarum, Patriarcharum, quorundam etiam Apoſtolorum, Regum Perſiæ, aliorúmque ab Adamo ad Muhammedis uſque natales in orbe degentium & regentium, explicantur.

Editio poſterior & auctior, charactere novo Orientali nunc primùm veſtita.

Authore

JOH. HENRICO HOTTINGERO,

TIGURINO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TIGURI,

Typis JOH. JACOBI BODMERI.

Anno M DC LX.

D.PROB.ROM.S.J.

in-5-1-19

Viris Magnificentiſſimis, Nobiliſſimis, Ampliſſimis, Prudentiſſimis,

D. SOLOMONI HIRZELIO, } alternis Conſulibus.
D. JOH. RODOLPHO RHANIO, }
D. JOH. HENRICO WIRZIO, }
D. JOH. LUDOVICO SCHNEBERGERO, } Quæſtoribus.
D. JOH. CONRADO WERDMYLLERO, }
D. JOH. HENRICO RHANIO, Archiœconomo.

Patriæ Patribus, Mæcenatibus optimis, Εὐεργέταις liberaliſſimis, Scholarchis primis.

NEC NON

Reverendis & Clariſſimis Viris,

ECCLESIÆ & SCHOLÆ TIGURINÆ PASTORIBUS & PROFESSORIBUS.

Dominis, Patronis, ac Collegis, omni officiorum genere colendis

HISTORIAM HANC ORIENTALEM

offert

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS.

Digitized by Google

DEDICATIO.

HIſtoriam, quam, à rebus quas tractat, *Orientalem* appellare, in paginarum frontiſpicio, placuit, Vobis, VIRI AMPLISSIMI; CLARISSIMI, offero. Illa verò quid polliceatur, etſi tum ex ipſo ſtatim limine, tum etiam ex ſingularum pagellarum titulis colligere ſit proclive, pauca tamen de ſcopo ſuſcepti laboris diſſeram.

Obſervavi hactenus, neminem facilè tam ex Theologis, quàm ex Hiſtoricis reperiri, qui, urgente ſic ordine, & rerum, quas explicat, neceſsitate, ſuas quoque vires, vel in referandis, vel in refutandis Orientalium quorundam, Muhammedanorum maximè, ſuperſtitionibus, periclitari non voluerit, methodo non tantùm diverſa, ſed & ſucceſſu multùm variante. Vidi & hoc, ſuperciliosos quoſdam eſſe momos, & moroſos ſtentores, qui ſatis laudum inter ſuos conſequutos ſe autumant, quando aculeos non modò ſuos, ſpicula atque dentes, canino rictu Reformatæ Religionis aſſeclis, πρόσσω καὶ ὀπίσσω, infixerint, ſed & monſtra Africana contra eoſdem irritârint. Eò enim impudentiæ procedunt, & imprudentiæ verberones iſti, ut ineptire palàm malint, & inſanire, quàm calumniandi nocentiſsimum caco-

Scopus Authoris geminus.

1.

2.

ëthes deſerere. Unde non verentur, in cauſæ ſuæ patrocinium, eorum etiam abuti nomine, quorum nec res intelligunt, nec ſacra. Putant nempe, facilè ſe imperitiorum ora obthuraturos, ſi vel Orientalium, longiſsimis ſpatiis à nobis diſsitorum, nudam mentionem, quaſi offam, injecerint. Utrorumque in hoc ſcripto rationem habere volui. *Illorum* quidem, omnia ea, quæ ad generalem pertinent Hiſtoriam Orientalem ex Arabum libris ſtudioſè eruendo, fideliter transferendo, & ad uſum multiplicem accommodando : ut ita, quia tot ſcripta peregrina volvere iis vel non vacat, vel non licet, tantum hinc hauriant, quantum ad pleniorem Hiſtoriæ Orientalis cognitionem, ſatis eſt. *Horum* verò; Talionis lege, σκώμματα μαισωνικά, cum fœnore, majoríque veritatis præſidio, refundendo. De Muhammede (ad cujus profectò mentionem inhorreſcere nobis debet animus) deteſtabili illo impudentiæ & inſcitiæ retrimento, ampliſsimíſque ejus pomœriis, quæ projectâ ſuâ quadam audaciâ, & effrenata imperandi cupiditate breviſsimo temporis ſpatio, latiſsimè propagavit, plura nobis dicenda erant; ita tamen ut, ubicunque fuit opus, noſtram ſemper adjunxerimus ἐπίχειρον. Hanc verò telam dum pertexere conſtitui, non exiſtimavi, quicquam me facturum vel à munere meo, vel à Majorum exemplo, vel Mæcenatum & Præceptorum monitis, vel magnorum virorum & ami-

Cauſæ ſuſcepti Operis impulſivæ

amicorum votis, vel denique à temporum, in quæ incidimus, facie & conditione alienum.

Non credebam, extra oleas me vagaturum, vel falcem in alienam meſſem miſſurum, ſi, qui voce hactenus viva Orientis quasdam & linguas & res tradere fui juſſus, ſcripto etiam monumenta ea communicarem, & à blattarum, quibus cum diu ſatis rixabantur, injuria vindicarem, quæ uſum aliquem inter Chriſtianos habitura dubitare non poteram. Quin potius; memor κελευσμάτος Græcorum ἣν ἔλαχες σπάρταν, κόσμει; *Spartam, quam nactus es, orna*; moniti item Hebræorum גרמא דנפל בחלקך גרריה *Os, quod cecidit in ſorte tua, illud rode*; operæ non contemnendum pretium facturum me exiſtimavi, ſi hæc de Orientalibus rebus commentaria in lucem producerem, & conſpectum hominum, ſtudiis ejuſmodi deditorum. *1. Munus publicum.*

Quò me, præter *muneris* demandati *rationem*, & anxiam Spartæ commiſſæ curam, præclarum *Majorum* noſtrorum *exemplum*, invitavit. Illorum quanta fuerit in docendo dexteritas, ſcribendo aſsiduitas, refutando felicitas, proponendo perſpicuitas, agendo celeritas, conſulendo ſagacitas, mirando facilius aſſequimur, quam imitando. Nullum genus vel ſtudii, vel certaminis excogitari poterat, cujus aleam magni illi Heroës non ſubierint. Tritæ nimis ſunt, & notiores eorum cum Pontificiis, Ana- *2. Exemplum Majorum.*

baptiſtis, Schvvenkfeldianis concertationes, quàm quæ aut jejuna oratione, aut indecora adulatione commemorari à nobis debeant: Eorum tantùm labores, quos tum in tractandis & enarrandis Orientalium Hiſtoriis, tum in convellendis eorundem ſuperſtitionibus magno cum ſucceſſu, dignâque aliorum admiratione exantlârunt, paucis perſtringemus.

a. *Bullingeri.* Henricus BULLINGERUS, ut nullum literarii Emporii angulum præteriret non excuſſum, hujus quoque tam abſtruſi ſtudii publicum extare voluit ſpecimen. *Scripſi* (ſunt verba ejus depromta ex Epiſtola, anno 1566. ad filium, *Rodolphum Bullingerum* exarata) *quædam brevia de Turcica religione & Turcis, quæ fortè brevi imprimentur, ut vulgus quoque intelligat, qualis ſit fides Turcica, & quàm potens* Princeps. Nempe, non latuit ipſum, ſic magnus ille loquitur *Calvinus*, (Inſtit. lib. 1. c. 8. S. 2.) *Satanam, ut in multis Dei eſt æmulus, quò ſe fallaci ſimilitudine meliùs inſinuet in animos ſimplicium, ita impios errores, quibus miſeros homines fallebat, aſtuté ſparſiſſe inculto ſermone & ferè barbaro, & ſæpe obſoletis loquendi formis uſum eſſe, ut ſub hac larva tegeret ſuas impoſturas. Sed quam inanis & putida ſit affectatio, vident omnes mediocri ſenſu præditi.* Quàm enim nihil vel ipſa religio Turcica (niſi quantum à Chriſtianis mutuavit) habeat ſani; vel Muhammed

Religio Turcica ſua mole ruit.

ad

ad Propheticum munus, quod thraſonicè de ſe jactabat, ſtatuminandum, ſolidi; vel in Alkorano, variegato illo centone & ἐπικαταράτῳ καθάρματι ſit divini, non argumentorum magno certandum eſt pondere; vel nuda & proletaria lectio impios impii hominis conatus & manibus & mentib. vel communi ſenſu præditorum excutit. Unde *Oſvvaldus Myconius*, Lucernas, Gymnaſii aliquandiu Tigurini Miniſter fideliſsimus, poſtea etiam *Baſileenſis* Eccleſiæ Antiſtes vigilantiſsimus, tanto ſtudio, Editionem ipſius Alkorani urſit, *utile omnino arbitratus, ea ſuperſtitionum monumenta extare, quæ neceſſaria ſunt ad confutandas & traducendas ſuperſtitiones, quæ eò jam invaluere, ut opprimi & extingui, ſublatis è manibus noſtrorum hominum libris non poſſint. Quid enim*, ait idem, *rem Chriſtianam juvet, vel etiam apud nos, ſi libros impios Papiſtarum, quot à noſtris habeantur, conſumamus, cùm apud alios, & eos, quos Domino lucrifacere debemus, retineantur. ---- Quæ rationes ſic me moverunt, ut D. Alberto VVidmenſtadio, Viro* πολυγλωττάτῳ *in Comitiis Ratiſponenſibus author fuerim, ut Alkoranum, quod ipſe Arabicè vertit, purum ederet.* b. *Myconii.*

Theodorus BIBLIANDER, vir & φιλομαθέστατος & πολυμαθέστατος, ut Orientalium linguarum ſtudium ad ſtuporem uſque, & multorum excoluit admirationem, ita; quod rarum ea ætate fuit; maximo eaſdem c. *Bibliandri.*

Digitized by Google

dem fervore,&,quaſi diuturnam extincturus ſitim, imbibit,adeò ut *Poſtellus*,fateri non erubuerit,*nullum ſe nôſſe in toto orbe Latino,cui lampadem ſuam tradere poſſet,Bibliandro inſtructiorem*. Quæ enim conſilia vir ille *feliciſſimi ingenii*(quo elogio à *Bullingero* ornatur) tum temporis agitârit, familiari ad Ambroſium BLAURERUM Epiſtola expreſsit. *Niſi*, ſcribit,*tempora infeliciſſima omnibus Germanis ſcrupuloſiſſimam cautionem & metum in ſubeundis negotiis Chriſtianis injeciſſent,implorarem tuam opem, ut per mercatores Auguſtanos,qui negotiantur in India & aliis in locis ultra mare,mihi Biblia AEthiopica,ſive Chaldaica Chriſtianorum,qui ſub Cahan* (vulgò vocamus Presbyterum Johannem; ſed doctiſsimè *Cl. Golius*, originem vocis inde accerſit,quia à Perſis vocetur ברסתר כאן *Preſtar Chan*,id eſt,*Mancipiorum Rex*,ſiquidem hujus Gentis mancipia toto ſint orbe notiſsima: aliam etiam Etymologiam dedimus in *Theſ. Philol. p.* 66.) *& Arabica manu ſcripta compararent. Non dubitaverim in ſingula etiam quadragenos aureos impendere.* Idem etiam in hac quid præſtiterit palæſtra,malo *Bullingeri* noſtri,quàm meis proponere verbis. *Paravit*,ſcribit ad Joachimum Vadianum,*D. Theodorus noſter Alkoranum,adjectis confutationibus Græcis & Latinis, Hiſtoriis item Arabicis, Saracenicis & Turcicis ad hac uſque tempora,opus inſigne & memorabile,idque*

in

in oppugnationem Mahometanæ perfidiæ, & Turcici regni, præfixa præfatione (quam *Joh. Fabricius*, Dantiſcanus non modò Roſtochii anno 1638. cum Muhammedis Teſtamento prælo denuò ſubjecit, ſed & apertè fuit faſſus, *vix ſe credere, quidquam eruditius in hoc genere prodiiſſe*) *eleganti. Exemplar Alkorani allatum eſt Arabicum ex Italia, duobus uſus eſt Latinis, integrum manu deſcripſit propria.* Labore *confectus decubuit in Julio aliquot ſeptimanis. Tanti conſtitit illud opus,*

Adjecit Gualtherus refutationem Cantacuzeni Monachi, ex Imperatore, Græci, quam Latinitate donatam, aliis impietatis Muhammedicæ confutationibus ſubnexuit, ne fortè nuda & cruda Alkorani editio vel argumentationibus quorundam jejunis, vel amplificationibus turgidis, vel perbacchationibus ſtomachoſis in diſcrimen adduceretur aut invidiam. d. *Gualtheri.*

Mitto, quæ *Hoſpinianus* Polyhiſtor, *Clauſerus* inſignis Philologus, Philoſophusque acutus, uterque Tigurinus, huc contulerunt. Solertiæ Ipſi ſuæ & induſtriæ luculentiſsima teſtimonia poſteritati reliquerunt; *Ille* quidem in Hiſtoria de feſtis & Monachis Turcarum; *Hic* verò, in translatione *Laonici Chalcondylæ* Athenienſis de origine & geſtis Turcarum, aliorúmque eandem tractantium materiam accuratiſsima editione. e. *Hoſpiniani* f. *Clauſeri.*

)( )(Sum-

Summâ,adeò nihil Majoribus noſtris tum in enarrandis Orientalium dogmatibus, & hiſtoriis; tum in eludendis & elidendis Muhammedicæ impietatis deliramentis defuit,ut *Bullingero* tot laborum, ſumptuum & moleſtiarum recordatio ingenuam extorſerit confeſsionem,alias fortè in Europa Eccleſias ad hanc illorum induſtriam vix accedere.

Bullingeri teſtimonium de Eccleſia Tigurina. *Tigurinæ*, inquit,*Eccleſiæ miniſtri non minori ſtudio, quàm ulli alii noſtro ſeculo,aut etiam plus aliis,in confutandis Muhameticis & Turcicis abominationibus laborârunt.* Recenſet & deinde ordine,quid *Bibliandro* acceptum ferri debeat, quid *Gualthero, &c.* His igitur veſtigiis tam venerandis devotè inſiſtere, nónne volupe fuerit? Inſideat illud:

Non minor eſt virtus,quàm quærere,parta tueri.

3. Præceptorum monita. Quòd ſi locus aliquis tot magnorum *Præceptorum* & Mæcenatum *juſſu* eſſe debeat (eſſe autem debere, quis negare auſit?) non video,qua ratione vel ingrati,vel immorigeri diſcipuli notam declinare potuiſſem, ſi, quæ tam fideliter mihi illi commendarunt ſtudia,vel ſegniùs tractâſſem,vel uſum eorum intra privatos ſemper parietes coarctâſſem. Diu eſt, cùm eximius ille vir, Teologus παντὸς φθόνυ κρείττων,

a. Altingi. D. Henricus ALTING Lugdunum Batavorum ad me ſcripſit: *Præcipuè linguarum ſtudium perſequi Te velim,ad quod divinitus factus,fictusq́ mihi videris. In Rabbinicis,ſimiliterq́ in Arabicis præter cul-*

turam

turam linguæ rectè obſervas dogmata, ritus, mores infidelium. Nec minùs crebra & pia ſunt monita, quibus ad ſtudia hæc calcar mihi addidit eruditiſsimus & judicioſiſsimus ſeculi noſtri Theologus, Fridericus SPANHEMIUS, morte non ita pridem præmatura (ſubinde enim orcus charum aliquod caput, aut amicum Muſis, aut Eccleſiæ neceſſarium rapit) Eccleſiæ & Accademiæ Leidenſi ereptus: quæ tamen, ne, cujus in anguſtiam cogi ſcio copias, videar glorioſulus aliquis aut prodigus curæ meæ ſuppellectilis æſtimator, deliteſcere mecum malo, quàm, eadem recitando, modeſtiæ limites tranſilire. Quia tamen à pinguiariis nonnullis ſtudia hæc contemptui habentur, nemo, ſpero, vitio mihi vertet, ſi, quibus argumentis, doctiſsimus, inque literatura hac verſatiſsimus, &, quod caput eſt, pius, ſolidus & apertus ille Leidenſium, nuper, Theologus, Conſtantinus L'EMPEREUR, BREITINGERO noſtro, τῷ μακαρίτῃ, eorum apud nos propagationem commendârit, ejusdem expreſſero verbis. *Quocirca* (parcam etiam hîc modeſtis auribus, & præcedentia, quibus affectum ſuum nimis ἀφειδῶς in me exprimit & expromit, omittam) *quibus Chriſtiana religio, Chriſtique gloria cordi eſt, omnino operam dandam cenſeo, ut prædictus Hottingerus, vel in Orientem mittatur, quo aſſidua cum Arabibus converſatione penitiùs in eorum dogmata, libros, & Idioma penetret, vel ſaltem,*

b. *Spanhemii.*

c. *Conſtantini L'Empereur.*

Digitized by Google

tem, ut ad Profeſſionem Linguæ Arabicæ, aliúsve Orientalis promoveatur, quò incepta ſtudia, magis magisq; excolere per otium poſſit, libróſque vertere, & refellere in eximiam Chriſtianorum utilitatem & profectum. Dolendum ſanè eſſet, ſi conatus ejus & conſilium impediretur, Scholaſtica quadam vel Eccleſiaſtica functione, quæ omne tempus ſibi vendicaret. Complures eò ſtudia ſua feliciter direxerunt & paſſim obvii ſunt: at neminem novi magis idoneum ad ſcripta & arcana Orientalia nobis reſeranda. Omnia alia ſatis hactenus pertractata fuerunt: at hoc unum reſtat, ut Sacræ Scripturæ penitius nobis aperiantur ex Orientalium ritibus ac moribus, quandoquidem ab Orientalibus conſcriptæ fuêre. Deinde Religio Muhammedanorum hactenus nobis nonniſi inſulsè expoſita fuit, & eorum κρησφύγετα *nos latent. Quî ergò eos impugnare, noſtráque dogmata contra eos defendere queamus? nemo refellit, quod ignorat. Imò noſtra hac in parte mirè iſtos in errore confirmat. Quocirca, Vir piiſſime, tuam opem per viſcera Jeſu Chriſti imploro, ut Tuâ curâ & prudentiâ eò negotium dirigas, quò hujus viri Orientalia ſtudia promoveantur, eâque conditione & ſtatu vivere queat, unde utilis ipſius opera, quam præſtare poſſet, nullum experiatur impedimentum, ullámve ſentiat moram.* Abſque his, profectò, virorum, toto orbe celeberrimorum, ὁρμη-

τη-

μεῖος fuiſſet, inſtitutum meum vel nullo, vel βραχεῖ μόδι proceſsiſſet

Vota inſuper, clariſsimorum hujus & ſuperioris ſeculi *Doctorum*, ſi conſiderem, video nec hîc cauſam meam aut propoſitum patrocinio deſtitui. *4. Virorum maximorum vota.*

Bullingeri, Oporini, Gaſti, aliorúmque, de Helvetia cumprimis, bene meritorum Heroum ſcripta, hac de re adhuc ſunt ad manus. *a. In Helvetia.* Quibus votis, deſideriis, graviſsimis etiam obteſtationibus, *Lutherus, Melanchthon, Sturmius, Bucerus*, aliíque contenderint, ut tandem aliquando de ſuperſtitione Muhammedis, & quæ ad eam pertinent, ex iis monumentis judicium ferre poſſent, quæ majorem mererentur fidem, quàm vel Itineraria, vel alia imperitorum hominum fabuloſa ſcripta, dici vix poteſt. *b. In Germania.* Quid noſtra adhuc ætate eruditi deſiderent, graviſsimi eorum querelæ dubitare nos non ſinunt. *Sed in hoc genere*, ſcribit *Gisb. Voetius*, Theologus Ultrajectinus, *multa adhuc nobis deſunt. Alkoranum enim Arabicè cum verſione Latina, & notis textualibus typis publicari deberet; ut & Suna, aliíque libri, qui parem aut proximam ab Alkorano authoritatem obtinent.* *c. In Belgio.* De hoc quidem conatu multi ſoliciti fuerunt, *Erpenius, Ludovicus de Dieu*, & alii in Belgio; in Germania M. *Johannes Zechendorfius, &c.* Hanc verò & gloriam & moleſtiam reſervatam eſſe video Celeberrimo *Golio* noſtro, qui ut familiam in iſtis li-

teris ducit, ita unus, quid cum fructu hîc tentari poſſit & debeat, omnium optimè perſpectum habet. Poſt hanc ejus curam, nemo δευτέρας expectet σοφωτέρας. Ante hac per literas ſpem mihi fecit, ſe, ad finem perducto Lexico Arabico, quod multis paraſangis Mediolanenſi prætulerim, *ad interruptum hunc laborem rediturum.* Verùm hoc jam non agimus, Orientalium damus Hiſtoriam, quæ tamen, quia nonnulla mutuavit ex Alkorano, maluit veterum tegi patrocinio, quàm, ſi fortè, quòd non ſperamus, cum ancipiti judiciorum ac litium eventu confligandum ei ſit, novas elaborare apologias.

5. Amicorum κελεύσματα.

Præterea, quid *Amici*, cum quibus ſemper idem velle debemus & idem nolle, ſuis ſæpe literis â me efflagitârint, reticere præſtat, quàm in φιλαυτίας; aut, quaſi ſubiret nos gloriolæ γαργαλισμὸς; ſuſpicionem apud quenquam incurrere. Puduiſſet certè fidem decoquere, quam toties illis obligavi.

6. Præſentis temporis conditio.

Ea denique *temporum* noſtrorum *conditio* eſt, quæ alacriùs nos linguas & res Orientales tractare jubet. Honorata jam ſunt hæc ſtudia, quæ algâ antehac videbantur viliora. Illi etiam, quibus nuper literæ Orientales ſorduerunt, effuſis habenis in laudes earum nunc exſpatiantur. Tot ergò ζωπύρεια cùm noſtra hac ætate habeamus, non puderet compreſsis ſtare manibus, aut ſtudia tam utilia vel inculta relinquere, vel planè profligata? Mihi certè

hæ,

hæ, pluresquæ aliæ rationes, quas anguſti chartæ hujus cancelli non capiunt, animum addiderunt ad opus hoc non ſuſcipiendum tantùm, ſed & AMPLISSIMO; CLARISSIMÓQUE nomini veſtro inſcribendum. Aut quibus labores iſti qualescunque, pluribus deberentur nominibus, quàm Vobis, qui hæc mihi otia feciſtis? Quæ ergò orta ſunt & nata ſub Nominis Veſtri auſpicio, ductu quoque Veſtro & patrocinio prodire, adoleſcere, atque adeò nota fieri volui. Quòd ſi Prodromus iſte ſtudiorum Orientalium, & patrocinio Veſtro dignus cenſebitur, & aliorum amore, dabo operam, ut quæ ſuperſunt, *Commentaria* de Religione, ritibus, ceremoniis, juribus & ſuperſtitionibus Muhammedanorum; *Theatrum* item *Muhammedicum*, ſuo quoque tempore ſequantur. Quia verò pro Veſtris beneficiis immortalibus parùm hac occaſione cumulatè gratias vobis agere licebit, quæſo, obteſtórque, ne meæ naturæ potiùs, quàm magnitudini veſtrorum beneficiorum id tribueudum putetis. Quæ enim, ut cum CICERONE exclamem, poteſt exiſtere tanta ubertas ingenii? Quæ tanta dicendi copia, quòd tam divinum atque incredibile dicendi genus orationis, quo quis poſsit *Veſtra* in me promerita non dicam complecti oratione, ſed percenſere numerando? Poſſunt alii numerum inire beneficiorum Mæcenatum ſuorum; mihi tam felici, dicam, an infelici? eſſe

non

non licet. Ergò obſervantiâ, aſsiduitate, precibus memoriam me Vobis probare, quàm pro maximis Veſtris beneficiis tam vili munere defungi orationis malo. DEUM itaque, quantum per vota aſſequi poſſum, precor, ut ſalutis publicæ Salus, Templi Religio, Fori Fides, Libertatis conſtantia, Oeconomiæ integritas, Scholæ pubes, hoc tali virorum aucta præſidio, diutiſsimè in fama, flore & honore ſubſiſtant. Valete, VIRI AMPLISSIMI, NOBILISSIMI; REVERENDI item, & CLARISSIMI, méque ſingulari Veſtro affectu, meóſque ſerenare pergite atque beare. Dabam Tiguri, prid. Cal. Januarii, anni, Æræ Chriſtianæ, M D C L I. quem & ingreſſu, & progreſſu, & egreſſu felicem, patriæ optatum, Eccleſiæ proſperum, Reipublicæ quietum, toti denique orbi Chriſtiano fauſtum eſſe jubeat Magnus ille Poli, Sali, Solíque Moderator, Deus Pater, per Jeſum Chriſtum, unicum Servatorem noſtrum, τὸν Μεσίτην καὶ Ἱκέτην: Amen.

Ita vovet

Ampliſsimo, Magnificentiſsimo:

NEC NON

Reverendo & Clariſsimo

Nomini Veſtro Deditiſsimus

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS.

Ad Authorem Hiſtoriæ Orientalis.

I.

הוֹי כָּל צָמֵא אֶל מֵי קֶדֶם הָלְכוּ אֶל מַי בּוֹר תּוּשִׁיּוֹת
מַה לָּכֶם בּוֹ רוֹת נִשְׁבָּרִים הִי לָכֶם זוֹ־ לוֹת עֶלְיוֹת׃
תִּקְנוּ לָכֶם סֵפֶר זֶה כּוֹ לֵל זִכְרוֹנוֹת מִזְרָחִיּוֹת
יָשִׁיב לָכֶם הַנִּסְתָּרוֹת מוּבָנוֹת לְ־ כֹּל וְגָלוּיוֹת׃

Joh. Buxtorfius S.S. Theol.
& Linguæ Hebrææ Profeſſor.

II.

Ex Oriente ſalus hominum proceſſerat olim
Prima Dei in mundo verba Oriente data.
Prima Deo ſacra ſunt oblata, Eccleſia prima,
Sancta Deo, nata eſt ínque Oriente ſata.
Lux Evangelii Solis profulſit ab Ortu:
Ipſe Dei Gnatus proditus inde fuit
Editus in mundum, dico: ſed proditus illic,
Scilicet in triſtem traditus usque necem.
(Primus Adam ſimili ceciditque ſtetítque figura
Solis ad exortum) ſic mala juncta bonis.
Ex Oriente ſalus cum perditione profecta:
Prima hoſtis ſonuit vox Oriente mali.
Et Satanæ ſynagoga, Oriens; ſacra factáque ibidem
Dæmonibus; tenebris pleraque merſa malis.
Fraúsque Muhammedis Solis proceſſit ab Ortu:
(Atque utinam in ſolo hoc ſiſteret illa gradum!)
Verus & ille Dei, Gnatus ferè pulſus ab Ortu,
Summâ, Orientalis res mala multa tulit

)()()(Tam

Tam malè perplexis rebus præferre lucernam
Ex Orientali cognitione paras,
HOTTINGERE: DEO gratum caput, atque Thuregi
Gloria magna, volans docta per ora Virûm.
Occidui ſic nos habitantes lumina Solis,
Quos Oriens ſpargit conſpicimus radios.
Atque horum auxilio verum dignoſcere falſo
Quimus, & à pravis cernere ritè bona.
Multa Orientalis ruditate oppreſſa patebunt
Hiſtoriæ, nullis antea lecta libris.
Hinc & in occiduam Tibi nomen ſurget, & omnis
Poſteritas oriens hæc tua facta canet.

JOH. RODOLPHUS VVETSTEINIUS,
D. & in Academ. Baſil. Prof. Organ.

III.

IMperium poſtquàm Saracenis ceſſit Eoum,
Chriſticolæque truci ſuccubuêre jugo:
Extemplò rerum facies eſt mira ſecuta,
Quam pleno multis ordine ſcire libet.
Sed juvat inprimis cognoſcere, quomodo CHRISTI,
Fluctibus in tantis, vecta ſit alma Ratis.
Utque Muhammedicos intra contráque furores,
Et ſteterint, & adhuc ſtent, vigeántque pii.
Hîc ſanè non pauca licet miranda notare,
Unde poteſt animus ſe recreare pius,
Nec nihil eſt, ſapiens quod diſcat in hoſtibus ipſis,
Dummodò rem cautâ volvere mente ſciat.
Aſt Orientales rerum ſtatus ipſe per oras,
Non ſatis Occiduo notus in orbe fuit.

Ergò,

Digitized by Google

Ergò, Vir excellens, Linguas Orientis abundè
Quum nôris, meritò Res quoque nôſſe ſtudes.
Nôſſe ſtudes non ipſe modò, ſed & inſimul omnes
Ut noſcant alii, publica Scripta paras.
Hinc decus, hinc grates, hinc immortale mereris
Nomen ab ingenua poſteritate Tibi.
Gratulor, ac voveo, multos feliciter annos
Te Deus in vivis ut ſupereſſe ſinat.
Téque regat, Libros quò tales ſæpiùs edas,
Qui pariant doctis commoda multa viris.

Honoris & applauſus officioſi ſymbolum hoc L.M.E. adjecit

Ericus Odhelius
Gothus.

IV.

In Secundam Editionem Historiæ Orientalis.

Αὖθις ἐγερσίνοον θνητῶν πανεπίσκοπος ἀρχων
Ἐς φάος ἠελίου βίβλον ἔπεμψε χρόνος.
Νῦν ἔσεται τέκος ἀσπαστὸν, καὶ τηλόθι πάτρης
Πλαζόμενον, κομιδῆς νόσφι καὶ ἁρμαλιῆς,
Μαρμαρυγὴν χαρίεσσαν ἔχον, πολυειδέα μορφὴν
Χαλκοτύπων, γνωστὴν ἔθνεσιν Ἀντολίοις,
Χαλδαίοις, Ἀράβεσσι, Σύροις, καὶ πυγγοδαΐκτοις
Πέρσαις, καὶ Λιβύης κυανέοισι βροτοῖς.
Γεννήτωρ δὲ τίς ἐστι; θεήλατος, ἀγλαὸς ἀνήρ,
Κήρυξ χριστιανῆς θέσκελος εὐσεβίης,

Ὁ τπηγγῆρος, ἀεὶ Τιγύρου μέγα κῦδος ἀγαυοῦ,
Ἑρμείας πτόλεως, Νηρεΐδων τε δόμου,
Μυρτόπολίν τε σοφιστεύων πολυίδμονα, Μουσῶν
Πᾶσαν ὑποσπείρων οὔασι μειλιχίην,
Οὗπερ ἀειπρεπὲς εὖχος ὑπέδραμεν οὐρανὸν αὐτόν,
Οὗπερ ἀεὶ ζῶσι μνήματα, καὶ σελίδες.
Ἔμμενε σῇ ἀρετῇ, σοφίης τε θευδέσι κέντροις,
Ὁ τπηγγῆρε, πάξη τοῦτο δίδωσιν ἔπος·

ΕΒΡΑΙΚΩΝ ΑΡΧΗΝ ΕΝ ΠΑΤΡΙΔΙ ΜΗΣΑΟ ΜΟΥΣΩΝ,
ΑΡΧΗΝ ΑΝΤΟΛΙΚΩΝ ΜΗΣΑΟ ΠΙΕΡΙΔΩΝ.

JOHANNES HULDRICUS,
Tigurinus.



19.5-I-14

HISTORIÆ ORIENTALIS LIBER I.

Caput I.

De MUHAMMEDANIS IN GENERE.

Vbi, quàm latè Muhammediſmus dominetur; Muhammedanorum Nomina; tum Generalia. 1. *Populus Muhammed.* 2. *Populus Libri.* 3. *Populus congregationis.* 4. *Populus Legis.* 5. *Populus Reſpectûs.* 6. *Moslemin; ſive rectè credentes.* 7. *Credentes.* Tum ſpecialia. 1. *Populus Iſmaëlis.* 2. *Hagareni. Scaliger adducitur, & caſtigatur.* 3. *Saraceni, qui, unde dicti: Non à Syrorum* ܣܪܩ סרק. *Nec à Sara, repugnante tum vocis Etymologia, tum rei naturâ, ſed à* סרק سرق furatus eſt. *Hagaris apud Muhammed. authoritas.*

MUhammedanorum, à Pſeudopropheta illo & inſigni Arabum Impoſtore Muhammede nuncupatorum, nomine Generaliſſimo, intelligimus, quotquot anilia ejus commenta receperunt, Legémque Alcorani tanquam cœlitus delapſam honoribus proſecuti ſunt divinis. Hac verò Muhammedis lue peſtifera infectum videmus, ſcribit Joh. Cotovic. Ultrajec. in Itin. cap. I. *non tantùm univerſum Oſmanidarum Imperium, Aegyptum puta, Syriam, Armeniam, Meſopotamiam, Chaldæam, Cappadociam, Aſiam Minorem, Imperium Trapezuntinum, Græciam omnem, Inſulásque, & Maris Mediterranei, & Archipelagi, Peloponneſum item, Epirum, Aetoliam, Achajam, Macedoniam, Sclavoniam, Boſniam,*

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

VValachiam, Serviam, Bulgariam, Myſiam, Vngariam, ſive Pannoniam, aliáſque regiones; verùm etiam Scythas, Tartaros (rectiùs tamen alii, ut *Nicol. Full.* in Miſc. & *Ravius* in Panegyr. ſcribunt Tataros) *appellatos, Perſas, Indos, Arabes, Aethiopes, cæteróſque Africanos,* quin & *Europaeos,* maximè nobis vicinos, longo admodum tempore, in Hiſpania præſertim, placitis Muhammedicis aſſuefactos fuiſſe, & innutritos hiſtoriarum monumenta tradunt. Vide *Sionitæ* Arabiam pag. 239.

In Scriptis Arabum non pauca reperias nomina, quibus vel Muhammedani *generaliter,* vel Arabes, quos, tanquam ementitæ hujus Religionis primitias, præ cæteris, ſuperſtitionibus indulgere certum eſt, *ſpecialiter* innuuntur. Ordine ea adduxiſſe non pœnitebit.

Nomina Muhammedanorum generalia.

Generalia, & omnibus Muhammedanis æquè convenientia ſunt:

1. Populus Muhammedis.

I. امة محمد *Populus Muhammedis*: Arriſit vertiginoſo vati vocabulum hoc, non tantùm ut Exemplum Dei, toties, totiésque in Veteri Teſtamento Judæos *Populum ſuum* vocantis, blaſphemâ κακοζηλίᾳ exprimeret, ſed etiam aſſeclas ſuos, dogmatúmque propugnatores, hac appellatione, tanquam charactere diacritico à reliquis gentibus diſcerneret. Ut enim nulla unquam fuit Religio, quam non veteratoriè interpolârit Muhammed: ita ſola, de ejuſdem munere Prophetico, fides, Arabibus vel perſuaſa, vel armis obtruſa, à cæteris populis eos diſcriminat. Hinc *Moſes Aegyptius,* More Nev. Parte I. cap. 71. p. 134. *Nullum,* inquit, *eſt dubium, quin ſint quædam, in quibus tres iſtæ nationes, Judæorum, inquam, Chriſtianorum, & Iſmaëlitarum, conveniant, ut eſt ſententia de Creatione, & novitate Mundi (per cujus verificationem verificantur mirabilia) & alia: quædam verò illis peculiaria, quibus ſe oneraverunt duæ illæ Gentes, ut negotium Trinitatis (quam Chriſtiani ſtatuunt) & ſententia alterius ſectæ Iſmaëlitarum, de Pro-*

prophetia, ſive ſermone Dei cum hominibus, &c. Atque hujus أمة محمد *Populi Muhammedis*, longè poſt futuri, pietatem, fidem, integritatem à Deo Moſi commendatam, commemorat prolixè *Keſſæus*, Scriptor Arabicus, libro de vitis Patriarcharum capite peculiari de مناقب أمة محمد *officiis pietatis populi Muhammedis*, paginâ mihi 4. Liber 1. de orig. Muh.

II. أهل الكتاب *Populus Libri.* Fateor quidem nomen hoc Generale, in Alcorano, ut plurimùm, vel pro Judæis, Veteris; vel Chriſtianis utriusque Teſtamenti admittentibus divinam originem, ſumi: interim tamen, ipſis in Alcoranum Exegetis celeberrimis Judicibus, non rarò vocabulo مسلمين *Moslemin*, de quo pòſt, æquipollere illud, certum eſt. His opponuntur الأميون *Idiotæ*, q. عميون *Cæci*, id eſt, ut Beidavi explicat, الذين لا كتاب لهم كمثل مشركي العرب, *qui non acceperunt librum, cujusmodi ſunt inter Arabes Aſſociantes ſive Idololatræ.* 2. Populus Libri.

III. أهل الجماعة *Populus Congregationis.* Ratio Nomenclationis, *vel* quòd turmatim, ut plurimùm, preces ſuas concipiant, *vel*, quòd, nullius gentis alterius exemplo, inſtituto Muhammedis diem Veneris جماعة dictum, ſacrum habeant. *Author fundament. Fidei*, Mſc. p. 87. 3. Populus Congregationis.

IV. أهل السنة *Populus Legis, ſive Sunæ.* Sic autem Muhammedani vocantur, quòd præter Alcorani volumen, alium etiam Muhammedis librum ex variis dictis, & factis ejus, ridiculis maximam partem, collectum, admittant, atque venerentur. *Author* idem ibidem. 4. Populus Legis.

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh. 5. *Populus reſpectûs.*

V. أهل القبلة *Populus Reſpectûs*, ſive *Templi Meccani*, ita dicti, quòd omnia Muhammedanorum Templa illud unum reſpiciant. Hinc etiam Lege Muhammedani aſtringuntur, ut precaturi vultûs ſuos Meccam verſus convertant, Atque hic ritus ſuperſtitioſus in Theſauro *Giggæi* Arabico عين القبلة *Oculus, vel Reſpectus Kiblæ* appellatur. *Keſſæus* de vitis Patrum.

6. *Moſelmanni.*

VI. Uſitatiſſimè Arabibus مسلمين *Moslemin*, & in Alcorano أمة مسلمة *Omma Moslema*, vulgò *Moslemanni* nuncupantur. *Cardinalis Cajetanus* Præfatione in Alcor. rectè, *ſanctæ fidei*: *Richardus* verò in Refutatione Legis Saracenicæ *ſervatos*, ejúſque Interpres Græcus Cydonius Σεσωσμένους, malè vertit. Etſi enim vox iſta à verbo Arabum سلم, quod Hebræorum reſpondet שלם *ſalvus, incolumis fuit*, derivetur: in Conjugatione tamen IV. أسلم, ſignificatione mutatâ, eſt *Credidit, omnem fiduciam in Deo collocavit.* Plus enim, teſte *Erpenio*, in Onomaſtico Alcorani, Mſc. eſt أسلم quam أمن. Atque hinc Participium Activum مسلم *Credens, fiduciam in Deo collocans*, & Plurativè مسلمين *Credentes, toto pectore Deo confidentes. Sionita* in Arabia cap. IV. p. 26. *Moſlemanni igitur vox Eymologiam habet à verbo Aſlama, quod, ſe dedit, obtemperavit, ac fidelis factus eſt, denotat. Inde Iſmaëlitæ omnes Moſlemanni dicti ſunt, quaſi Deo obedientes, ac fideles.* Nam qui *ſervatos* vertunt, contra omnium Arabum conſenſum, Participium Paſſivum Conjugationis IV. eſſe exiſtimant. Porrò, vox hæc pro Novæ Religionis aſſeclis uſurpata, ipſum Patrem habet Muhammedem, Surata الأنعام *De beſtiis*, quæ numero ſexta eſt, ubi pag. 84. his utitur verbis: انا اول

انا اول المسلمين *Ego ſum primus Moſelmannorum*, vel *in* Libr. 1. de orig. Muh.
Deum credentium. Alibi tamen, prout mendaciſſimus nugigerulus nunquam ſui potuit eſſe memor, Abrahamo hujus vocabuli originem adſcribit. Sic enim (ex mente Muhammedis, Suratâ II. v. 126.) Abraham precatur: واجعلنا مسلمين *Domine noſter, pone nos Moſelmannos*, id eſt, *fideles*. Ab hoc Participio, in uſum peculiarem à Pſeudopropheta detorto, eodem ſenſu, occurrit ipſum Præteritum, ut اسلم في الدين *Fidem Muhammedicam amplexus eſt.* Unde nomen اسلام *Islamiſmus, Religio Muhammedica.* Item دين اسلام *Religio Islamiſmi. Elmakin*, in Hiſtor. Saracen. 2. اول من اظهر دين الاسلام وقام بامره ابو القاسم محمد *id eſt, Religionem Islamiſmi primus manifeſtavit & obſervavit Muhammed Abulkaſimus.* Hinc اهل الاسلام *Populus Islamiſmi*, id eſt, veræ & orthodoxæ fidei aſſeclæ, *Maj. Mor. Nev.* p. m. 146. & ملة الاسلام *Secta Islamiſmi*, Beidavi. Hinc etiam Phraſis, داخل فيدين الاسلام *Ingreſſus eſt Religionem Muſelmannorum*. In Alcorano tamen Sura. II. v. 195. ipſa hac retenta Phraſi pro اسلام Synonymum سلم ponitur.

VII. Obtinuit etiam, ut vulgò dicerentur مومنون *credentes*, quod itidem Participium eſt Conjugationis IV. verbi امن *credidit*. Hinc Muhammedis in regno ſucceſſores & poſteri امرا المومنون *Imperatores fidelium* nuncupantur. *7. Credentes*

Specialia & Arabibus Muhammedanis magis propria nomina ſunt. *Specialia.*

I. امة اسماعيل *Populus Iſmaëlis*. Johannes Leo Africa- *1. Populus Iſmaël.*

Liber 1. de orig. Muh. nus in deſcript. Afri. pag. 41. refert, velle quosdam *ex Arabibus tantùm Schachinos atque Hillelos, Arabiæ deſertæ incolas ab Iſmaële derivatos*, reliquos aliunde. Digna ſunt ejus verba, quæ recitentur: *Illud autem hoc loco notandum, priores illos duos populos, quos Schachinos atque Hillelos appellavimus, Arabes eſſe Arabiæ deſertæ, qui & originem ab Iſmaële, Abrahami filio ſe traxiſſe opinantur. Quos autem nomine Machil antè notavimus, hos Arabiam felicem habere, ortúmq; ducere à Saba. Hos Mahumetici iis poſt habitos volunt, qui ab Iſmaële Iſmaelitæ ſunt appellati. Et quia maxima ſemper inter eas fuit diſceptatio, utra pars nobilitatis primas partes obtineret: hinc factum eſt, quòd utrinque multa conſcripta fuerint colloquia, atque epigrammata, quibus quisque ſuæ gentis encomia, mores, atque ritus decantare ſolitus eſt. Veteres illi Arabes, qui ante Iſmaëlitas fuere, ab hiſtoriographis Africanis Arabi Araba*, (عرب عاربة) *hoc eſt, Arabes Arabici (ut ſic dicatur) vocitari ſolent. Qui ab Iſmaële genus duxiſſe dicunt, Arabi Muſtahraba*, (عرب مستعربة vide orat. *Erpen.* de Lingua Arab. 1. pag. 8. Et Theſaur. *Gigg.* Arab. R. عرب) *id eſt, Arabes (ut ita loquar) inarabati, vel Arabes per Accidens nominantur, eo quòd non ſint Arabes nativi. Qui ex eo tempore in Africam demigrârunt, eorum idiomate Arabi Muſtægeme*, (عرب مستعجم) *quòd Latinè Arabes barbari ſonat ſunt appellati, quòd extraneis ſeſe adjunxerint, adeò ut non ſolùm habeant ſermonem, verùm, & mores corruptiſſimos, ſintq; moribus prorſus barbari.*

Et ſanè, ſi velimus ἀκριβολογῆσαι, negari nequit, quin nomen Arabum unum quidem ſit, cognomina verò multa, vel ab Authoribus, vel â ſedibus diverſis orta: unde etiam Differentiam hanc *Dionyſius Alexandrinus*, πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, de ſitu Orbis pag. 255. his verſibus expreſſit.

Ἀλλ'

Ἀλλ' ἤτοι πρῶτοι μὲν ὑπὲρ κλιτὺν λιβάνοιο
Ἀφνειοὶ ναίουσιν ἐπωνυμίην Ναβαταῖοι,
Ἀγχι δὲ χαβλάσιοί τε καὶ ἀγρέες οἷς ἐπὶ γαῖα
Χατραμὶς ἐνναίει, κατεναντία περσίδος αἴης
Αὐτὰρ ἐρυθραίης πλευρὸν ναίουσι θαλάσσης
Μινναῖοί τε, σάβαί τε, καὶ ἀγχίγειοι κλεταβηνοί.
Τόσσα μὲν ἀρραβίην περιώσια φῦλα νέμονται.

Liber 1. de orig. Muh.

Id eſt:

At verò primi quidem ſuper declivitatem Libani,
Divites habitant cognomento Nabatæi,
Propè item Chablaſiiq; & Agreoſes: quos juxta tectos
Chatramitica incolitur, è regione Perſicæ terræ.
At rubri latus habitant maris
Minæique, Sabæq; & vicini Cletabeni
Tot quidem Arabiam præcipuæ gentes tenent.

Conſulantur doctiſſima *Euſtathii* Theſſalonicenſis Archiepiſcopi in hunc locum commentaria. Et *Thomas Erpenius* de Lingua Arab. Orat. II. pag. 41. Interim tamen, cùm Arabes plerique ortum ſuum debeant Iſmaëli, quem *Muhammedis avum* vulgò dicunt, factum eſt, ut Arabes, & Iſmaëlitæ συνωνύμως apud ſcriptores ponerentur. Hinc *Geneſ.* XXXVII. v. 25. & 27. pro Hebr. יִשְׁמְעֵאלִים Onkelos, Chaldæus paraphraſtes ערבאי, Saadias Arab. أعراب, & Tavaſus Perſa عربن *Arabes*, reddunt. Proinde etiam *Giggæus* in Theſauro Arabico refert, *Arabes Iſmaëlem Arabicæ Linguæ authorem facere.* Quin, monente *Conſtantino l'Empereur* Notis ad Benjam. itin. p. 144. *Judæi vulgò Muhammedanos eosdem cum Iſmaëlitis faciunt, tum quia Muhammedis genus ab Iſmaële ducitur, tum etiam quia Iſmaëlitæ ipſis propriè ſunt Arabes, qui Muhammedis placita primi receperunt.*

Imò in Rabbinorum ſcriptis, vel ſolo nomine ישמעאל *Iſmaëlis* univerſam denotari Muhammedanorum conflugem

Liber 1. de orig. Muh. gem docet idem. Vide *R. Jachia* comm. in cap. 11. Dan. *Alſchech.* Pſal. CX. *Abrab.* Eſajæ LIII. v 9.

2. *Agareni.* II. הַגְרִים *Agareni*, vel, ut *Ptolomæus* ſcribit *Agræi*, quorum mentio fit *Pſalmo* LXXXIII. v. 7. *Chaldæus* vertit הוּנְגְרָאֵי *Hungari*. Unde hodierni Judæi Hungaros vocant Agaros, vel Agarios. *Aben Eſra* in Commentariis ſuis in hunc Pſalmum הם ההגריאים שילדה הגר מבעל אחר *Sunt iſti Hagareni, quos genuit* HAGAR *ex viro alio* (non Abrahamo.) Cùm autem eodem verſu Iſmaëlitis opponantur Hagareni, aliquam inter Arabes ab Iſmaële filio, & Hagare matre, aliisve denominatos, eſſe differentiam, quod jam antè aſſeruimus, manifeſtum eſt. Neque verò, quo minùs ab Hagare derivemus Hagarenos, canon Hebræorum obſtat, משפחת אם אינה משפחת *Familia matris non eſt familia.* Valet enim κατὰ πολὺ, ſingularibus exemplis nihil incommodans. Rectè igitur *Gabriel Sionita* in Deſcriptione Arabiæ cap. I. *Arabia*, inquit, *non ab Arabo Apollinis, & Babyloniæ filio, ut Latinorum plerique aſſerunt, ſed ab Araba, plaga non longè à Medina ſita, nomen ſortita eſt, quam incoluit Iſmaël, Abrahami & Hagar filius, à quo etiam Iſmaelitæ, & Hagareni dicuntur.* Et *Joſephus Scaliger* de Emend. Temporum libro II. *Latiſſimè*, inquit, *patet Arabum appellatio, quorum unum nomen, cognomina autem infinita. Sed præcipuè ſunt Hagareni, & Saraceni. Hagareni enim ab Hebræis dicuntur* הַגְרִים *ab ancilla Saræ, uxoris Abrahami, & ab Arabibus ipſis* عرب الهجري *Arab-Elhagiari. Dicuntur etiam* المهجرين *Elmagarin, & fortaſſè inde Græcis recentioribus* μαγαρίζειν *pro* μαομετίζειν, *&* μαγαρισμὸς *pro* μαομετισμός. *Sed dubitari poteſt. Nam* μαγάρισις *hodie in Idiotiſmo Græco eſt macula,* σπῖλος. Præclarè incomparabilis heros, & omnigenæ eruditionis cornucopiæ, de Hagarenis differit: cui tamen in omnibus aſſentiri non poſſumus. Nam,

quod

quod pace tanti viri dixerim, Arabes المجرين *Elmagarin*, ab Hagare denominari hiſtoriæ Arabicæ gnaris vix perſuadebit. Novimus enim (præterquam quòd omnes, ſine diſcrimine, Arabes مهجرين, vel potiùs مهاجرين, *Mohagerin* appellari nemo ſuſtinuerit) Muhammedis demum tempore, eos tantùm, qui cum eo ſolum vertere, quàm inſtituta ejus ſemel accepta deſerere maluerunt, المهاجرين, id eſt, *Religionis causâ exulantes*, vel, juxta *Elmacinum* in Hiſtor. Sacrac. معشر المهاجرين *turbam religionis ergò exulantem*, fuiſſe vocatos. Ut igitur vocem illam, etiam in vulgus notam هجرة הגירה, quâ *fuga* illa *Pſeudoprophetæ* à Magiſtratu Meccenſi, ob novorum dogmatum inſolentiam imperata, ſignificatur: ineptè ab Hagare, propter conſimilem utriusque vocabuli ſonum deduceretur: ita etiam malè, verbi primitivi Conjugatio III. האגר هاجر *Religionis causâ ſolum vertit*, ejúsque Participium plurale מהאגרין مهاجرين, ab Hagare deſumeretur: ſed hæc אגב אורחא. Liber 1. de orig. Muh.

III. סרקין *Saraceni.* Quo quidem nomine à Scriptoribus Eccleſiaſticis, Europæis præſertim, omnes Muhammedanos venire ubique reperias, cùm ad ſolos propriè ſpectet Arabes Iſmaëlitas, ſive Agarenos. Hinc *Geneſ.* XXXVII. v. 25. pro ארחת ישמעאלים *Cœtus Iſmaëlitarum* in Targum Hieroſolymitano (non Onkeloſi, ut ex Scaligero affert Matthias Martin. in Lexico Philologico) habetur סייעא דסרקין *Cœtus Saracenorum*, id eſt, Arabum λῃστρικῶν ſeu νομάδων. Originem autem hujus vocis ſi ſpectes, varii eam faciunt variam. *Alii* Saraceenos à Sara, dictos volunt. *Hieron.* Comment. in Ezech. LVIII. cap. 25. *Agareni, qui nunc Saraceni appellantur falsò ſibi* 2. *Saraceni.* *Varia vocis Etymologia.* *Alii à Sara.*

Liber 1. de orig. Muh. *ſibi aſſumunt nomen Saræ, ut de ingenua & domina videantur eſſe generati.* Et Comment. in Iſajam lib. V. c. 21. *Agarenos perverſo nomine Saracenos vocari aſſerit.* Et *Iſidorus* lib. IX. 2. *Iſmaël, filius Abraham, à quo Iſmaëlitæ, qui nunc corrupto nomine Saraceni, quaſi à Sara, & Agareni ab Agar.* Item: *Saraceni dicti, quia ex Saragenitos ſe prædicent, &c.* *Joh. Bohemus Aubanus* Teutonicus in Deſcript. Aſiæ lib. II. cap. 11. p. 118. *Arabes, ut ipſi volunt, à Sara Abrahæ uxore appellati, unde legitimos ſe omnium mortalium ſolos divinæ*

Alii à Syria. *promiſſionis ſucceſſores eſſe adhuc perſuaſum habent.* *Alii*, ut Iſidorus loco ſuprà citato monet, *Saracenos quaſi Syrigenas*

Alii ab urbe Saraka. *apellatos malunt.* *Alii* Saracenorum denominationem ad urbem Arabiæ Saraka referunt. Hinc Stephanus περὶ πόλεων ita ſcribit: Σάρακα, χώρα Ἀραβίας μετὰ τοὺς Ναβαταίους οἱ οἰκοῦντες Σαρακηνοὶ, id eſt, *Saraka Regio eſt Arabiæ poſt Nabathæos,*

Alii à סְרַק ܣܪܩ *cujus incolæ Saraceni. Nicol. Fullerus* Miſc. libr. II. cap. 12. Ingenioſo, minùs tamen ſolido conatu, Saracenos contendit dictos quaſi *vacuos* & *inanes*: hanc enim verbi Syriaci ܣܪܩ סרק ſignificationem eſſe: Sciendum enim vocis hujus ἔμφασιν in Arabia natam, ac proinde non ex Syriaſmo, ſed Arabiſ-

Alii à סָרַק سَرَق mo de ea judicandum. Longè igitur Nominis analogiæ melius, & rei ſignificatæ naturæ convenientiùs erit, exemplo Scaligeri, Saracenos derivare à Radice Arab. سَرَق *furatus eſt*, unde Participium سارقون סארקון Σαρακηνοὶ, Ἄραβες νομάδες καὶ λῃστικοὶ, quales qui Turcis dicuntur Coſaki Tartari, quales Martoloſſi, quales Bandolieri in Pyrenæis. Horum ingenium, naturámque eleganter deſcribit *Hieronymus*, Jeremiæ cap. III. enarrans, *Arabum gens latrociniis dedita, uſque hodie incurſat terminos Palæſtinæ.* Et rurſus in cap. Eſ. XXI. *Iſmaëlitarum, hoc eſt, Saracenorum Gens in tentoriis habitant: Qui quas nox compulerit, ſedes tenent: quibus armenta ſunt & pecora Camelorúmque greges: qui non habent oſtia*

nec

Digitized by Google

nec vectes. Non enim in urbibus verſantur, ſed in ſolitudine habitant. Hinc Euſebius Hiſt. Eccl. l. VI. κεφ. μβ. ex Dionyſio refert, perſecutionis procellam multos in ipſum Arabiæ montem ſecedere coëgiſſe, eóſque κατ' αὐτὸ τὸ Ἀραβικὸν ὄρος ἐξανδραποδισθέντας ὑπὸ βαρβάρων Σαρακηνῶν, id eſt, *circa montem illum caſtrametatos à Barbaris Saracenis in captivitatem fuiſſe redactos.* Unde liquidò ſatis conſtat, quibus artibus vitam illi ſuam ſuſtentârint.

Liber 1. de orig. Muh.

Quia verò, ut ut perſpicua, & ex ipſa rei natura petita hæc ſit Etymologiæ ratio, aliis tamen aliter videtur, multique maximi nominis viri exiſtimant, quemadmodum ab Hagar dicuntur Hagareni, ita & à Sara denominari Saracenos: non abs re erit tribus potiſſimùm Argumentis opinionem hanc animis eorum evellere.

Quæ Etymologia tribus aſtruitur rationibus.

I. *Primum* eſt, quòd ipſa Notatio nominis repugnet. *Quaſi verò enim,* inquit *Nicol. Full.* Miſc. lib. II. cap. 12. p. 251. *quemadmodum plusquam probabile eſt, Agarenos nomen duxiſſe ab Agar, concubina Abrahami uxore, ſic & Saraceni à Sara, legitima, juſtáque ejus conjuge fuerint denominati. Atqui valdè diſſimilis eſt ratio. Deductio nempe Agareni ab Agar, facilis eſt, & perſpicua, ſervatis enim omnibus principalibus, ſive radicalibus (ut vocant literis, nihil aut deeſt, aut abundat. Contrà Saracenus à nomine* שרה *(Sarah, vel, Sara) formari aut fingi nullo modo poteſt. Ineſt enim litera ejuſmodi, quæ omnino ſemper radicalis, nec unquam addititia ſolet eſſe: nempe* k *aut* c, *Hebraica videlicet* ק. 1.

II. *Sed neque ulla,* inquit *Scalig.* lib. II. de Emend. temp. *hiſtoria illorum judiciis favet. Cur enim ab ea Arabes dicti Saraceni, quibus nunquam imperavit, quos non genuit?* 2.

III. Tandem, quorſum exiſtimemus Muhammedanos, vel Arabes à Sara potiùs, quàm ab Hagare voluiſſe genus ſuum deducere, cum certo certius ſit, & variis teſtimoniis ſuffultum, majori & ſuperiori haberi loco apud Muhammedanos Aga- 3.

Liber 1. de orig. Muh. rem, quàm Saram. Hinc & Majeſtatem Imperii Hargaris, Saræ multis præferunt paraſangis. *Ahmed ben Edris*, ſcripti ſui Elenchtici lib. I. c. 38. ان دريتها تكون اعظم من دريۃ سارۃ ويملك مشارق الارض ومغاربه ويستولي دريتها علي جميع الامم ✱ id eſt, *Generatio ſive poſteritas Hagar major erit generatione Saræ: regnabítque Orientalibus terræ plagis, & Occidentalibus, & præficiet (Deus) poſteritatem ejus (Hagar) univerſis populis.*

Caput II.

De ETYMOLOGIA ET SYNONYMIA MUHAMMEDIS.

Locus ex Tanchuma adducitur: Pſeudopropheta Arabum Nomen I. Muhammed, *Arabicum eſt: Ejus ſignificatio: varia ſcriptiones caſtigantur; vera aſſeritur.* Synonyma ſunt I. احمد אחמד, *utrum uſpiam nomen hoc in N. Teſt. apparuerit.* II. المزمل אלמזמל. III. المدثر אלמדתר, *quæ duo poſtrema morbum Muhammedis Epilepticum haud obſcurè innuunt. De præſtantia Nominis* محمد מחמד, *variis Prophetarum vaticiniis inclyti.*

MEmorabile eſt quod de ὀνοματοθεσίᾳ in *Tanchuma* ad Exodum folio XXIII. pag. 2. legitur: אר יוסו בר חנניה שיש בני אדם ששמותיהן נאין ומעשיהן כעורין ויש ששמותיהן כעורין ומעשיהן נאין ויש ששמותיהן כעורין ומעשיהן כעורין ויש ששמותיהן ומעשיהן נאין id eſt, *Dixit Rabbi Joſe filius Hanania: ſunt homines quorum Nomina pulchra ſunt, ſed facta turpia: ſunt quorum nomina turpia ſunt, ſed geſta præclara: Rurſus ſunt quorum & nomina & geſta turpia ſunt: ſunt deniq; qui & nominibus, & rebus geſtis præclari ſunt.* Certè Muhammed, è quo Muhammedani dicti, illi meritò

cenſeatur,qui,nominis quidem præſtantia cedit nemi- norum pravitate,vitæque corruptione nulli ſit ſecundus. unmed enim vox Arabica eſt,à verbo حمد חמד,& per ſtow حمد מחר *laudavit,gratias egit*,deſumpta. Hinc ugatio II.ſive dageſſata حمّد חִמֵּד,ſignificatione intenſa, *celebravit*,ſignificat: atque ab hac Conjugatione, ejúſ- articipio Paſſivo emergit محمد מחמד *valdè celebra-* Ideò ut,vi Etymi, Arabum محمد מחמד idem prorſus iod Hebræorum איש חמודות, *vir deſideriorum* (Dan. .11.) Græcis Ἐράσμιος: Latinis *Deſiderius*, quod no- Magni illius Barbaro-maſtygis Roterodami fuit. Liber 1. de orig. Muh. *Muhammed qualis vox, & quid ſignificet.*

criptores Latini & Græci veræ & nativæ vocis hujus O- is plerunque ignari,corruptè (quam eandem ſortem vo- a peregrina,in uſum vernaculum traducta,ſunt experta) ſcripſerunt *Machumet*, *Machomet*, Gr.Μαχουμέθ,pro *mmed*,vel *Mohammed* (prout *Damma*, Arabum voca- l per U,vel per O æquivalenter exprimitur) Græcè Μω- δ, ad quam ſcriptionem *Zonar*.in Annalib.Tomo II.& *Cantacuzenus* in apologia ſua proximè accedentes, θ pro δ, uſurpant Μωαμέθ. *Varia ejus ſcriptiones.*

Συνωνύμως in Alcorano appellatur أحمد; Nomine ab n verbo, cum ſuperiori deducto, & ab ipſo Servatore)(quod credere poterit Judæus Apella,non ego)totidem is prædicto. Ita enim Rhapſodus Alcorani, Suratâ LIX. ur: *Vocatur aliàs 1. Ahmed.*

قال عيسى ابن مريم يا بنى اسرايل اني

رسول الله اليكم مصدقا لما بين يدي من ال

ومبشرا برسول ياتى من بعدي اسمه احمد

Dixit Jeſus, filius Mariæ: O filii Iſraël,Ego ſum Apo- Dei ad vos,ut verificem, quam habetis Legem,& an- em Apoſtolum venturum poſt me,cui nomen erit احمد Achmed,id eſt,ut *Beidavi* commentatur,Muhammed. *Anuſpiam exſtet in N. Teſt.*

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

Ubi frons? Ubi mens? Ubi candor propheticus? Chriſtus nempe *Joh.* XIV. (ita enim ἄθυρον illud στόμα *Ahmed Ibn Edris* in ſcripto ſuo Elenchtico γυμνῇ prorſus κεφαλῇ mentiri non erubeſcit) v. 16. & 17. Diſcipulos ſuos, eorúmque poſteros, ſpe paracleti ſuffulturus, rejecit ad Muhammedem, vel Ahmedem, hominem divina humanis, ſacráque profanis miſcentem, callidis ſuis, & impiis conſiliis Chriſti Eccleſiam turbantem, voraginem omnium ſcelerum, ipſum denique Antichriſtum Orientalem! Excutiant omnes totius orbis forulos, conferant primæ, mediæ, ultimæ ætatis Novi Teſtamenti αὐτόγραφα, ἀπόγραφα, Tranſlationes, & vel leve, manifeſtæ hujus in Deum & Chriſtum ejus, blaſphemiæ veſtigium oſtendant. Rationibus tandem, & teſtimoniis, quod impiè dicunt, probent. Eruant obſcurum nobis, & incognitum tempus, quo Chriſtiani falſarii ſpongiam ſacrilegam ſacratiſſimo Novi Teſtamenti libro admoverint, id quod hactenus onus omnium Muhammedanorum humeris impar fuit. Specioſiùs *Author Genealogiæ* Muhammedis ab Hermanno Dalmata in Linguam Latinam verſæ, nomen Ahmed, cùm in terra apud Evangeliſtas, & Apoſtolos nuſpiam reperiret, anxiè inter cœlites (cerites volebam dicere) quæſitum, invenit. Sic enim pag. 203. loquitur: *Nomen ejus in cœlo eſt Achmed, in terra Muhammed, in Paradiſo Alvatrazim.*

Muhammed Epilepticus.

Fuit Muhammed magno hiſtoricorum conſenſu, morbo Epileptico ſæpiſſimè correptus, cujus tamen impetum Prophetica ἐκστάσει, & Angelorum circumfulgente majeſtate callidè excuſabat. *Zonaras* Annalium tom. III. pag. 70. Ἐπιληψίας νοσήματι συνεχόμενος, ὃ κατὰ καιροὺς αὐτῷ τοῦ πάθους προσβάλλοντος, πίπτων, καὶ τῶν φρενῶν ἐξιστάμενος, id eſt, *Comitiali laborabat morbo, & ex intervallis impetu illius mali proſtratus, mente alienabatur.* Faſcinum hoc Diabolicum, quo aſſeclarum ſuorum perſtrinxit oculos, etſi veteratori feliciter ſucceſſerit, diúque admodùm χαλκεῖα ἀντὶ χρυσείων, Epilepſiam

pro

aptu vatidico, obtruſerit : apertam tamen ejus in Alcora- entionem nullam unquam fecit. Liber 1. de orig. Muh.

Quòd ſi tamen ipſa Arabum monumenta in ſubſidium mus, duo deprehendemus nomina, ex quibus ſonticus ille ammedis morbus non obliquè probatur. Eorum expli- nem tantò magis video hoc loco neceſſariam, quantò ha- is obſcuriora latuerunt.

Ac *primò* quidem, Suratâ الاعراف quæ numero VII. eſt, 2. אלמזמל.
tur Pſeudopropheta المتزمل, per ſyncopen pro المزمل
. Latino Interpreti eſt, *Vir pannis laneis opertus*. Signifi- iim تزمل *complicare veſtem*: unde in Participio Paſſivo opato مزمل *veſtibus involutus*. Ratio ὀνοματοθεσίας eſt & perſpicua, quòd nempe Pſeudopropheta ex Epile- ſcelerum ultrice, tremulus, & trepidus aſpectu hominum uci, veſtibúsque contegi voluerit.

ied & aliud eſt, æquè monſtroſum nomen, quo idem ille a- 3.
a Suratâ LXXII. Alcorani ſui deſignari voluit, videlicet מדתר.
מדתר. Ænigma eſt profectò & nodus, cujus ſolutio ca- a non tantùm interpretum noſtrorum, ſed etiam Arabi- m, Hæreſiarchæ ſui nævos difficulter propalantium, orum ſuperavit. Verùm, ſuperiori planè συνώνυμον eſſe, Beidavi Arabum doctiſſimi, ſatis evincunt verba. Eſt enim rie, ex mente ipſius, דתר دثر *ſtoreis contexit*: unde Par- um Conjugationis V. ſyncopatum مدثر, eſt البس دثار *us induens, ſtoreis ſe contegens*, non, ut *Beidavi* incautis adere conatur, *quòd vel ſomnum capturus ſtoreis ſe in- erit, aut Angelici fulgoris majeſtate circumfuſus, ad m ſuam Chadigam redux*, iis circumdari voluerit: ſed Epilepſia oppreſſus, humíque proſtratus quælibet invo- lucra,

Liber 1. de orig. Muh.

lucra, ne fortè Epilepticus deprehenſus teſſeram apud ſuos confringeret, arripuerit.

Præſtantia Nominis Muhammed.

Atque hæc de Pſeudoprophetæ *Arabum* variis Nominibus: ubi tamen notandum, vulgatum illud, cæteriſque notius, nomen ܡܚܡܕ מחמד agmen apud Muhammedanos ducere, non tantùm quòd Adamo, Moſi, Chriſto, Eſajæ, cæteriſque Prophetis innotuiſſe, ſed etiam ei cum Deo commune eſſe, credant. Hinc *Keſſæus* in vitis Patrum pag. 96. يا موسى لم اخلق خلقا اكرم علي منه وان جميع المرسلين قبلك امنوا به وهو اول نبي يذكر واخر نبي يقبر واول نبي يحشر وهو افضل الانبيا واسمه محمد المحمود وقد شققت اسمه من اسمي ✻ Id eſt, *O Moſes, Creaturam Muhammede præſtantiorem creavi nullam, Legati omnes te antecedentes crediderunt in eum: primus eſt omnium Prophetarum memoratorum, ultimus erit ſepeliendorum, & primus reſuſcitandorum. Prophetarum ille eſt optimus, cujus nomen, derivatum, & deductum à nomine meo, erit Muhammed, deſiderabilis.* Vide quàm non pudeat eos, quorum κεκαυτηριασμένην eſt συνείδησις, quælibet in Hæreſiarchæ ſui gratiam mentiri!

Ca-

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

Caput III.

De MUHAMMEDIS GENEALOGIA duplici, Generali, & Speciali.

QUemadmodum Euſebius, Epiphanius, Auguſtinus, aliíque Scriptores Eccleſiaſtici, Hæreſium Catalogum pertexturi in Hæreſiarcharum nativitatem, mares, Patriam, magno ſtudio inquiſiverunt, facilè animadvertentes, ſeriem genealogicam magnam rerum tractationi af:re lucem. Pari ratione authores tam Muhammedani, ma:ii ſuperſtitionum ſuarum æſtimatores, quàm Chriſtiani hi:oriam Orientalem adornaturi, Muhammedis vitam, & fi:m deſcripturi in ejus Genealogiam accuratè inveſtigârunt. ideatur *Fortalitium fidei*, libr. IV. Conſideratione I. Artic. I. *:nealogia Muhammedis*, ex Arabico in Latinum ab *Her:nno Dalmata* verſa pag. 1. Libellus item cui titulus *Chro:ca mendoſa, & ridiculoſa Saracenorum* pag. 2. At quia non thores tantùm iſti, multum inter ſe variant, ſed etiam eo:m, ſive Calamographi, ſive Chalcographi, nomina propria dilaniârunt, & truncârunt, ut vix rudera veræ & germanæ :iptionis ſuperſint, non me poſt Homerum Iliadem ſcri:rum exiſtimo, ſi novam ex monumentis Orientalium eru:n Muhammedis exhibeam arborem Genealogicam. Quia rò eam in lectione Hiſtoriæ Orientalis triplicem deprendo, *unam*, quæ ab Abrahamo ad Muhammedem ſe exten:, cósque ambitu ſuo complectitur, ex quibus Propheta ille *ὁμώνυμος* eſt natus: *alteram*, quæ Prophetarum tantùm :talogum exhibet. *Tertiam*, quæ ab Adamo ad Muhamme:m latius ſe diffundit, de ſingulis aliquid dicemus. *Prima* ex :ſc. quodam, quo, parario D. *Marchtalero* uſus eſt D. *Schik-*

Liber 1. de orig. Muh. *hardus*, ita habet: 1. ابرهيم *Abraham*: 2. اسماعيل نبي عليه السلام *Iſmaël Propheta, ſuper quo pax*. 3 قيدار *Kedar*. 4. سلامان *Selaman*. 5. يسجب *Jeſgab*. 6. هميسع *He-maiſch*. 7. يسع *Jaſeh*. 8. ادر *Ader*. 9. اد *Ad*. 10. عدنان *Ednan*, (celebratæ pulchritudinis) 11. معد *Moad* (dux bellicoſus & hoſtis Judæorum) 12. نزار *Nizar*, cujus vexillum hodiéque jactant. *Iſte Nizar*, ſcribit author Fortalit.fidei lib.4.c.3. *fuit ſecundus Angelus Sathanæ poſt Iſmaëlem, habens vexillum altiſſimum, in quo ſcriptum erat, vanitas mundi, ſub quo ipſe continuè militavit, & innumerabiles ab eo decepti.* 13. مضر *Modar*. 14. الياس *Alias*, vel, *Elias*. 15. مدركه *Medriche*. 16. خزيمه *Chazaime*. 17. كنانه *Conane*, ſomniorum Interpres. 18. نضر *Nodar*. 19. مالك *Malik*, cum luce Prophetica. 20. فهر *Phahir*. 21. غالب *Galib*. 22. لوي *Lovvay*. 23. كعب *Kaab*. 24. مره *Morrah*. 25. كلاب *Kaleb*. 26. قصي *Kodai*, rex ſapiens & juſtus. 27. عبد مناف *Abdo-Menaph*, ſub quo res Arabum floruerunt. 28. هاشم *Haſchim*, coætaneus Imperatoris Juſtiniani. 29. عبد المطلب *Abdolmutleb*, qui cum Coſre Perſa bellum geſſit. 30. عبد الله *Abdolla*, Abitalibi & Abbaſi frater natu minimus, cujus uxor Emina. Ex quibus tandem prodiit, ſi credere fas eſt, خاتم النبيين *ſigillum Prophetarum*, qui genuit فاطمة *Phatimam*, nuptam علي *Hali*. *Elmakinus* Hiſt.Sarac.lib.1.pag.2.ex Muhammed Abu-

ougiafar Tabarita Muhammedi tribuit patrem عبد الله Liber 1. de orig. Muh.
dalla: avum عبد المطلب Abdolmulteb proavum هاشم
ſchim: abavum عبد مناف Abdomenaph. Matrem verò
أم Amena, vel Emina. Avum maternum وهب VVahebum:
avum عبد مناف Abdo Menaph.

De *ſecunda* ſic loquitur Chriſtianus Ravius: *Ego certè ginti ſeptem diverſos gradus vel ætates divinarum reve-ionum inveni deſcriptas à Davide Cæſarienſe, qui una n elegantiſſimis aliis authoribus Arabicis, Perſicis, Turci, que meâ curâ ex Oriente allatis in publica Ultrajectina Bi-otheca extat. Sunt autem hæ.* 1. *Adami ætas.* 2. *Sethi. Noachi.* 4. *Primi Druidum, Idris, qui eſt Ahnuk, S. Enoch. Abrahami.* 6. *Iishaqui.* 7. *Jismaëlis.* 8. *Jaqobi.* 9. *Joſefi. .Hudi.* 11. *Salihi.* 12. *Shaabi.* 13. *Lothi.* 14. *Aziri, qui eſt ra.* 15. *Jeſu Meſſiæ, ſeu Chriſti filii Mariæ.* 16. *Solomonis. .Davidis.* 18. *Junas ſeu Jonæ.* 19. *Jobi.* 20. *Johannis. .Zachariæ, Patris ejus.* 22. *Eliæ Tisbitæ.* 23. *Locmani, qui Alcman.* 24. *Haruni, qui eſt Aharon.* 25. *Moſis.* 26. *Chalidi. .Muhammedis.*

Tertia, quæ mixta eſt, ab Adamo ad Muhammedis tem-ra pertexitur ab authore تاريخ أدم, de quo videatur *The-tr. Phil.* p. 62. Commodiſſimè autem ſeries iſta quatuor di-ctis ætatibus proponi & abſolvi poterit. *Prima*, ab Adamo d Abrahamum. *Secunda*, ab Abrahamo ad Moſen. *Tertia*, à Moſe ad Chriſtum. *Quarta*, à Chriſto ad Muhammedem.

Prima ætas ab Adamo ad Abrahamum.

ادم نبي عليه السلام

Pax ſuper quo Propheta Adam

عبد الحارث
Abdolhareth

هابيل مقتول
Occiſus Habel

قابيل قاتل
Occidens Kabel

شيث نبي عليه السلام

Pax ſuper quo Propheta Schet

قينان
Kainan

مهلاييل
Mahalael

يرد
Jared

ادريس نبي عليه السلام

Pax ſuper quo Propheta Edris

متوشلح
Methuſalach

ملك
Malec

نوح نبى عليه السلام

Pax ſuper quo Propheta Noach

يافث
Japhet

سام
Sem

حام
Cham

ماجوج
Magog

ياجوج
Jagog

بوالحاش

بولحاش
Bulhaſch

صالح نبي عليه السلام - هود نبي عليه السلام

Pax ſuper quo Propheta Hud Pax ſuper quo Propheta Zalech

مكين
Magin
جن
Gin

Liber 1. de orig. Muh.

Notæ.

أدم (*Adam*) Hunc Muhammedani Protoplaſtum, communémque generis humani parentem eſſe larga manu concedunt: unde & أصل الادم *Radicem hominum*: Item ابو بشر *Patrem hominum* vocant. Licétque de vocis origine (Hebræa enim eſt) & ejus propria ſignificatione, omnium eadem mens minimè ſit, non deſunt, tamen, qui, S. Scripturæ ὑμοψήφως, Adamum ſic dictum volunt, quod eſſet plaſmatus من أدم الارض *ex terra rufa*. De Creatione autem ejus miraculoſa, in Paradiſum collocatione ſplendida, divino de non comedendo fructu arboris ſcientiæ boni, & mali interdicto de mandati transgreſſione: utriusque mortis Adamo, totique ejus poſteritati annunciatione: Paradiſi ejectione, prolis propagatione, multa quidem Muhammed ipſe ex Geneſeos hiſtoria mutuavit, & in ſecundum Alcorani caput inſerſit, ſed abſurdis tum propriis cerebri commentis, tum etiam Talmudicis figmentis incruſtavit, quæ ſuo quæque loco commodè interſerentur. *Adam.*

نبي *Propheta*) Prophetam author appellat Adamum, item aliâs نبي الله *Prophetam Dei* dicunt. Unde etiam pri- *Propheta.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Liber 1. de orig. Muh.

mos libros ὐρανοπετεῖς, καὶ θεοπέμπτους ipſum accepiſſe, ſine authoritate ſcripturæ, illi tradunt. *Keſſæus*, de vitis Patrum, XXI. Libros Adamo aſſignat, argumento cumprimis venerabiles. Continebant enim الفرايض والسنن والشرايع الوعد والوعود واخبار الدنيا * id eſt, *Decreta, leges, ſtatuta, promiſſiones, minas, aliásque res in mundo poſtea eventuras.*

عليه السلام *Super quo pax*) Εὐφημία eſt in Hebræorum Scholis nata, qua defunctos ſuos proſequuntur עליו השלום *ſuper eo pax*. Hanc autem conſuetudinem Judaicam, ut plurimas alias, Muhammedani fecêre ſuam. Sic & aliæ hujus commatis formulæ ſparſim in Arabum ſcriptis obviæ ſunt, ut صلى الله عليه وسلم id eſt, *Precetur Deus pro eo, eúmque ſervet*. Vel, عليه افضل الصلاة والسلام *Sit ſuper eum optima precatio, & pax*. Vel, رضي الله عنه *Delectetur eo Deus*. Ubi tamen notandum, duas priores phraſes ſolius Muhammedis, tertiam verò Succeſſorum ejus mentioni præfigi. Vide hiſtoriam Timuri *Ahm. Arabs*. p. 1. & 5. Locutiones contrariæ ſunt, لعنة عليه *Maledictio ſuper eum*. Vel, لعنه الله *Maledicat ei Deus*. Quo fulmine Judæos præſertim feriunt. Vel خذلهم الله *deſerat eos Deus*, quod Anathema Abanazarus Muhammedanus Chriſtianis injurioſè dicit.

Abdol Hareth quis.

عبدل هارث *Abdol Haret*) Ita enim corrigenda eſt mendoſiſſima lectio عبدل *Abdol*, quam autographum ſuppeditat. De hoc Abdol Haretho Genealogus nihil quidem commemorat, ſatis verò luculenter, dum immediatè Adamo eum ſubjicit, ex lumbis ejus prodiiſſe innuit, vel potiùs commi-

miniſcitur. *Schikhard.* in ſuo Taarich Perſico, pag. 24. *eum per Cabbalam inſertum exiſtimat:* id ut ita ſit, nondum tamen qui, aut qua occaſione factum fuerit, conſtat. Quare, ne fortè anſam inde nova μυςήρια condendi arripiant illi, qui in quolibet ſcirpo nodum quærunt, & imperitis fumum pro gemmis, ἀναθήματα ἀντ' ἀναθημάτων venditant, imò obſcurum quemlibet in ſanctorum numerum referunt, fontem Kabbalæ hujus Judaicæ detegere, atque hunc Abdol Harethum, obſcurè hactenus latitantem, in Mundi theatrum producere operæ pretium erit. *Moſes Aegyptius* in doctiſſimo ſuo ſcripto, Solutione perplexorum, ſive dubiorum Lib. I. cap. VII. hanc Magiſtrorum ſuorum affert Traditionem: כל אותן מאה ושלשים שנה שהיה אדם נזוף בהן היה מוליד רוחות יענן שדים id eſt, *Per integros illos CXXX. annos, quibus Adam rejectus fuit, meros ſpiritus,* id eſt, *dæmones, genuit.* Eadem fabula narratur in *Bereſch. Rabb.* Sect. 20. & 24. *à Sol. Jarchi* Pſal. LXXXIX. v. 33. Atque hæc Traditio in Scholis Judæorum trita, orientem ita occupavit, ut eandem quoque Muhammedanis, Alcorani præſertim interpretibus, pleróſque nonnunquam orbis angulos perrumpentibus, & minutiſſima quæque ad Alcorani ſui explicationem corradentibus, perſuaſerint. Aliter tamen, prout mendacium conſtans, & ſtabile eſſe nequit, cantilena hæc cantatur à Judæis, à Muhammedanis aliter. *Illi* enim, abſolutè Diabolos ex Adamo genitos: *hi* verò obſtetricante tantùm & promovente Haretho (quod in vetuſto quodam Manu-ſcripto nomen eſt cujusdam Spiritûs Regi Solomoni familiaris) partum primogenitum Adami prodiiſſe, & rei memoriam Abdol Harethum, id eſt, ſervum Harethi, dæmonis, appellatum tradunt. Nugas has ita vendit Beidavi

لما حملت هوا أتاه ابليس في صورة رجل فق
لها ما يدريك ما في بطنك لعله بهيمة او كل
وما

Liber 1. de orig. Muh.

Liber 1. de orig. Muh.

وما يدريك من اين يخرج فخافت من ذلك فذكرت
لادم فهما منه ثم عاد اليها وقال اني من الله بمنزله
فان دعوت الله ان يجعل خلقا مثلك ويسهل
عليك خروجه وتسميه عبد الحارث كان اسمه
حرثا في الملايكة فتقبلت ولما ولدت سمته عبد
الحارث * id eſt, *Cùm Eva uterum geſtaret, acceſſit eam Diabolus, aſſumptâ formâ viri, eique dixit; Quis indicavit tibi, quid in ventre tuo geſtes? Fortè beſtia eſt, aut canis. Quis etiam notum tibi fecit, unde fœtus tuus ſit proditurus? Eva igitur, hoc nuncio valdè perculſa, indicavit Adamo, quid obtigiſſet ſibi, unde timor utrique auctus. Poſtea idem ad eam reverſus dixit, ego veniens à Deo, locum ejus ſuppleo. Deum autem rogavi, ut concedat creaturam ſimilem tibi, facilémque ei largiatur exitum, tu verò appellabis eam Abdol Hareth, (Nomen enim hoc ejus erat inter dæmones) conſenſit igitur Eva, partuíque recens nato Nomen Abdol Harethi impoſuit. Keſſæus* in vitis Patrum, circumſtantiis non nihil mutatis, eandem crambem coquit: *Diabolum*, nempe *Harethum, perſuaſiſſe Adamo, ut primogenitum ſuum Abdol Harethum nuncuparet, quòd ſi faceret, fore, ut longiorem ſolito lucis hujus uſuram conſequeretur.* Porrò inter alia Manichæorum deliria refertur, quòd Caino ابنة الحارث *filiam Harethi* ex inceſto concubitu natam, tribuerint. Sed ſatis de notho hoc, imò fabuloſo, & in Talmudiſtarum cerebro nato Adami *Abdol Haretho*. Tale quid de Kaino & Abele ſomniârunt Archontici hæretici, de quibus *Epiphan.* hæreſ. 40. p. 131.

Abel. هابيل *Habel)* In Scriptis Arabum Kaino primogenito تعظيما id eſt, *honoris ergò*, præponitur. Tribuunt ei Orientales,

tales, Chriſtiani & Muhammedani, Sororem gemellam, quam *Patricides*, Patriarcha Alexandrinus, in Hiſtoria Eccleſiaſtica, antiquis אוין, Romanis *Leſuram* (pro quo in ἀνωνύμῳ Genealogia quadam Mſc. Latina *Delvora* reperi) nuncupatam vult. *Liber 1. de orig. Muh.*

مقتول *Occiſus*) *Keſſæus* vocat شهيد *Martyrem*, quæ Epitheta ſunt Abelis Protomartyris: ubi, ἐν παρόδῳ, obſervandum, Arabes, Epithetorum obſervantiſſimos, pleroſque ferè V. T. patriarchas, & prophetas certis, vel ab officio, vel à vitæ moribus, vel miraculo aliquo, inſignire Epithetis. Sic *Moſen* appellant كليم الله quod eum notat, *qui familiariter cum Deo colloquitur*: *Iſacum* ذبيح الله *Deo in ſacrificium conſecratum*: *Abrahamum* خليل الله *amicum Dei*: *Jobum* صديق الله *familiarem Dei*, &c. Habent hoc cum Arabibus commune Syri, iiſque Chriſtiani. In *Beth-gaza* Mſc. Syriaco, cujus aliâs, cumprimis P. III. noſtri ὁδηγῷ p. 347. meminimus, hæc inter alia reperio verba: ܐܕܡ ܩܕܡܝܐ ܘܗܒܝܠ ܟܐܢܐ ܫܝܬ ܫܦܝܪܐ ܘܢܘܚ ܓܡܝܪܐ ܐܒܪܗܡ ܣܒܐ ܘܐܝܣܚܩ ܕܒܚܐ ܝܥܩܘܒ ܬܡܝܡܐ ܘܒܢܝ ܛܟܣܐ ܡܘܫܐ ܘܐܗܪܘܢ: id eſt, *Adam primus, & Abel juſtus: Scheth pulcher, & Noach perfectus: Abraham ſenex, & Iſaac ſacrificio deſtinatus: Jacob integer, & filii ordinis Moſes & Aharon.* *Martyr.*

Etſi verò cauſa primi illius fratricidii à Caino patrati, quod Emphaticè planè *Chryſoſtomus* tomo Operum I. p. 471. ἀνίατον, καὶ ἀσύγγνωστον σφαγὴν appellat, ex Geneſeos hiſtoria, non obſcurè colligi poſſit, invidia videlicet, & ἄσπονδον in fratrem odium, Orientales tamen, Chriſtiani æquè, atque Muhammedani, ſuis nimiùm indulgentes Traditionibus, occaſionem tam nefarii patrandi ſceleris, ex controverſo inter fratres connubio ortam volunt. Hiſtoriam ſic narrat *Patricides*: *Præcepit Deus Protoplaſtis, ut* *Cauſa fratricidii ex Patricide.*

 fæti-

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

fœtificarent, augeſcerent, & implerent terram: unde Adam uxorem ſuam Evam cognovit, quæ, concipiens, partu eodem puellum, & puellam enixa, puerum quidem Cainum, puellam verò Aſrun appellavit. Secundâ verò conceptione iterum peperit gemellos, maſculum, quem Abel, & fœmellam, quam Avin (Latinis Leſura dicta) vocavit. Cúmque pueri ex Ephebis jam exceſſiſſent, ſororésque viri-potentes eſſent, dixit Adam uxori ſuæ Evæ: velim quidem Cainum ducere Avin ſororem congenitam Abeli, & vice verſa, ut Abeli cedat Aſrun, *Caini ſoror gemina. At oblocutus Cain, reſpondit Matri ſuæ Evæ: ducam utique uxorem, ſororem meam, ſuam ſibi reſervet Abel: Erat autem Aſrun formoſior Avinâ. Quibus verbis auditis, Adam, graviter commotus, dixit: Quæ hæc lis? Præſtat, ut, juſſu meo, ſuam quilibet retineat ſororem. Sed quia Cain fuit agricola, Abel verò Paſtor gregis, dixit Adam ad eos: Litem inter vos ortam ſacrificiis dirimite, ſumptíſque de fructibus terræ, & fœtura gregis, aſcendite ad verticem montis ſancti, ibíque veſtra offerte ſacrificia, atque exinde quilibet uxorem ſuam ducat. Attulit igitur Cain de fructibus terræ ſuæ, ut offerret in munus & gratum odorem: dúmque unâ montem deſtinatum aſcenderent, ingreditur Diabolus Cainum, eíque perſuaſit, ut occideret fratrem ſuum Abelem, propter Aſrunam ſororem ſuam. Atque propterea Deus ſacrificium Caini non acceptavit: cùm enim utrique ſua Deo obtuliſſent ſacrificia, reſpexit Deus ad munus Abelis, ad ſacrificium Caini non item: atque hinc magis exarſit Caini in Abelem ira, odium, usque adeò, ut irreconciliabili invidiæ œſtro percitus in fratrem ferreretur: cúmq; de monte deſcendiſſent, irruit Cain in Abelem, caput ejus lapide lethaliter feriit, ſicq; vitâ eum privavit. Ex quo fratricidio Adamo & Evæ ſummus mœror, ſummáque triſtitia nata. Luxerunt enim Abelem annos centum continuos. Maledixit autem Deus Caino & ejus poſteris: fuítque Cain tremulus & erro omnibus*

Digitized by Google

bus diebus vitæ ſuæ. Et expulit eum Deus occaſum versùs, in terram Nod. Et aſſumſit Cain Aſrun ſororem ſuam, ut ibidem ſecum habitaret. Hæc Patricid. Scriptor ἀνέκδοτος. Tale quid *Epiphanius* tribuit Archonticis, hæreſi 40. pag. 131. Ἕτερον ἢ πόλιν μῦθον λέγουσιν οἱ τοιοῦτοι, ὅτι φησὶν ὁ Διάβολος ἐλθὼν πρὸς τὴν Εὔαν, συνήφθη αὐτῇ ὡς ἀνὴρ γυναικὶ, καὶ ἐγέννησεν ἐξ αὐτοῦ τόν τε Καὶν, καὶ τὸν Ἄβελ· διὸ ἐπανέστη ὁ εἷς τῷ ἑνὶ, διὰ ζῆλον ὃν εἶχον πρὸς ἀλλήλους, οὐχὶ διὰ τὸ ὡς εὐηρεστηκέναι τὸν Ἄβελ Θεῷ, ὡς ἔχει ἡ ἀλήθεια, ἄλλα ἕτερον πλαζόμενον λόγον λέγουσιν, ἐπειδὴ φάσιν ἐρῶντες ἦσαν ἀμφότεροι τῆς ἀδελφῆς αὐτῶν τῆς ἰδίας, τούτου χάριν ἐπανέστη ὁ Καὶν τῷ Ἄβελ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Id eſt, *Porrò rurſus aliam fabulam narrant: Diabolus, inquiunt, veniens ad Evam, copulatus eſt illi ſicut vir mulieri, & genuit ex eo Cainum & Abelem. Quopropter inſurrexit alter in alterum, propter æmulationem, quam inter ſe habebant, non eò quòd placuit Abel Deo, ſicut veritas habet, ſed alium confictum ſermonem dicunt, nempe, quòd propriam ambo illi ſororem diligerent, irruiſſe Cainum in Abelem, eúmque occidiſſe. R. Gedal.* Schalſch. Kabb. p. 92. b. etiam ſororis geminæ Caini meminit, quam קלמנה appellat. Liber 1. de orig. Muh.

قابل *Kabel*) Nomen hoc in Alcorano, unde ab authore genealogiæ hujus petitum, ſemel atque iterum occurrit. *Keſſæus* pro eo habet قابيل *Kabil*, quo vocabulo ipſus is, quem *Ahmed ben Iſac*, Scripturam Sacram ſecutus, קאין قاين *Cain* nuncupat, venit. At quæras, unde vel κατ' ὄναρ Authoribus pro Kain obrepſit Kabel? Reſpondetur. Primus eſt corruptæ hujus, & planè detortæ ſcriptionis author Muhammed in Alcorano ſuo. Is, quia ſibi, omnis literaturæ, & Hiſtoriæ ſacræ ignaro, centonem ſuum cœlitus traditum, mentiebatur, omnem movit lapidem, ut ne, quando hiſtorias ex V. T. deſumptas Chriſtiani, aut Judæi deprehenderent, fraudis manifeſtæ & *Kabel quis.*

Liber 1. de orig Muh.

ſacrilegii eum convincerent. Operam igitur dedit, ut hiſtoriis ſacris, vel parachroniſmi, vel anachroniſmi, vel ἀνιστορησίας, vel denique corruptionis, aut permutationis Nominum σκοτίζειν offunderet, adeóque omnem tranſcriptionis aliunde ſuſpicionem declinaret. Et quia, ut θανάσιμον ſuum μελίκρατον incautioribus faciliùs inſtillaret, in toto Alcorano cum primis verſibus delectatus fuit ὁμοιοτελεύτοις, iis nomina, etiam propria, ſcopo ſuo inſervientia, accommodare neceſſe habuit. Hinc, cùm vox Abel, ſono à vocabulo Kain multùm differat, hoc, ὁμοιοπτώσεως ἕνεκα, in Kabel convertit. Ita Gogi, & Magogi mentionem facturus, *Jagog* & *Magog* ſcribit. Eberum in *Hud* transmutat, quo Regi illius temporis Idololatrico *AD* nominato, uſitata παρονομασίας lege aptaretur. Rurſus, nomina Angelorum, quorum opera Linguarum confuſio in orbem invecta expreſſurus, Pſeudopropheta, artificii Rhetorici memor, ſine exemplo, ſine Authoritate *Harut* & *Marut* eosdem vocat. Inſigne etiam Rhetoricationis hujus Muhammedicæ exemplum occurrit Suratâ *Alcorani* II. quâ, præter cætera, cladem illam inter Iſraëlitas & Philiſtæos, tempore Saulis, & Goliathi commiſſam fabulosè enarrat. Goliathum *Galuth*, adverſarium proinde ejus, quem Saulum ſcribere oportuiſſet, *Taluth* confingit. Ita nempe Muhammed, verſipelle Diaboli mancipium, impoſturis ſuis fucum facere voluit! ſed profectò, dum evitare conatur Charybdin, incidit in Scyllam. Adeò enim nugis iſtis manifeſtè ſorex ſe prodit, ut veteratoriam ſuam & vulpinam nequitiam, toti mundo largiùs deridendam ratione alia non propinârit, aut fictitiæ ſuæ Legi authoritatem derogârit, quàm putidis his commentis.

قاتل *Occiſor*) Hiſtoriam fratricidii, commentis anilibus permixtam, centonis quoque ſui laciniam eſſe voluit Muhammed in *Alcorano*, Suratâ V. *de menſa*. pag. 64. Addit *Keſſæus*, quòd Cain dignas luerit fratricidii pœnas, non tantùm vitam

cum

cum morte violenta commutando, ſed & Dæmonibus, quorum catenis, conſtrictus ad æternorum ſuppliciorum locum abreptus fuerit, in prædam cedendo. Unde ubiq; ferè ملعون id eſt, *Maledictum*, in Arabum ſcriptis dici reperias. Liber 1. de orig. Muh.

شث *Sethus*) ab Hebræo שת *poſuit* denominatus, quia fratri Abeli ſurrogatus, ejúsque loco in familia Adami collocatus fuit. De hoc ita ſcribit Patricides: *Adam ducentos, & triginta natus annos cognovit Evam, quæ concepit, peperítque puerum, quem Sethum appellavit. Fuit is formâ venuſtus, membrorum* εὐρυθμίᾳ *patri ſimilis, & pater gigantum orbem ante diluvium inhabitantium. Keſſæus* Muhammedanus, Traditionem ſecutus aliam, ait: *Adamo, nimio, propter interfectum, & indignè humanis exemptum Abelem, mærore quaſi emaciato, non tantùm imperatum, ut lacrymarum tandem finem faceret, ſed ſpem injectam, ex lumbis ejus proditurum virum,* علي صورة هابيل في الحسن والجمال وهو ابو النبيين id eſt, *Abeli figurâ, pulchritudine, & venuſtate ſimilem, qui futurus eſſet Pater omnium Prophearum.* Idem Author tribuit Setho primum gladii uſum cœlitus contra Cainum, ejúſque poſteros, quibuscum ἀσπονδον geſſit bellum, conceſſum. Sethus.

نبي *Propheta*) Keſſæus Sethum vocat ابو النبيين *Patrem Prophetarum.* Ita dicitur vel χυειολέκτως, quâ rerum futurarum vates, vel ἀναλόγως, quâ publicus verbi Dei præco. Neque enim dubium eſt, quin verborum, Geneſ. IV. v. ultimo אז הוחל לקרא בשם יהוה hanc à Judæis hauſerint interpretationem: *Tunc* (tempore Sethi) *cæptum eſt invocari nomen Domini*, id eſt, publicè coli: unde *Keſſæus* Sethum hunc, primum publici cultus authorem facit, utpote qui (Muhammedanus Muhammedicè loquitur) de turri, eum in uſum exſtructa,

Liber 1. de orig. Muh. tructa, exclamare ſolitus fuerit لا الاه الا الله ادم, *Non eſt Deus, niſi Deus Adami*. Item, quòd يامر بالمعروف وينهى عن المنكر هو واولاده حتى عمرت الدنيا بهم *mandârit juſtum, & prohibuerit iniquum ipſe, & filii ejus, quandiu in mundo ſuperſtites*. Cætera, quæ de Libris quinquaginta Setho cælitus delapſis, diſcordiis item, & ſimultatibus inter ipſum, & Caini poſteritatem perpetuò gliſcentibus, à *Keſſæo*, *Elmacino*, & *Patricide* commemorantur, aliò rejicimus.

قينان *Kenan*) Omiſſo Enocho, Sethi filio, tranſit author ad nepotem Kenanum, qui Magnus Rex ætatis ante-diluvianæ apud Hebræos audit, cujúſque ſepulchrum in India Alexandro Magno monſtratum, id quod fide Rabbinicâ, id eſt, ſubleſtâ tradit author *Zemach David* P. II. p. 2. & 4. 1.

مهلاييل (*Mahalaël*) Hanc Genealogi ſcriptionem in Pentateucho ſuo Arabico etiam ſequitur *Iben Sina*: Hebræa tamen veritas, ejúſque exemplo Codex Erpenii מהללאל habent.

يرد *Jared*) De hoc quidem, neque quoad hiſtoriam, neque quoad Etymologiam aut Orthographiam, nihil memorabile in ſcriptis Arabum occurrit, quod commodè hîc inſeri poſſit.

Edris Enoch & cur. ادريس *Edris*) Crucem in hac explicanda voce ſibi fixam crediderunt, quotquot eam ſunt aggreſſi. Authorem noſtrum hoc loco collocare, & exprimere Enochum voluiſſe, extra Controverſiæ aleam poſitum eſt. *Neque enim alius*, inquit Gulielmus Schikhardus, in Taarich Perſico, pag. 24. *intelligi poſſit*. Et certè, authores etiam alii Enochum hoc nomine celebrari, larga manu concedunt. Scriptor Libri Juchaſin f. 134. pag. 2. *Henoch, qui vocatur Adris*: quam Scripturam Johannes

nes Druſius ſuo de Henocho libello, pag. 23. *An*, inquit, *legendum Adlis, vel Atlis, id eſt, Atlas, nam apud Euſebium ex Eupolemo vetuſto Scriptore aſſertur, Atlantem Gentilium fuiſſe Enochum.* Conjecturæ huic incertæ admodùm, & longè petitæ, conſtanti etiam vocis ſcriptioni repugnanti, ſubjiciemus aliam. Liber 1. de orig. Muh.

Tenendum ante omnia eſt, Librum, Alcorano antiquiorem, nullum erui poſſe, in quo ادريس *Edris* ponatur, pro Enocho. Unde incunabula vocabuli hujus neceſſariò ad Muhammedem referenda, qui *Suratâ* XVIII. pag. 180. Et *Suratâ* XX. Enochi, ſub Edriſi nomine, meminit. Quid verò, inquis, Pſeudoprophetam in hanc mentem impulit, ut contra Scripturæ authoritatem aliud Enocho affingeret nomen? Reſpondeo. Ideò factum, ut antiquiſſimorum Hæreticorum conſuetudinem refricans, ignoto hoc, & barbaro vocabulo apud rudem, & ad quaslibet *βαρβαροφωνίας* attonitam plebem, majorem ſibi authoritatem conciliaret, ſimúlque Chriſtianis, rhapſodias ejus, & ſacrilègia exagitandi, atque palàm faciendi occaſionem præcideret. At quæris, quid Enocho cum Edris? Talmudicum eſt εὕρημα, quod à Magiſtro ſuo Abdalla Talmudiſta ſuperſtitioſo mutuavit. Enochus enim, ex antiqua Traditione *πατερπαρεδότῳ*, Judæis vulgò מיטטרון, id eſt, *Metator*, vel, ut *Jonathan* in Paraphraſi Chaldaica *Geneſ.* cap. V. v. 24. reddit ספרא רבא *Scriba magnus*, vertit, dicebatur. Hanc vocem commodiùs, ſuóque propoſito aptiùs reddere Muhammed non potuiſſet, quàm Arabicâ ادريس quæ *doctum, literatum, diſputatorem ſagacem, & rerum accuratum inveſtigatorem* ſignificat. Eſt enim à Radice Arabica درس דרס *ventilavit triticum* propriè, Metaphoricè verò *diſputavit, diſſeruit*. Unde مدرس מדרס *ſcholæ*, in quibus res ſcitu neceſſariæ & intricatæ ventilantur. Adeò ut vox Arabica ادريس אדרים, Hebræa דרשן, Chaldæa ספרא, Græca Συζητητὴς

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

πτῆς verè *συνώνυμα* ſint. Conjecturæ huic calculum addit *Beidavi*, ipſe Arabs, Comment. in Suratam Alcorani de Maria, p. m. 525. وان تعالى وان لقب بذلك لكثرة درسه انزل عليه ثلثين صحيفه وانا اول من خط بالقلم ونظر في علم النجوم والسحاب ✻ Id eſt, *Enoch dictus Edris propter multiplex ſtudium. Demiſit enim ei altiſſimus triginta volumina. Refertur etiam primus fuiſſe Calamographus, & Aſtronomiæ ſtudioſus.* Unde fortè apud *Euſeb.* l. VII. p. 212. C. Τοῦ δὲ τὸ πρῶτον παρ' ἑβραίοις μῆνα περὶ ἰσημερίαν εἶναι παραστατικὰ καὶ τὰ ἐν τῷ Ἐνὼχ μαθήματα. Huc faciunt verba *Elmakini*, Scriptoris Arabici ἀνεκδότου, quæ p. 10. ſic habent: وذهب قوم ان اخنوخ هو ادريس النبي وانه انزل عليه صحيفة الناموس المعروفة به وعلم النجامة ✻ Id eſt, *Sunt qui dicunt, Enochum eſſe Edris Prophetam, ſuper quo delapſum volumen legis, ab eo denominatum, ſcientiam item aſtrorum.*

Enoch Propheta.

نبيا *Propheta*) Enochum Spiritu Prophetico claruiſſe Muhammedani non ex Traditione tantùm Judæorum, ſed & ſcriptis Chriſtianorum habere potuerunt. Ita enim *Judas* in Epiſtola ſua Cathol. v. 14. προεφήτευσε καὶ ἕβδομος ἀπὸ Ἀδὰμ Ἐνώχ. Hinc ſparſim multa in Arabum ſcriptis reperias, quæ Enochi prophetiam mirificè illuſtrant, & commendant. Duo hîc tantùm ſubjiciemus *Keſſæi* teſtimonia: ابعثه الله رسولا الى اولاد قابل جبابرة ✻ Id eſt, *Miſit Deus Apoſtolum ad poſteros Kabel* (Caini) *qui erant gigantes*, videlicet Enochum. Et alibi: فبعث الله اليهم ادريس نبي ورسولا يدعوهم الى

الي عبادة الله Id eſt, *Miſitque Deus ad illos Edris Prophetam & Apoſtolum, qui vocaret eos ad Dei cultum.* Tranſlationis etiam ejus, & in Cœlum collocationis his verbis meminit *Alcoranus*: رفعناه مكانا عاليا id eſt, *Extulimus eum in locum altiorem*: quo quid perplexus & φρεναπατῶν author ſibi velit, ne ipſi quidem hactenus Arabum Doctores definire potuerunt. Unde tot incertæ, dubiæ, & vacillantes authorum ſententiæ, quas *Beidavi* in Commentariis ſuis ita exprimit; ut manifeſtè innuat, per *locum altiorem*, ab aliis intelligi شرف النبوة *Prophetiæ excellentiam*: ab aliis الجنة *Paradiſum*: ab aliis السما السادسة والرابعة *Cœlum ſextum & quartum.* Tandem notanda eſt periphraſis *Keſſ.ei*, in verba illa Geneſeos, התהלך את יהוה *Frequenter ambulavit cum Domino*, quæ ejusmodi eſt: فصار وعبد الله ليلا ونهارا ولا يفتر عن التسبيح* id eſt, *Serviebat Deo noctúque, diúque, neque à laude ejus ceſſabat.* Liber 1. de orig. Muh.

מלך ملك (*Malec*) Per μετάθεσιν, Arabibus in ejusmodi nominibus propriis, ſolemne eſt, pro למך لمك *Lamech*. Ita etiam ſcribunt עיסי عيسي *Iſa*, pro ישוע يسوع *Jeſus*. *Keſſaus* tamen hiſtoriæ ſuæ pag. m. 69. Orthographicè *Lamec* retinuit. Adſcribam hîc verba, quæ ad marginem Pentateuchi Arabici *Iben Sinæ* (de quo in *Theſ. Philol.* p. 274.) Mſc. reperi: *Lamech Cainum interfecit.*

لامك كان اعمي يقوده صبي فسمع حس في الغابة ظن انه وحش فرماه بحجر فقتله فقال له الصبي قتلت انسانا فضرب بيديه علي راس الصبي فقتله*

Liber 1. de orig. Muh.

Id eſt, *Lamec cæcus fuit, proinde à puero duci neceſſe habuit. Audito autem aliquando in ſylva ſtrepitu, feram eſſe exiſtimavit. At ubi lapide vitam ei ademiſſet, cognovit ex puero, hominem ſe occidiſſe: unde* (ne videlicet facinus hoc ejus in vulgus dimanaret) *ipſius etiam pueri caput ita contudit, ut fuerit mortuus.* R. *Gedal.* in Schalſch. hakkabb. paulò aliter refert: אומרים שבהיות קין זקן מאד ועייף נתישב בין אילנות וקוצים והיה סגי נהור והנער שהיה הולך עם למך לצוד ציד ראהו מרחוק ונדמה לו שקין היה איזו חיה רעה ותכף אמר אל למך שידרוך קשתו נגד החיה ההיא וכן עשה והמיתו ובשנתקרב אליו הכיר שהיה קין זקנו וחמתו בערה בו והמית את נערו: *Dicunt, quòd cùm Kain ſenex jam eſſet, & defeſſus, habitârit inter arbores & carduos, luſcus. Puerum autem, qui Lamecum venaturum comitabatur, è longinquo ipſum vidiſſe, ſimilémque Cainum apparuiſſe feræ. E veſtigio autem Lamecum monuiſſe, ut adverſus iſtam feram arcum tenderet. Id quod fecit, eúmque occidit. Cúmque propiùs accederet ad eum, cognovit eum avum ſuum, & exarſit ira ejus, & ipſum quoque interfecit puerum.* Suaviludio huic Orientali, quod prolixè etiam refert *Elmacinus* p. 7. ſubſidium quæſiverunt Judæi ὀξυδερκέστατοι, corúmque exemplo Chriſtiani etiam, in verbis Geneſ. IV. v. 14. איש הרגתי לפצעי וילד לחברתי *Occidi virum ad vulnus meum, & puerum ad vibicem meum.* Hinc fortè etiam nata illa apud *Keſſæum* pag. 60. de Lamecho opinio, quòd fuerit ملك من الملوك وكان جبارا عاتيا *Rex ex Regibus, & Gigas refractarius.*

Noachus.

נח نوح *Noachus*) Si ſingula, quæ de Noacho, ejus conceptione, nativitate, ſtudio & indefeſſo pro hominum converſione labore, affatim Arabum ſcripta ſuppeditant, operosè perſequi vellemus, limites propoſitæ nobis brevitatis tranſiliremus. Stric̃tim ea attingemus, quæ; ſive vera ſint, ſive falſa; de Noacho

cho commemorant Arabum monumenta. In ipſo ſtatim luminis vitalis limine, ſcribit *Keſſæus*; Lamechi patris ſui ἀϛοργίας, difficultatémque ſummam experiri debuiſſe. Natum enim illum omnium oculis ſubductum, & in ſpeluncas, ne præmatura fortè morte, indigno patris ſupplicio periret, fuiſſe abditum. Mortuo patre, ab exilio ad ſuos reverſum, vitæ genus pecuarium elegiſſe. Deum autem ad illuſtrius illum munus, Propheticum nempe, deſtinâſſe, atque ut idololatras ſui temporis (quos vivis coloribus *Keſſæus* p.m.61. depingit) officii ſui moneret, ab Idololatria revocaret, atque adeò in ordinem redigeret, juſſiſſe. Pluribus illa commemorantur locis in *Keſſæo, Beidavi*, & ipſo etiam *Alcorano* Surata V. p.m. 89. Surata X. p. 118. Surata XI. p. 122. 123. 124. Suratâ XXI. p. 187. Sur. XIX. p. 180. Surat. XXV. p. 202. Surat. XLVIII. p. 296. Suratâ LIII. pag. 300. & alibi. Ex quibus omnibus unum tantùm afferemus locum, quo, ὡς ἐν τύπῳ, Muhammedis artificium Scripturas ſacras, inſulſis figmentis defœdandi, ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendatur; Exhibemus illud ex Sur. V. p. 89. his verbis:

Liber 1. de orig. Muh.

Hiſtoria ejus ex Alcorano.

لقد ارسلنا نوحا الى قومه وقال يا قوم اعبدوا الله
ما لكم من الله غيره انى اخاف عليكم عذاب يوم
عظيم قال الملا من قومه انى لنريك في ضلال مبين
قال يا قوم ليس بي ضلالة ولاكني رسول من رب
العالمين ابلغكم رسالات ربي وانصح لكم واعلم من
الله ما لا تعلمون اوعجبتم ان جاكم ذكر من ربكم
على رجل منكم لينذركم ولتتقوا لعلكم ترحمون
وكذبوه وانجيناه والذين معه في الفلك *

Id eſt, *Jámque miſimus Noachum ad populum ſuum, qui dixit*

Liber I. de orig. Muh. *iis: O popule, colite Deum,, neque enim vobis extra illum Deus eſt; ſin, timeo vobis pœnam die magno:* (pœnam diluvii *Comment*. intelligit) *reſponderunt autem proceres populi, utique videmus te in errore eſſe manifeſto. Regeſſit* (Noachus): *Non ſum in errore, ſed ſum Apoſtolus à Domino Exercituum, ut defungar apud vos Legatione Domini mei, vóſque moneam: novi enim à Deo, quod vos non nôſtis: aut nónne lætamini, ſi ad vos venerit memoria* (Legatio aut admonitio) *à Domino veſtro per virum ex vobis, qui inſtituat vos, ut ſi timeretis* (Deum) *fortè miſericordiam conſequeremini? Cùm autem mendacii illum accuſâſſent, liberavimus eum, & quotquot cum eo erant in navi.*

חאם حام *Cham)* Filius fuit Noachi, quem propterea, quòd Patris pudenda detecta ſcurriliter riſerit, nigro theta ubique notant ipſi quoque Muhammedani. Rem ſic narrat *Keſſæus* pag. 67. *Dormivit autem Noachus* في حجر ولده سام
وهبت الريح وكشفت سوة نوح وستره سام فضحك
حام ضحكا فاشحا لما ارا اسوات فانتبه نوحا وقال ما
هذا الضحك فاخبره سام بما كان فغضب نوحا
غضبا شديدا على حام وقال له يا حام اتضحك على
سوات ابيك غير الله كلكفتك وسود وجهك قال
واسود وجه حام من وقته وساعاته * Id eſt, *In gremio filii ſui Semi, vento autem violenter ſpirante pudenda Noachi deteguntur, quibus viſis in immodeſtum riſum Chamus erupit. Expergefactus autem Noach rogavit; Quis hic riſus? Et aperuit ei Sem, quid feciſſet Chamus: Unde graviſſimâ Noachus in Chamum exarſit irâ, eíque dixit: Itáne rideas*

rideas pudenda Patris tui? Mutet Deus formam tuam, & nigreſcat facies tua. Dicúntque dicto citiùs Chami faciem tetra nigredine mulctatam. Volunt Arabes, etiam nunc pœnæ hujus ſtigmata ferre Æthiopes, Chami poſteros, colore fuſco vel atro plurimùm notatos. Liber 1. de orig. Muh.

סאם سام *Semus*) Hunc Keſſæus pag. 66. appellat ابو العرب *Patrem Arabum*, additque, jure eum hæreditario, poſteritati ſuæ in poſſeſſionem reliquiſſe ارض الحجاز واليمن والشام والجزيرة *Terram Hegiaz, Jaman ſive Arabiam felicem, Syriam, & Meſopotamiam.* Porrò Semi benedictionem à patre expreſſam, aliam paulò, & à Sacris Literis diverſam, commemorat *Keſſæus.* Verba ejus hæc ſunt: يا سام سترت سوات ابيك ستر الله عليك في الدنيا وغفر لك في الاخرة * id eſt, *O Sem, texiſti verenda Patris tui, tegat te Deus in hoc Mundo, & remittat tibi* (peccata tua) *in futuro ſeculo.*

يافث *Japhetus*) Tertius hic eſt ex Arabum Confeſſione Noachi filius, qui à diluvio cum ſuis بلاد المشرق *Plagam Orientalem* occupavit. *Keſſæo* dicitur ابو الترك والاعاجم *Pater Turcarum & Barbarorum*: qui deinceps Turcæ, Arabum more, in certas diſtinguebantur familias. *Ahmed Arabs.* Hiſtor. Timuri vel Tamerlanis pag. 8. والترك لهم قبايل وشعب تكاد توازي قبايل العرب id eſt, *Habent Turcæ Familias & nationes, quæ proximè accedunt ad Tribus Arabum.* Turcas autem *Elmakin.* p. 153. Hiſt. univerſ. derivat à ترك *reliquit*, quia videlicet Alexander Magnus in expugna-

 tione

Liber 1. de orig. Muh. tione, vel incluſione potiùs Gogi & Magogi, quoſdam extra murum illum ferreum à ſe paratum ترك *reliquit*, ولهذا سموا الترك *Et propterea vocantur Turcæ.*

ماجوج & ياجوج *Magog & Jagog)* Pro eo, quod in utriuſque Teſtamenti contextu habetur Gog, & Magog. Cauſam tamen hujus ὀνοματοφθαρσίας ſuprà in voce قادل deteximus. Duorum horum Muhammed in *Alcorano* bis tantùm, quod ſciam, meminit. *Primò,* Suratâ XVIII. pag. 166. يا ذا القرنين ان ياجوج وماجوج مفسدون في الارض * id eſt, Ω *Δικέρατε (Alexander) utiq; Gog & Magog corrumpunt terram. Secundò,* Suratâ XIX. pag. 181. eorundem tanquam ultimi judicii Prodromorum, mentio injicitur. De origine illorum *Beidavi* Commentariis ſuis in Alcoranum pag. 514. ſic loquitur: هما قبيلتان من ولد يافث بن نوح ماجوج من الترك وياجوج من الجيل وهما اسمان اعجميان بدليل منع الصرف وقيلا عربيان من اج الظليم اذا اسرع * id eſt, *Duæ ſunt familiæ ex filio Japheti, filii Noachi: Magog è Turcis, & Jagog è Gilæis. Sunt autem nomina planè barbara flexionis proinde expertia. Alii tamen Arabica eſſe volunt;* ab اج الظليم feſtinavit iniquus, *deducta.*

ابو الحسن *Abulhaſen Pater:* ماجين *Magin,* filius: جين *Gin,* Nepos) De tribus iſtis obſcuris Magogi poſteris in Orientalium ſcriptis nihil hactenus reperi.

Hudus eſt Eber. حود *Hud) Schikhardus* in ſuo Thaarich pag. 32. ait: *Quid hoc nomine intelligatur, obſcurum eſt.* Obſcuritatem certè hîc præ-

prætenderunt Scriptores, quos quidem mihi videre contigit, plerique. Unus *Patricides Alexandrinus* in Chronologia ſua pag. m. 12. hanc difficultatem tollit, tenebráſque vocabulo huic abſtruſo offuſas ſequentibus verbis diſpellit: وعابر هو ابو العبرانيين والعرب تسميه هود* id eſt, *Eſt autem Eber Pater Hebræorum, quem Arabes Hud appellant*. Patricidi ſuffragatur *Elmakinus*, qui Hiſt. Arab. p. m. 14. ſic loquitur: وهذا عبر هو ابو العبراني وتكلم هو واولاده بالعبراني والعرب يسمونه هود* id eſt, *Eberus iſte pater eſt Hebræorum, qui cum poſteris ſuis locutus eſt Hebraicè. Arabes eum appellant Hud*. Accedit Genealogia Hudi, quæ rectè examinata, alium præter Heberum intelligere nos nomine Hudi non ſinit. Ita enim *Beidavi* Comment. in Alcor. pag. 237. هو بن شالح بن ارفخشد بن سام ابن نوح* id eſt, *Hud filius Salech, filii Arphachſad, filii Noach*. Subjicit & aliam ejusdem Genealogiam, quam, cùm οὐδὲν ὑγιὲς contineat, ſuis relinquemus authoribus.

At quæras: *Quid Hudo cum Hebero?* Quæ literarum, ſignificationíſve analogia? Quàm inſulſa hæc, & inepta *μεταςοιχείωσις*? *Reſpond.* Antea monui, verſutum illud Diaboli inſtrumentum, Muhammedem, nihil majori ſtudio, atque contentione egiſſe, quàm ut omnem Scripturilegii (detur venia verbo, non malè ob Emphaſin hîc uſurpato) ſuſpicionem declinaret, ſicque divinam authoritatem Alcorano ſuo conciliaret. Unde utriusque Teſtamenti hiſtorias, nomina item propria ita obſcurare conatus eſt, ut ne peritiſſimus quisque fraudem poſſet ſubodorari. Quis enim facilè conjicere potuiſſet, propterea Eberum Hudi nomine in Arabum ſcriptis, ex primo Meccenſis Pſeudoprophetæ inſtituto venire, quòd Eber,

Ebræo-

Liber 1. de orig. Muh.

Digitized by Google

Liber I. de orig. Muh.

Ebræorum, qui, multis demum ſeculis pòſt, Muhammedis autem tempore uſitatiſſimè, Judæi vocabantur, pater fuerit ? Ita verò ſe rem habere Sole meridiano clariùs apparet, unde etiam Sur. 2. v. 110. Judæos vocat هودا הודא *Hudæos*. Neq; conjectura hæc eſt, ſed veritas. Ejusmodi verò ineptiis Muhammed, ſi ulla alia re, libri ſui vanitatem, luculentiſſimè prodidit. Ejusdem impoſturæ documentum inſigne dedit in nova Thærachi, patris Abrahami, nomenclatura. Cùm enim hiſtoriam ejus næniis, & nugis Rabbinicis abundantiſſimè refertam, ad nauſeam uſque ubique inculcet, noluit cum Moſe Abrahami parentem, appellare Thærachum; ne fortè authoritas ejus periclitaretur, Vulgíque fides, qua Alcoranum non aliunde corraſum, ſed immediatè cœlitus traditum credebat, corrueret. Quid igitur ? Hiſtoriam ſacram interpolâſſe non ſufficiebat, nomen etiam Thærachi mutat, eúmque, quòd ſciret à Talmudicis ut plurimùm vocari עובר עבודה זרה, *Obed Abeda Zara*, Αλλοτριολατρῶν, monſtroſa ἀφαιρέσει *Azara* ùbique & ſemper nuncupat. Nempe exiſtimavit Nugator, neminem unquam hæc talia ad incunabula ſua revocaturum, ſummóque cum infidelitatis Muhammedicæ diſpendio in apricum productum. Quòd ſi tamen cui videatur, ex Eccleſia Chriſtianorum antiqua nomen Azara mutuatum, equidem haud repugnârim, præſertim cùm apud *Euſebium* Hiſt. Eccleſ. lib. I. appelletur Αθαρ. Quamvis, ut verum fatear, prior Conjectura & certior longè, & perverſo Muhammedis ingenio convenientior ſit.

نبي נבי *Propheta*) Epitheton Hudi ſive Eberi hoc, quod inſigne eſt, ex Schola Judæorum prodiit. Ita enim in *Seder olam* pag. II. אמ׳ ר׳ יוסי נביא גדול היה עבר *Dixit Rabbi Joſes, Heber fuit Prophèta Magnus*. Celebris autem, præter cætera, etiam hoc nomine fuit, quòd fortiſſimè omnibus ſeſe Idololatris oppoſuerit. In ea enim incidit tempora, quibus, ſi Scriptoribus

ribus Orientalibus fides haberi debet, idololatria inter homines maxima ſumſit incrementa. Unde non tantùm *Keſſæus* refert pag. LXIX. ex hominibus fuiſſe alios من يعبد الاصنام ومنهم من يعبد الشمس ومنهم من يعبد القمر ومنهم من يعبد الكواكب ومنهم من يعبد الحجر ومنهم من يعبد النار *Qui coluerint Idola, alios, qui Solem, alios, qui Lunam, alios, qui ſtellas, alios, qui lapides, alios, qui ignem:* ſed etiam *Patricides* Hiſt. ſacr. pag. 12. expreſſè teſtatur, quòd iis ferè temporibus, كانوا الناس يصورون كل من عرف بالشجاعة او يحسن الصورة او دو مشورة حسنة او صاحب ذكر جميل فيعبدونه *Homines effinxerint, & depinxerint, quotquot præ cæteris eſſent celebres, aut fortitudine, aut venuſta facie, aut copiâ conſilii, aut alioquin memoriâ digni, quódque illos coluerint. Elmak.* Hiſt. ſuæ p. 28. eadem ferè habet. Inprimis verò Muhammedani, ſecuti authoritatem Muhammedis, id eſt, cerebri ejus figmenta, Judæorum fabellis fucata, Regem quendam Ebero σύγχρονον, hominem prorſus εἰδωλομανῆ, cui, (præter exemplum & authoritatem ullius Scriptoris) conſuetudini ſuæ, & inepto Paronomaſiarum ſtudio morem gerens, nomen AD imponere voluit, quò minùs à Prophetæ ſui nomine, Hud, abluderet. In Alcorano hiſtoriam, vel fabulam potiùs, locis diſtinctis *Suratâ* VII. pag. 89. *Suratâ* XI. pag. 121. Et alibi proponit. Eam ex poſteriori hac, jam nunc memorata Surata, quæ ab ipſo *Hudo* nomen ſuum obtinuit, hoc loco αὐτολεξεὶ inſeremus: قال يا قوم اعبدوا الله ما لكم من اله غيره ان انتم الا مفترين يا

Liber 1. de orig. Muh.

Liber 1. de orig. Muh.

يا قوم لا اسالكم عليه اجرا ان اجري الا على الذي
فطرني افلا تعقلون وياقوم استغفروا ربكم ثم توبوا
اليه يرسل السما عليكم مدرارا ويزدكم قوة الي قوتكم
ولا تتولو مجرمين قالوا يا هود ما جاتنا بينة وما نحن
بتاركي الهتنا عن قولك وما نحن لك بمومنين
ان نقول الا اعتريك بعض الهتنا بسو قال اني اشهد
الله واشهدوا اني بري مما تشركين من دونه
وكيدوني جميعا ثم لا تنظرون اني توكلت على
الله ربي وربكم ما من دابة الا هو اخذ بناصيتها ان
ربي علي صراط مستقيم وان تولوا وقد ابلغتكم ما
ارسلت به اليكم ويستخلف ربي قوما غيركم ولا
تضرونه شيا ان ربي علي كل شي حفيظ ولما جا
امرنا نجينا هودا والذين امنوا معه برحمه منا ونجيناه
من عذاب غليظ وتلك عاد جحدوا بايات ربهم وعصوا
رسلة واتبعوا امر كل جبار عنيد واتبعوا في هذه
الدنيا لعنة ويوم القيامة الا ان عادا كفروا بربهم *

id eſt, *Dixit* (Hud Propheta) *O Popule: colite Deum, neque enim præter illum vobis Deus ullus eſt, niſi blaſphemi eſſe velitis. O popule, non petam à vobis propterea mercedem, eſt enim merces mea ſuper eum qui creavit me: an verò nec dum in-*

intelligetis ? O Populè, remiſſionem à Domino veſtro petite, deinde ad eum vos convertite, ut cælitus vobis mittat pluvias ſtillantes (ait enim *Beidavi*, hunc Hudi populum, agros coluiſſe, pluviæ verò inopiam magnum iis ſterilitatis timorem incuſſiſſe: Hudum autem ſub conditione pœnitentiæ, iis hoc loco pluvias polliceri) *addétque vobis ad robur veſtrum, robur aliud: quare ne protervi retrocedatis. Reſponderunt ei: O Hud, nondum attuliſti nobis ſignum, neque relinquemus Deos noſtros* (*Keſſaus*, صعود وصي صدير appellat) *propter verbum tuum, neque etiam credemus tibi: Quid enim aliud exiſtimemus, quàm quòd quidam Deorum noſtrorum te laceſſiverit plaga aliqua. Dixit* (Hud) *Teſtor ego eſſe Deum verum, vos autem confiteamini immunem me eſſe ab eo quod aſſociatis* (ſic Muhammed cultum appellat Idololatricum, utpote quo in conſortium Dei aſciſcuntur, quibuſcunque honores divini deſtinantur) *Agite, dolosè modò me circumveniatis omnes, neque tamen videbitis* (id vobis ſuccedere) *ſpero enim in Deum Dominum meum, & Dominum veſtrum. Non eſt vel reptile cujus capiti non imperet*, id eſt, cujus ille curam non habeat: *utique in Domino meo, via eſt vera. Quòd ſi vel maximè retrocedatis, ego officio meo ſum defunctus, ob quod ad vos miſſus ſum, & ſurrogabit Deus vobis populum alium, neque ei quicquam nocere poteritis: eſt enim Deus meus, obſervator rerum omnium. Cùm autem mandatum noſtrum veniſſet, liberavimus Hudum, & qui cum eo crediderunt, pro miſericordia noſtra, eúmque pœna gravi exemimus* (id eſt, explicante Beidavi: من السموم كانت تدخل انوف الكفره وتخرج ادبارهم وينقطع اعضاوهم *A veneno nares infidelium infeſtante, per poſteriora verò, ruptis membris erumpente:* Keſſæus: *turbine peſtifero ſeu lethali immorigeros iſtos, ſalvo Hudo, periiſſe vult*) *Atque ſic periit Ad, propterea*

Liber 1. de orig. Muh.

Liber 1. de orig. Muh. *rea quòd ſignis Domini ſui reſtiterunt, Legatis ejus rebellârunt, juſſa gigantum* (de quibus Iben Abbas, كان طول الانسان منهم مائة ذراعا واقصرهم ستون ذراعا *Longitudo quorundam* 100. *cubitorum, brevißimorum verò* 60. *cubitorum) refractariorum ſecuti. Vnde eos comitabitur maledictio in hac vita, & die reſurrectionis. Annon populus Ad infidelis fuit domino ſuo?* Ex Chriſtianis, unus, quod ſciam *Elmacinus*, hujus hiſtoriæ meminit, his verbis: وفي ايامه زلزلت الارض زلزلة عظيمة ولم يكن الارض زلزلة قبل ذلك ولما كثرت عبادة الاصنام وذبحوا اولادهم للشياطين ارسل الله عليهم ريحا عاصف وكان طوفان ريح اقام ايام وكسرت الاصنام جميعها وسقطت بيوتها لشدة الزلازل والرياح * id eſt, *Et in diebus ejus (*Nahoris*) commovebatur terra motu magno. Antea verò nullus unquam terra motus fuit. Cúmque Idololatria multiplicaretur, & homines liberos ſuos Dæmonibus ſacrificarent, immiſit iis Deus ventum vehementem, fuítque diluvium venti* (procella, ventorum turbo ſævus) *qui aliquot dies duravit, & Idola eorum omnia confregit; nimio etiam ventorum & motuum impetu, domicilia eorum conciderunt.*

Zalech, Peleg. صالح *Zalech*) Patriarcha Vet. Teſtamenti in Alcorano decantatiſſimus, origine tamen ſua Authoribus plerisque incognitus. *Beidavi* Genealogiam ejus pertexuit, cujus nec vola, nec veſtigium apparet in ſacris literis. Filio obſcuro obſcuriorem fingit Patrem, Temudem quendam, idololatram in Alcorano ubique obvium. *Keſſaus* Patrem ei tribuit كنوه *Connua*;

una; Martem verò زعوم *Zeum*. Verùm,ficta omnia ſunt, Liber 1. de orig. Muh. ὄπυλα & ὑποβολιμαῖα. Quòd ſi tamen aliquis Conjecturæ ſit locus,& tot exemplis,ſuprà jam allatis,Muhammedis ingenium in ejusmodi utriusque Teſtamenti nominibus propriis pervertendis ſatis exploratè perſpectum habeamus, exiſtimamus, Zalechum eſſe Pelegum. *Primò*,quia ſolenne fuit pleraque Prophetarum nomina Muhammedi corrumpere,& obſcurare,ita tamen,ut rudera aliqua veræ ſcriptionis & origenis reliquerit. Ita ſi ipſam hanc vocem صالح ejúsque pronuntiationem *Zalch,Zalech,Zaleg*, (prout Hebræorum & Arabum Elementa diverſam ſortiuntur pronuntiationem) ſpectes, facilima mutatione ex Hebræo Peleg in Arabicum, Arabibus notum, صالح, quod *felicem,fortunatum* ſignificat, traductam videas. *Secundò*,quia ipſa rerum hiſtoria à conjectura noſtra non multùm abludit,ſiquidem ea,quæ in Alcorano de Zalecho commemorantur,ad extructionem Turris Babylonicæ, quo tempore Peleg vixit,commodiſſimè referantur. *Keſſæus* enim pag.72.narrat,quòd,cùm ætas illa كبار id eſt, *refractariorum*, & *σκληροτραχήλων* audiviſſet, quid de Ade, ejúsque ſubditis actum eſſet,temerariè dixerit, انما لا هلكت عاد الا انهم لم يكن لها تشييد في البنيان id eſt,,*Utique non periit Ad,niſi quòd cæmento ædificia illorum non fuerint munita*: ſibi autem in domiciliis quaqua verſum munitiſſimis(ubi ſine dubio inſanam illam urbis & turris Babylonicæ ſtructuram intelligit)& in ipſas præruptas petras inciſis,nihil eſſe metuendum. Cætera quæ de Zalechi nativitate,educatione,nugantur,& prolixis commemorant fabulis, pede hîc ſicco tranſimus.

النبى *Propheta)* Inter celeberrimos ante Abrahamum Propheta.

Liber 1. de orig. Muh.

Prophetas Zalechus hîc refertur. Conſtans quidem, ſed incertiſſima traditionis πατροπαραδότου fama eſt, cùm miſſum eſſe ad Temudem quendam Midianitarum Principem, ut ejus perſtringeret impietatem, & Idololatriam. Quòd ſi tamen conjecturæ aliquis ſit locus, alius, præter ignotum prorſus in ſcripturis & hiſtoriis principem iſtum, erit quærendus, qui, meo judicio, Nimrod eſt Aſſyriorum Rex, Pelegi σύγχρονος. Neque expreſſa Temudis & Midianitarum in ſcriptis Arabum mentio quidquam nos ferit: ſcimus enim exemplis ſexcentis edocti, quàm pueriliter hiſtorias ſacras, impudentiſſimè à Muhammede depravatas, falſis citationibus & parachroniſmis obſcuratas tractent. Porrò *Zalechi* hujus potiſſimùm *Alcoranus* meminit, Suratâ VII. p. m. 90. & Suratâ XXVI. p. 209. *Temudis* verò ſæpiſſimè: ſolenne enim huic impoſtori fuit eandem tundere incudem, maximè verò Suratâ VII. pag. 89. Suratâ XI. pag. 125. Suratâ XV. pag. 146. Suratâ XXV. 203. Suratâ XXVI. pag. 208. Suratâ LXVII. pag. 323. Surat. LXXXIII. pag. 338. Suratâ LXXXVII. pag. 339. Hiſtoriæ compendium ex Alcorano Suratâ. 25. pag. m. 203. tale eſt: كذبت

ثمود المرسلين اذ قال لهم اخوهم صالح الا تتقون
اني لكم رسول امين فاتقوا الله فاطيعون وما اسالكم
عليه من اجر ان اجري الا علي رب العالمين
اتتركون في ما هاهنا امنين في جنات وعيون
وزروع ونخل طلعها هضيم وتنحتون من الجبال بيوتا
فارهين فاتقوا الله فاطيعون ولا تطيعوا امر المسرفين
الذين يفسدون في الارض ولا يصلحون قالوا
انما

Digitized by Google

انما انت من المسحرين ما انت الا بشرا متلنا فات
باية ان كنت من الصادقين قال هده ناقة لها
شرب ولكم شرب يوم معلوم فلا تمسوها بسو
فياخذكم عذاب يوم عظيم وعقروها فاصبحوا
نادمين فاخذهم العذاب ان في ذلك لاية وما كان
اكثرهم مومنين ان ربك لهو العزيز الرحيم id eſt, *Mendacii arguit* (familia) *Themúdis legatos. Quando dixit illis frater eorum Zalech, annon timebitis? Ego ſum legatus vobis fidelis, proinde timete Deum, mihique obedite. Neque petam ſuper eo à vobis mercedem: non enim merces mea eſt, niſi à Domino creaturarum. An expellemini inde, ubi hactenus ſecurè habitâſtis? In hortis, & fontibus, & ſeminibus, & palmis, quarum dactyli ſunt maturi? Et excindetis in montibus domos cum ſtudio & attentione? Timete potiùs Deum & obſecundate mihi, neque ſequamini conſilium* (negotium) *corruptorum, qui in terra ſunt pernitioſi, neque proſperè agent. Dixerunt* (autem illi) *Tu es magus, neque quicquam aliud niſi caro, ſicut nos: aut affer nobis ſignum, ſi verax es? Dixit* (Zalech) *iis: Hæc Camela ſuum habet potum, & vos veſtrum habetis potum, die conſtituto, neque afficite eam ullo malo, alioquin opprimet vos pœna diei magni. Ipſi verò interfecerunt eam & pænitentia ducti ſunt, & rapuit eos pœna. Atque in hoc illi habuerunt ſignum: neque plures eorum crediderunt. Sic igitur Dominus tuus potens eſt & miſericors.* Quæ de Camela Muhammed fabulatur, obſcura ſunt, hunc tamen ſenſum ex *Keſſao* habent: Zalechus Propheta à Temude & aſſeclis mendacii inſimulatur, ejúsque Prophetia vanitatis. Inſtat Zalechus, ſuæque vocationi authoritatem conciliaturus mira-

Liber 1. de orig. Muh.

Liber 1. de orig. Muh. miracula facit. Sed nec dum cedunt. Rogant ipſi, ut ſi fidem mereri velit, ex petra Camelum eliciat. Paret Zalechus, & ut Idololatris omnem deinceps elabendi rimam obthuraret, Camelum miraculosè producit. Illi verò nihilo meliores Camelo inſidias ſtruunt, eúmque, dum potum ducitur, telis confodiunt. Quod quidem ſcelus à Muhammede ſic exaggeratur, ut propterea اقبلت سحابة سودا على بلادهم وروسهم ورمتهم بوهج الحريق سبعة ايام حتي صاروا رمادا id eſt, *Atra nubes obtexerit terram eorum, & capita eorum, eósque ferierit inflammatio, comburens ſeptem dies, uſque dum in favillas ſunt redacti.* Hæc ad illuſtrationem hujus loci ex *Keſſæo* p. m. 76. 77.

Ætas ſecunda ab Abrahamo ad Moſen.

ابرهيم نبي عليه السلام

Abraham Propheta ſuper quo pax.

اسنو Aſnav	يقشان Jockſchan
سوح Suah	مدين Midian
سوح Sua	زمران Zimran

اسحق نبي عليه السلام Iſaac Propheta ſuper quo ſit pax.	اسماعيل نبي عليه السلام Iſmaël Propheta ſuper quo ſit pax. يعقوب

Digitized by Google

يعقوب عليه السلام	عيص عليه السلام	قيدر
Jacob ſuper quo pax	Pax ſuper quo Eſavus	Kedar

Liber 1. de orig. Muh.

تابت	اربيل	معينا	ادر
Thabeth	Arbil	Maena	Adar
فسع	دما	ماش	قيس
Phoſah	Dema	Maſch	Kis

ايوب نبي عليه السلام
pax quo ſuper propheta Job

يوسف فيغمبر عليه السلام Joſeph Propheta ſuper quo ſit pax.	ذي الكفل عليه السلام pax quo ſuper Dilcephel
نون عليه السلام Pax ſuper quo Nun	يوشع عليه السلام Joſua ſuper quo pax

افريم نبي عليه السلام
Ephraim Propheta ſuper quo pax.

Sequuntur nonnulli è Monarchis Perſicis anterioribus.

كيكباد	اسفنديار	كيبهمن	ساسان
Caicobad	Iſphandiar	Caibaman	Saſan
اشك	دارب	دارب بن دارب	جهر هماي
Aſchek	Darab	Darab ben Darab	Hor fœmina.

Notæ.

ابرهيم *Abrahamus*) Nomen ſanctiſſimi illius Patriarchæ Veteris Teſtamenti, ipſis quoque Turcis venerabile. Unde *Abraham.*

nu-

Liber 1. de orig. Muh.

nuperus Turcarum Imperator, ابرهيم *Sultan Ibrahim*, appellari voluit. Si, quæ de Abrahamo Muhammedani credunt, ſcribunt, referunt, totidem hîc verbis vellemus recenſere, tempus nos potiùs deficeret & charta, quàm rerum copia.

Suprema hoc loco delibabimus capita. Tradunt igitur Muhammedani I. Abrahami patrem Terachum fuiſſe, ut *Keſſæus* in vitis patrum rectè ſcribit, vel, ut alii, *Azara*. Vide ſuprà pag. 40.

II. Idololatriam, impii Nimrodi juſſu inſtitutam, â parente Abrahami, præ cæteris, fervidè propagatam aliquot Capitibus idem deſcribit *Keſſæus* in vitis patrum, & ipſe Muhammed in Alcorano pag. 168. 179. 202. Quo nomine ab Abrahamo filio ſæpe reprehenſus fuit, & officii monitus, *Alcor.* pag. 176.

III. Nativitatem Abrahami fuiſſe miraculoſam, *Keſſ.* p. 80. 81. Abrahamum Idololatriæ initio deditum, *Alcor.* p. 79. Mox tamen Idolorum cultui, in meliorem mentem datum, valedixiſſe Ibid. Eundémque Deum, ut ab Idololatria immunis cum ſuis conſervaretur, rogâſſe, p. 143. Patri Idola fregiſſe 179. 251. Aliis Idola empturis (volunt enim Terachum fuiſſe رجل حاذق الصنعة والهندسة *Virum in Mechanicis & Geometricis peritum*) errorem ὀφθαλμοφανῶς monſtrâſſe, ſtatuarum ἀψύχων fracturâ.

IV. Abrahamum (tenete lectores riſum) fuiſſe لا يهوديا ولا نصرانيا ولكن كان حنيفا مسلما *neque Judæum, neque Chriſtianum, ſed Chanifæum* (vox obſcura eſt, & à Syris mutuata vel *hypocritam*, vel, juxta *Iſa bar Ali*, *Idololatram* ſignificans) *Moſelmannum*, Alc. p. 38.

V. Eundem cum Nimrodo de unitate Dei & mortuorum reſurrectione acriter diſceptâſſe *Sur.* 2. & *Keſſ.* p. 82.

VI. In-

VI. Inſignem etiam & celebrem eum fuiſſe Aſtronomum, *Alcor.* pag. 251. Liber 1. de orig. Muh.

VII. Igni eum fuiſſe adjudicatum. Vide *Diſſert. de Heptapl. Pariſ. S.* 3.

VIII. Relictâ patriâ Meccam eum conceſſiſſe, ibique templi Meccani prima fundamenta poſuiſſe, *Keſſ.* 44. *Alcor.* pag. 143. 219.

IX. Eum angelos hoſpitio excepiſſe, *Alcor.* pag. 145. 125. 220.

نبى *Propheta)* Author Abrahamum, Scripturæ exemplo, vocat Prophetam. Sic in *Alcorano* Sur. XIX. pag. 168. ابرهيم انه كان صديقا نبيا *Abraham utique fuit verus Propheta.* Et in *Keſſ.* p. 45. dicitur: ابو الانبيا كلهم *Pater Prophetarum omnium.* Vocatur aliâs: خليل الله. *Amicus Dei*, pag. 57. *Propheta.*

يقشن *Jokſchan)* Sic legi debet, pro يعشن, quod, ſive vitio ſcribæ, ſive culpâ linguæ Arabicæ, irrepſit. Eſt autem hic, ut & reliqui quinque, oriundus ex Ketura. Nomina eorum in Edit. *Erpen.* Gen. 25. ſic exprimuntur: (pro quo author أسنو) وولدت له زمران ويقشن ومدن (author noſter سوح) ومدين ويشبق وشوح id eſt, *Et genuit ei Zimran & Jacksan, & Medan, & Midian, & Isbock, & Sua.* *Iokſchan.*

اسحق *Iſaac)* Non Muhammedani tantùm, ſed & Chriſtiani Scriptores Arabici, & ex iis *Patricides* ita hoc Abrahamidis nomen exprimunt. In translationibus autem Scripturæ Chriſtiani pariter & Judæi vulgò Hebræam ſcriptio- *Iſaac.*

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

nem ſequuntur יצחק. Muhammedani ipſum aliàs appellant حليم غلام *juvenem manſuetum, clementem*, propterea quòd ſine ulla tergiverſatione mortem, ſive holocauſti vicem, ſubire paratus fuerit. Monet autem *Beidavi* in comment. p.m. 725. ſolum Abrahamum وابنه & *filium ejus*, Iſaacum, hoc Epitheton mereri. Hiſtoriam annunciationis Iſaaci habemus *Surat.* XI. & *Surat.* XLVIII. p. 296. Neque verò rigidum illud fidei Abrahami explorandæ per υἱοθυσίαν examen Muhammedanos latuit. Verba *Muhammedis* hac de re *Sur.* 36. p. 252. ſunt ſequentia: قال يا بني اني اري في المنام اني اذبحك وانظر ماذا تري قال يا ابت افعل ما تومر ستجدني ان شا الله من الصابرين id eſt, *Dixit* (ei Abraham) *ô fili, vidi te ſecundùm quietem ſacrificari, tu verò quid videris, obſerva. Dixit, ô pater, fac quod juſſus es, me enim, ubi Deus, voluerit, invenies patientem.* Atque hinc vulgò dicitur ذبيح الله *ſacrificatus*, vel potiùs, *ſacrificandus Deo*. In cujus rei memoriam Muhammedani quotannis ſolennitatem, Paſchali Judæorum non abſimilem, inſtituunt, ipſum ſe Abrahami exemplum imitari putantes. Unde apud *Keſſ.* p. 85. قال ابن عباس قد جعل الله لك هذا اليوم عيدا ولاولادك ولبني الامه محمد id eſt, *Dicit Ibn-Abbas: utique poſuit tibi Deus hunc diem in feſtum, & filiis tuis, & filiis populi Muhammed.*

نبي

نبي *Propheta*) Sic in *Alcor*. p.255. وبشرناه باسحاق نبيا *Et annuntiavimus in Iſaaco Prophetam.* Liber 1. de orig. Muh. *Propheta.*

يعقوب *Jacob*) Filius Iſaaci. Trigam hanc patriarcharum, more Judæorum & Chriſtianorum, Muhammedani ſæpiſſimè conjungunt. Sic in *Alcor*. pag. 79. 179. & 256. عبادنا ابرهيم واسحاق ويعقوب Commemora *ſervos noſtros, Abrahamum, Iſaacum & Jacobum.* Vocatur aliâs اسرايل *Iſraël*, voce Hebræa ישראל, ſed Muhammedanis obſcura. *Keſſæus* in vitis Patrum, p.86. كان يعقوب في خروجه من ارض الشام يسري بالليل ويكمن في النهار فسما اسرايل يعني اسري الى خاله لبان واتا الى دار خاله id eſt, *Jacobus Syria egreſſus, noctu meabat, & interdiu delitebat, vocatur autem Iſraël*, id eſt, noctu, *ad ſocerum ſuum Labanem proficiſcens, & ad domicilium ejus perveniens*. Ergò Arabica vox eſt Iſraël, ſi fidem mereatur *Keſſæus*? Rectiùs *Beidavi* ad fontes Hebræos refert, ſed malè explicat, معناه بالعبرية صفوة الله وقيل عبد الله id eſt, *Significatio ejus Hebræa eſt* Electio, *aut, ut alii volunt*, ſervus Dei. Iacob. Vocatur Iſraël.

عيص *Eiz*, i.e. *Eſavus*) Hujus quidem in Alcorano, quod ſciam, nulla fit mentio, in *Keſſæo* tamen & aliis Arabum ſcriptis crebrò occurrit. Judaicam redolet fabulam, quòd *Keſſæus* p.86. duos ei tribuit filios, ex Thabothi Æthiopum Regis filia ſuſceptos, الروم *Romanos* appellatos. Conſtat enim, Talmudico ſtylo, Edom nomine, Romanorum Imperium intelligi. Vide *Theſ. Philol.* p.48. Neque verò, quod ſequitur, majori cum Eſavus.

Liber 1. de orig. Muh. Scripturæ authoritate aſſeritur. *Dixit*, inquit Keſſæus, *Jacobus fratri ſuo Eſavo* ابشر يا اخي فان الله قد من على بالنبوة وانه سيجعل النبوة في دريتك فيبعث ايوب رسولا يخرج من ظهرك ويخرج ملكا يطوف المشرق والمغرب يسمى ذو القرنين *annuntio tibi, ô frater, quòd Deus omnino gratiosè mihi indulſerit donum Propheticum; & quòd idem poſiturus ſit Prophetiam in generatione tua, quódque excitaturus ſit Jobum, Apoſtolum, proditurum ex lumbis tuis, & Regem oriturum, qui circumibit orientem & occidentem, vocabitúrque* δικέρατος. Alexandrum indigitat, cui à Muhammede nomen hoc eſt inſitum.

Adar. ادر *Adar*) Exhibetur hac ſerie Chami poſteritas, ſed miſerè defœdata, ſi conferatur cum *Geneſ.* 36. & 1. *Paraleip.* 1. ubi

Thabeth. Genealogiæ hujus ſedes propria eſt. De Thabetho refert *Keſſæus* p. 86. quòd fuerit ملك الحبشة *Rex Aethiopum.*

Iobus. ايوب *Jobus*) Locum jamjam dedimus ex *Keſſæo*, qui probat, Muhammedanos Iobum ad Eſavi poſteros referre. Hoc ipſum vult author hujus genealogiæ, qui Iobum immediatè Eſavo ſubjicit; & alia, quæ apud *Keſſæum* pag. 89. occurrit, genealogia: ايوب ابن اومص ابن عويل ابن العيص ابن يعقوب ابن اسحاق *Jobus, filius Oumez, filii Oubal, filii Eſavi, filii Jacobi, filii Iſaaci.* Vide plura in *Theſauro*

Compendium hiſtoriæ ejus ex Keſſæo. *Phil.* p. 504. Porrò de Jobi opibus, pietate, afflictione, ſecunda & adverſa fortuna, multa leguntur in *Alcorano* Surat. 20. p. 180. Sur. 37. p. 256. *Keſſæo* p. 89. ex quo ſequentia depromſimus كان ايوب رجلا عاقلا ناطقا حليما حليما وكان

وكان كثير المال يملك من المواشي والابل
والبقر والغنم والخيل والحمير واعطاه الله من حسن
الخلق والرزق ما لم يعط احد قبله حتي لم
يخالفه احد ولم يكذبه لشرفه ونوب اباه فشرع لهم
الشرايع وبنا لهم المس لجد وكانت له موايد يضعها
للفقرا والمساكين ويكرم الاضياف وكان لليتيم
كالاب الرحيم وللارامل كالزوج العطوف والضيف
كالاخ الودود id eſt, *Fuit Jobus vir prudens, eloquens, manſuetus, ſapiens, opibus abundans, poſſeſſor pecudum, camelorum, armentorum & gregum, equorum & aſinorum. Eidem Deus conceßit formæ præſtantiam & alimentum, cujusmodi non contigit ulli ante ipſum; adeò ut ipſi nemo contradiceret, nec mendacii eum quisquam argueret propter ſummam ejus præſtantiam, & parentum ſucceſſus: Leges etiam iis dedit, templáque ædificavit, menſas egenis & pauperibus certas deſtinavit, peregrinos honoravit, orphano pater fuit miſericors, viduæ benignus maritus, advenæ frater dilectus.* Plura de Jobi κακοστροφῇ, ulceroſo corpore, contemtu & ſannis conjugis ex eodem authore afferri poſſent, ſed calentem calamum brevitatis ſtudium frænat. Quòd verò Jobum hunc Conſtantinopoli ſepultum quidam ſcribunt, ſomnium eſt, & turpis *αἰσχρονοία*, ex duorum *συνωνύμων* confuſione orta. Alius enim Jobus ille, quem tumulus Conſtantinopolitanus tegit, fuit, dux militiæ Muhammedanæ in prælio occiſus, & deinde Conſtantinopolin, ut ibi ſepeliretur, deductus,

Liber 1. de orig. Muh.

نبي *Propheta*) Aliâs in Arabum ſcriptis, صديق *juſtus, verax*

Jobus fuit Propheta ex mente Arabum.

Liber 1. de orig. Muh. *verax* appellatur. Prophetæ nomen Jobo etiam tribuitur à *Keſſæo* pag.89. لم يكن بعد يوسف الصديق نبيا الا ايوب id eſt, *Non fuit poſt Joſephum juſtum Propheta, niſi Jobus.* Locus illuſtrior habetur in eodem authore pag.90. Eum exſcribam, ut appareat quàm præclarè de Jobo ſentiant ipſi quoque exteri ſcriptores: فقال الله تعالى الم تعلمون ان ايوب نبي الله اختاره الله لرسالته وامنه الله علي وحيه وان الله لم يطلعكم على انه سخط عليه وان هذا البلا الذي هو به قد ضمر عندكم وقد علمتم ان الله يبتلي النبيين والصديقين والشهدا والصالحين ولا يكون بذلك سخط ولا هوان ولاكن يكون كرامه لهم عند الله تعالى id eſt, *Dixit Deus altiſſimus* (ad amicos Jobi) *an neſcitis Jobum eſſe Prophetam Dei, quem Deus ad Apoſtolatum ſuum elegit, cuique inſpirationem ſuam commiſit? neque Deus vos docere vult, quaſi iratus ei eſſet, ut ex hoc afflicto ſtatu colligere videmini. Nôſtis enim, Deum probare Prophetas, juſtos, martyres, bonos, ubi tamen nulla Dei indignatio aut contemtus, ſed honor potiùs apud Deum altiſſimum,* Atque hæc de poſteris Iſaaci, ad ejus nunc collateralem, Iſmaëlem, pergimus.

Iſmaël اسماعيل *Iſmaël*) Eſt hic Iſmaël magnus Arabum Propheta, quem جد محمد *Avum Muhammedis* appellare amant. In *Alcorano*, Sur.36. ſemel ذبيح الله *Sacrificandus Deo*, dicitur: errore planè intolerabili. Iſaaci enim in ſacrificium jam deſtinati, non Iſmaëlis, de quo nihil uſpiam tale repe-

perias, Epitheton conveniens eſt. Atque hinc iterum Muhammedis *ἀμάθειαν* & *ἀνιστορησίαν* æſtima, & larvas eum ubique intemperias inſaniáſque agitâſſe collige. *Giggæus* in Theſauro ſuo ait, *Iſmaëlem fuiſſe* أبو العرب *Patrem Arabum,* quod abſolutè dictum ne ipſi quidem admittunt Arabes. Altiora enim originis ſuæ oſtendunt illi incunabula. *Ben Jacob* & *Elmakinus* in Hiſt. p 27. patrem Arabum vocat Cahthanum, ſeu Jectanum, filium Eberi. *Keſſæus* ad ipſum Semum, Eberi avum aſſurgit, eúmque verum ابوب العرب *patrem Arabum* nuncupat. Unde etiam, quod ex *Leone Africano* antè monuimus, Iſmaëlem Arabes negant fuiſſe عرب العرب *Arabem Arabum*, id eſt, Ἄῤῥαβα ϛαθέα, prout hac voce *Chryſoſtomus* eleganter de Judæis natis utitur; ſed المستعرب *Arabem Arabizatum*, id eſt, ἐξῤῥαβιστὸν; Nam, ut ſcribit *Patricides* in Hiſtoria ſua Eccleſiaſtica pag. 19. فدفع ابرهيم الى ابنه اسماعيل مالا وزوده واخرجه مع امه الى ارض يثرب وارض اليمن وسكنها اسماعيل id eſt, *Dedítque Abraham filio ſuo Iſmaëli facultates, eúmque viatico inſtructum cum matre ſua expulit in Jathreb & Arabiam felicem, ibíque habitavit.* Exul ergò in Arabia Iſmaël fuit.

Liber 1. de orig. Muh.

Non eſt Arabs ϛαθής.

نبي *Propheta*) Δότε μοι λευκαίνω! Quis enim, ſine ſtomacho, Iſmaëlem in Prophetarum numero ferat? Atqui hanc ei authoritatem Muhammed, & Muhammedani ubique adjudicant. Quid? quòd plerunque Iſmaëlem cum Abrahamo, Iſaaco & Jacobo conjunctum legas in Alcorano? Nempe curæ fuit lymphatico impoſtori ſibi, ſuíſque à Propheta hoc majorem conciliare applauſum, atque reverentiam.

Propheta malè dicitur.

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh. *Kedar.*

قيدر *Keidar*) Moſi Kedar; filius fuit Iſmaëlis à quo Muhammed ſuam traxit originem. Incoluit Arabiam Petræam,

Arabum Patriarcha.

cujus proin poſteri Kedareni dicti. Hinc לשון קדר *Lingua Kedar*, id eſt, Arabum. *Num.* XI. v. 5. R. *Eſra* vocem אבטיחים ex לשון קדר *Lingua Kedar*, ſeu Arabica, explicat. Sic *Pſal.* CXX. conqueritur David, ſe diu habitâſſe באהלי קדר *in tentoriis Kedar*, id eſt, ut Chaldæus vertit: עם משכניהון דערבאי *cum tentoriis Arabum*. R. D. Kimchi: קדר, id eſt, ישמעאלים Iſmaëlitæ, ſic appellati כי הם המשפחות המיוחסות אשר בישמעאל והם ראש המלכות *Quia illi ſunt familiæ nobiliſſimæ inter Iſmaëlitas, quique caput ſunt regni.* *Nicolaus Fullerus* in Miſcellaneis ſacris *Cedræos eosdem putat eſſe cum iis, qui Ptolomæo ſunt Pharanitæ*, ſiquidem pro eo, quòd Pſal. CXX. habetur אהלי קדר *tentoria Kedar*, 1. *Sam.* 25. v. 1. reperiatur, Davidem, poſt obitum Samuelis, deſcendiſſe ad deſertum Pharanis: Sanè Muhammedani, & ex iis *Ahmed ben Edris*, Pharan pro Arabia deſerta, apud Prophetas poni, ipſi concedunt. Porrò de Kedaris poſteris, eorúmque Idololatria compendioſè ſcribit Joh. And. in Confuſ. Sectæ Mahometanæ p. m. 17. & 19.

Dilkefel.

ذي الكفل *Dilkefel*) Vulgò Arabica vox retinetur. Neque ſcio à quoquam hactenus eam eſſe explicatam. Fumus eſt & crux in oculis ipſorum quoque Arabum. Unde ab authore genealogiæ ea illi aſſignatur ſedes, quam, ubi quis fuerit, plenius conſtiterit, difficulter obtinebit. Infra ætatem enim Moſis & Samuelis ponendus erit. Dicimus enim, duas has voces eſſe ἐπίθετον Prophetæ cujuſdam, qui *Suratâ* Alc. XX. p. 180. cum اسماعيل وادريس *Iſmaële & Edris* conjungitur. Quis verò ille? *Beidavi* dubitat وقيل يوشع وقيل زكريا يعني الياس

زكريا سمي به لانه كان ذا حظ من الله او تكفل Liber 1. de orig. Muh.

منه id eſt, *Intelligit Eliam, aut Joſuam, aut Zachariam, ſic appellatum, quòd portionem à Deo acceperit, aut nutritus ab eo fuerit.* Tutiſſimè de Elia intelligitur, cui, ab Achabo ſolo patrio expulſo, deſtinati erant corvi, qui cibum ei ſuppeditarent. Eliam ergo & hîc, & alibi hoc nomine venire certum eſt. Eundem etiam الخضر Ἀειθαλῆ appellant. *Patric.* Hiſt. Eccl. p. 54. اليا وهو الخضر *Elias, qui & Alchoder vocatur.* Exempla περιφράσεων ejusmodi obſcurarum in Alcorano habemus non pauca. *Jonam*, quòd à ceto devoratus fuerit, vulgò ذا نون ἰχθυόφαγον; *Pharaonem* ob duritiem cordis ذا الاوتاد *virum paxillorum*; *Alexandrum* ذا القرنين vocant; *Septem dormientes*, ut Chriſtiani illi Epheſini, quorum hiſtoriam, vel fabulam potiùs ipſe ridet *Baronius* in Martyrol. p. 506. appellantur, in Alcorano ذي الكهف *ſocii ſpeluncæ* dicuntur. Atque hinc iterum patet, quàm ſit verum illud Philoſophi; ἑνὸς δοθέντος ἀτόπου τὰ ἄπειρα ἕπεται. Propterea enim, quòd Arabes, quis eſſet *Alkefel*, ignorarent, locum in hac ſerie genealogica occupat minùs congruum. — Eſt Elias.

يوسف *Joſeph*) Traditur Hiſtoria Joſephi integro capite in Alcorano, quæ cum verſione gemina, notiſque brevibus *Clar. Erpenii* Lugduni Batavorum prodiit. Hanc Suratam Judaicis pigmentis, & mangonio Rabbinico mirè videas variegatam, quâ de re póſt. — Ioſeph.

پيغمبر *Propheta*) vox eſt Turcico Perſica *Prophetam* ſignificans. Sic *Xavier* in Hiſtoria Evangelica Perſica p. 8. To- — Propheta.

Liber 1. de orig. Muh. biam vocat پيغمبر *Prophetam.* Primitivum eſt پيغام, unde داد پيغام *nuntiandum dedit.* A' nuntiando igitur dicti ſunt Prophetæ Perſis, prout iidem Hebræis מלאכים & Græcis ἄγγελοι nuncupantur.

Ephraim. افرايم *Ephraim*) Filius fuit Joſephi, quem ἀκυρολόγως Prophetæ nomine inſignit.

Nun. نون *Nun*) Pater Joſuæ, cui & ipſi Prophetæ Epitheton adjungitur. Latus enim & laxus nimis vocabuli *Propheta* uſus eſt apud Muhammedanos.

Joſua. يوشع *Joſua*) Heros V. Teſt. celeberrimus, & Moſaicarum virtutum æmulus & hæres ex aſſe. Magnam is nominis ſui celebritatem reliquit apud ipſos tum *Gentiles*, tum *Muhammedanos*. In *Chronico Samaritano*, cujus compendium

Epiſtola Schaubeci ad Joſuam. aliâs Latinè dedimus, cap. 26. Epiſtola eſt Schaubeci Perſarum Regis, ejúſque aſſeclarum ad Joſuam, filium Nun, ſcripta, in qua الذيب القاتول *Lupus percuſſor*, vel, ut eſt in libro *Juchaſ.* p. 154. f. 1. & in *Schalſch. Kabb.* ſeu *concatenatione* (*Tertulliani* verbo in Apolog. p.m. 846. uti mihi liceat) *Traditionis*, p. 96. זאב ערבות (*ex Soph.* 3. v. 3.) *lupus veſpertinus*, dicitur. Verba R. *Gedaliæ* ſic habent: ראיתי בספר היוחסין אלה הכתבים יפים ובחרתי להציגם לפניך למען תראה השגחתו יתברך למאמינים ובוטחים בו ואלה הם דבריו אמר שמואל מצאתי ראיתי בספר זכרוני הכותיים וזכרו שראו אותו במדרש א׳ של יהודים וזה שאחר כבישת יהושע א׳ והרינת ל״א מלכים קרה שמלך אחד מהם היה לו בן מלך על ארמינייה הקטנה ושמו שובך ועמד וקבץ מלכי פרס ומדי מה מלכים ולקחו עמהם יפת הגבור אשר היה עורר חניתו על כמה אנשים וקבצו חיל כחול אשר על שפת הים וישלחו מכתב אל יהושע בן נון שלום׃ אתה זאב ערבות ידענו מה שעשית בקרובינו החרבת טירותינו מבחרת ולא

ולא חמלת מנער ועד זקן הרגת בחרב וכל עריהם השמורת: ולכן שמטנה ואתה דע לך כי מהיום ועד ל׳ יום אנחנו נגיע אליך ונשיג עריך בגבול נחלתך בהר אפרים אנחנו מה׳ מלכים עצומים ולכל א׳ וא׳ אלף גבורים מחזיקים בחצים ובקשת כלם אחוזי חרב מלומדי מלחמה ובעזרתינו יפרת הגבור אשר זכרנו ולזה הכון והכן לך כלי מלחמתך ולא תאמר אחר כך כי באנו עליך בפתע פתאום: id eſt, *Vidi in libro Juchaſin* (pag. 154) *verba hæc pulchra, quæ conſtitui proponere tibi, ut videas providentiam Benedicti erga credentes, & ſperantes in eum. Atque hæc ſunt verba ejus: Dixit Samuel; inveni, vidi in Chronicis Chutæorum* (eſt ipſum illud Chronicon, cujus meminimus, quódque Samaritani *Librum Joſuæ* appellant) *quæ dicunt ſe vidiſſe in explicatione Allegorica cujusdam Judæi, quòd, poſtquam Joſua ſubegiſſet terram Iſraël, & occidiſſet XXXI. Reges, acciderit, ut quidam ex iſtis regibus* (in Chronico Samaritano Rex ille nominatim حمام بى رعوان ملك فارس *Hemam, filius Reehvan, Rex Perſarum* vocatur) *ſuperſtitem reliquerit filium, Regem Armeniæ minoris* (cujus tamen author Chronici Samar. authentici non meminit, ſed tantùm à divitiis potiſſimùm & fortitudine commendat) *cui nomen Schaubech. Surrexit is, & Reges Perſarum & Medorum collegit quadraginta quinque, adjuncto ſibi Japheto gigante* (in Chron. Samar. tamen mentio fit يافث الجبار دن *filii Japheti, gigantis & aliquot regum Armeniæ Majoris, Syriæ, Sidoniorum, & reliquiarum Cananæarum*, quibus præ cæteris obductam doloris cicatricem refricuerit: واذكرهم ما فعلوا بني اسرايل باولادهم ونسوانهم ومدنهم واحوالهم *Et in memoriam revocârit, quid deſignâſſent filii Iſraël, in liberis, mulieribus, urbibus & fortunis eorum) qui ſuam haſtam vibrando pluribus aliis hominibus antecelluerit. Et col-*

Liber 1. de orig. Muh.

 lege-

Liber 1. de orig. Muh. *legerunt exercitum inſtar arenæ ad litora maris, miſerúntque Epiſtolam Joſuæ filio Nun, cujus exemplar tale eſt:* Sal. *Scimus, ô lupe veſpertine, quid feceris vicinis noſtris: Deſolâſti palatia noſtra, mactâſti, neque peperciſti, à puero ad ſenem, gladio omnes promiſuè interfeciſti, omnésque civitates eorum devaſtâſti* (Chronicon Sam. numerum urbium expreſsè ponit: اهلكت لنا ثلاثين مدينة سوي الديارات والقري الصغار id eſt, *Perdidiſti nobis triginta urbes, præter pagos & vicos.*) *Scito proinde, nos triceſimo ab hinc die te in terra tua aſſecuturos, & in terminos poſſeſſionis tuæ invaſuros, in ipſo monte Ephraim* (Samaritanus Samariticè hoc ita effatur; بين يدي الجبل الذي تعبد ربك عليه المنسوب الي جبل البركة id eſt, *Inter montem, in quo Dominum tuum colis, qui & Mons Benedictionis dicitur*) *Nos*, inquam, *quadraginta quinque* (Sam. habet 36.) *Reges robuſti, quorum quiſque armatus mille hominibus, fortibus, arcum & tela apprehendentibus, gladiis accinctis, prælia doctis, nobíſque opem feret ipſe Japhetus, cujus meminimus:* Samaritanus hîc iterum variat: ومعنا بن يافث الجبار معه صاعقة فالوذ اذا خذف بهم واجحت قتلت الو واذا لم تنج قتلت خمس مائة رجل ممن معه هاولاي الملوك ومعهم من العدد واللات لحم مما قد ورثوها من جدهم نوح عليه السلام id eſt, *Atque nobiſcum eſt filius Japheti, Gigas, instructus machina chalybea, quæ impulſa, ubi ad votum ſucceſſerit, mille proſternit homines; ubi non ad nutum ſucceſſerit, quingentos viros interficit: Illi, quos ſecum*

cum habet, reges ſunt, armati militie inſtrumentíſque bellicis, quæ hæreditario jure ab avo ſuo, Noacho, fel. mem. poſſident. Sed pergimus in Epiſtolæ Hebrææ tranſlatione: *Proinde paratus eſto, tuáque inſtrumenta bellica diſponito, ne fortè poſtmodum dicas, quod ex improviſo te oppreſſerimus.* Pergit R. *Gedal.* ומסרו הכתב ביד שליח אחד נבון וחכם *Et tradiderunt Epiſtolam legato ſapienti & prudenti.* Pleniùs hic Paragraphus redditur à Samarit. Chronolog. واتفق راي شيوخ العسكر ووجوهها ان ينفذوا رجل يحصي الناس ويعرف العساكر حاذق في التدبير لكي يعرفهم حال بني اسرايل وكيف المسير اليهم والتطرق عليهم

i. e. *Et viſum eſt ſenioribus exercitus, & primoribus ejus mittere virum, qui populum numeret; caſtra exploret, regimen diligenter obſervet, ut ita ſtatum filiorum Iſraël indicare ipſis, & monere ſimul poſſet, qua ratione acceſſus illis pateret ad eos & aditus.* Quid deinceps factum ſit, *Gedal.* etiam recenſet:

ובא השליח ומצא יהושע יושב על כסא מלכותו וכל העם נצב עליו
ויצו יהושע להביאו לפניו ולא הביט יהושע אליו עד השלימו לשפוט
ארת בני ישראל ואחר כך לקח את המכתב מידו ויק ראהו בית ת׳
בצום ובכי ובמספר וישמור אותה בביתו עד עבור חג השבועות כי
קרוב הוא ולא רצה להעציב את העם אבל הוא שמר את הדבר
ואחר עבור חג השבועות הקהיל את כל העם ויקרא את הכתב
באזניהם ויאמר אליהם הנה כמה מלחמות נלחמתי וכמה מלכים
נצחתי ולא חבהילוני ועל זה המקרה פחד קראני ורעדה וכשמעם
ויתעצבו האנשים ונתפקקו כל חוליותיהם וארכובותיהם רא
לדא נקשן הורידו לארץ ראשם ויאמרו אל יהושע כאשר שמענו
למשה כן נשמע אליך השר קח לך גליון שלח אצבע וכתוב עליו
בחרט אנוש והשב לשכנינו הפושעים והמורדים דברי קשים
כגידים ויאמר אליהם יהושע עמדו ואשמעה אופן הכתב אשר
סדרתי ואם יכשר בעיניכם אשלחהו אליכם ויאמרו כל העם
פתח

Liber 1. de orig. Muh. פתח פיך ויאירו דבריך id eſt, *Et acceſſit legatus, & offendit Joſuam ſolio regio inſidentem, omnémque populum ſibi adſtantem.* (Samarit. Chronol. iterum plenior hic eſt: نفذ الرسول
في اليوم العاشر من الشهر الثاني من سنة احد
وعشرين سنة ملك بني اسرايل بعد دخولهم هذه
البلاد ووافا يوم الخميس غد يوم المقرا وهو حج
السوابيع فاوصل الملك كتابه وهو جالس على
كرسي ملكه يحكم علي اقوام منهم من قد وجب
عليه القتل ومنهم من قد وجب عليه الحريق ومنهم
من قد وجب عليه الرجم ومنهم من قد وجب عليه
الحبس id eſt, *Miſſus eſt legatus die decimo menſis ſecundi, anni viceſimi primi regni filiorum Iſraël poſt ingreſſum eorum in terram hanc, & acceſſit die quinto, poſtridie Congregationis feſti ſeptimanarum, ſeu tabernaculorum. Et attulit Regi ſcriptum ſuum: Ipſe verò inſidebat ſolio regio judicans ex quo alii occiſionis,* per gladium nempe, *alii combuſtionis, alii vinculorum rei erant,* &c.) *Et præcepit Joſua, ut ſibi legatus ille adduceretur, quem tamen priùs contueri noluit, quàm judicandi finem feciſſet filios Iſraël. Atque tum demum Epiſtolam de manu ejus ſumpſit, eámque in domo Dei* (Samar. habet, פי מנזלה في منزله *in domo ſua*) *legit cum jejunio, fletu & luctu, & cuſtodivit eam domi ſuæ ad finem uſque feſti Hebdomodarum, quod proximè inſtabat, neque populum* (qui, ut in Chron. Samar. attexitur, كانوا فارحين بعيدهم *læti & hilares dies feſtos ſumebant*) *voluit contriſtare:*

re: ipſe interim negotium alta mente repoſtum ſervabat.(In- Liber 1. de orig. Muh.
terea,ut *Sam.Chron.*loquitur: شاهد الرسول من كثرة
العسكر وحسنه واحوال وضبطه وامور الباري
وقدرته ونزول عمود النار وعظمته ونظر ولي الله وهوله
ما لم يشاهد مثله ولم يسمع بمثله في الدهور. ال
سالفه *Obſervavit præſens legatus multitudinem exercitus, ejus* εὐταξίαν,*regis robur & fortitudinem; Creatoris item præcepta & potentiam ejus: deſcenſum columnæ igneæ,ejúsque magnitudinem. Intuitus autem Principem Dei*(Sacerdotem, puto,intelligit)*terrore perculſus fuit,quòd ſimilem nunquam viderit, neque de ſimili quicquam audiverit ſeculis præcedentibus.*) Redimus ad verſionem R.Gedal. *Finito verò feſto tabernaculorum univerſum congregavit populum,atque in ejus præſentia Epiſtolam legit. Dixítque ad eos: Tot jam prælia geſſi, tot Reges ſuperavi,neque quiſquam eorum me terruit. Hic verò caſus timorem mihi incutit atque tremorem. Et triſtitia affecti ſunt homines, tremuerúntque omnes articuli eorum,omniáque eorum genua inter ſe colliſerunt,demiſſis in terram capitibus ſuis.* (Quod animorum pariter & corporum deliquium,ne ipſe ſuis uſurparet legatus oculis اعتقله في بعض المواضع *detinuit ipſum Joſua in loco certo,& à populi conſpectu remoto,*ut Sam.refert.) *Reſpondit* autem populus *Ioſuæ: ſicut Moſen audivimus,ita & tibi obſequemur,ô Princeps!* Samaritanus populi reſponſum ita exaggerat: ما سمعنا بمثل هذه الفعل ولا دفعنا الى مثله
ولا لقينا مثل هذا العسكر ولكن هذا الحرب الله هو
ولنا

Liber 1. de orig. Muh.

ولنا ولاولادنا ولك ايها الملك النظر والمار وتدبرنا بتوفيق الله ونكن مطيعين لامرك id eſt, *Nihil unquam tale audivimus, neque etiam tale quicquam repulimus, neque cum tali unquam congreſſi ſumus exercitu. Hoc verò bellum, Dei bellum, qui nobiſcum eſt, & cum liberis noſtris, & tecum quoque, ô Rex, Cuſtos & Domine: tu diriges nos auxilio Dei: nos verò dictis tuis obedientes erimus.*) Sumé *tibi volumen, admove digitum, & inſcribe illi, ſtylo hominis, reſpondéque vicinis noſtris defectoribus, rebellibus, verbis nervorum inſtar duris. Dixit Joſua: State, ut audiam ſermam, quam adornavi: quòd ſi vobis placuerit, mittam eam ad illos. Et reſpondit univerſus populus, aperi os tuum, & illuminentur verba tua.* Subjicit *Gedalias* ipſam nunc Epiſtolam, his verbis conceptam: בשם יי׳ אלהי ישראל אשר הוא מחליש הגבורים הזדים וממירת הרשעים המורדים ומפריד חבורי החטאים השודדים ומחבר פרורי הצדיקים והחסידים הוא אלהי האלהים ואדוני הארונים אלהי אברהם יצחק ויעקוב הוא איש מלחמה כמני יהשע עבד האל ומהקהלה הקדושה הנבחרת והעדה המאושרת קהל עדת ישראל בני אברהם יצהק ויעקוב אל האומה המרשעת והקהלה המנוגערת עובדי פסילים ומשתהוים אל האלילים אין שלום אמר אלהי דעו לכם כי הרעותם אשר עשיתם להקיץ הארי הנרדם ולהעיר הלביא כי יתארם לתת חרב בידם: אנוכי העירותי בצדק להשיב גמולכם בראשכם ומה לכם לבא במקום קדוש ותבאו ותטמאו את ארצי חכינו עצמיכם ואל תצאו ממקומיכם כי לשבעת הימים אנכי אבא אליכם ואהרוג גבורכם ואבד מנוס מכם: הנה אתם תתפארו כי אתם מה׳ מלכים ועם כלא׳ ס׳ אלף גבורים ואנכי לא אתפאר כי עמנו מלכי האדמה רק מלאכי מרום אשר א׳ מהם הפך סדום ועמורה וא׳ הביא המבול וא׳ הפליג הארץ לע׳ אומות׳ ועמי אשר אתי ת״ר אלף גבורי חיל עברו בים ביבשה וה׳ הולך לפניהם לילה בעמוד אש ויומם בעמוד ענן והמובחרים שבהם י״ב אלף הרגו ה׳ מלכי מדין וארת בלעם

בלעם בן פעור ויהרגו כל זכר ולא נפקד מהם איש וכהן א׳ שמו פנחס וחצוצרות התרועה בידו כאשר יריע אף יצריח כל אויבינו נופלים לפנינו הלא שמעת פרעה וכל המונו טבעו בים ואנחנו עוברים ביבשה הלא הוגד לכם מה שעשינו לעמלק ועמו הלא ראיתם מה שעשינו לסיחון ולעוג ב׳ מלכי האמורי ואם טמכם יפת הגבור עמנו גבור הגבורים גבוה על גבות id eſt, *In nomine Domini, Dei Iſraëlis, qui debilitat fortes, ſuperbos, mortificat impios, rebelles, qui ſeparat conventus peccatorum devaſtatorum, & congregat diſperſa juſtorum & ſanctorum. Ille Deus eſt Deorum & Dominus dominantium, Deus Abrahami, Iſaaci & Jacobi, Dominus, qui vir belli eſt : Joſua, ſervus Dei, & ſynagoga ſancta, ſelecta, cœtus beatus, conventus congregationis Iſraël, filiorum Abrahami, Iſaaci & Jacobi : populo impio, cœtui plagis affecto, cultoribus ſculptilium, adoratoribus Idolorum nullam* dicit *pacem, ait Deus meus.* Scitote, *quòd malè feciſtis excitantes leonem ſopitum, & expergefacientes leonem immanem, ut, cùm rubuerit, gladium ſubminiſtret manui eorum. Ego in juſtitia evigilans retribuam vobis merita veſtra in capita veſtra. Et quæ libido vos inceſſit veniendi in locum ſanctum, terrámque meam polluendi ? Diſponite vos ipſos, neque pedem ex loco veſtro efferte, quoniam poſt dies ſeptem ad vos veniam, occidam fortes veſtros, & omnis elabendi rima vobis obthurabitur. Iactatis quidem, quòd Reges ſitis numero XLV. quorum ſinguli habeant ſexaginta millia ſtrenuorum : Ego verò non gloriabor, quòd nobiſcum faciant Reges terræ, ſed Angeli excelſi, quorum unus evertit Sodomah, & Gomorrah : alius intulit diluvium : tertius orbem in LXX. nationes diviſit. Populus verò, qui mecum, numero 600000. fortes & ſtrenui viri, mare tranſierunt ſicco pede. Eos præcedit Deus noctu in columna ignis, interdiu verò in columna nubis : ſelectiſſimi verò eorum, duodecim millia, interfecerunt quinque reges Midianitarum, Bileamum filium Peor, & interemerunt omnem maſculum, ex iis verò ne unus*

Liber 1. de orig. Muh.

qui-

Liber 1. de orig. Mu'. *dem deſiderabatur.Sacerdotem habent,cui nomen Pinchas,in cujus manu ſunt tubæ clangoris,cùm clanxerit,aut clamorem excitaverit,omnes coram nobis concidunt inimici noſtri. Nónne audiviſti,Pharaonem & omnem ejus multitudinem in mari ſubmerſos eſſe,nos verò pede ſicco tranſiiſſe? Nónne vobis nuntiatum eſt,quid fecerimus Amalek & populo ejus? Nónne vidiſtis,quid fecerimus Sihoni & Ogo duobus Amoræorum regibus? Quòd ſi vobiſcum fuerit Japhetus Gigas,nobiſcum eſt Gigas gigantum,excelſus ſupra excelſum.* Hanc Epiſtolam in Chronico Samaritano argumento deprehendo eandem planè,verbis tamen & exemplorum inductione prolixiorem,quam proinde repetere nihil attinet. Joſua igitur,magnus ille belli Dux Iſraëlitarum, ipſis quoque gentilibus,eorúmque ſcriptoribus innotuit. Certè magnam Phænicum vim ſub Joſuæ tempora,bello ſacro profligatam,maritimas Africæ regiones occupâſſe,teſtes ſunt columnæ binæ olim in Tingitana viſendæ,& Phænicio ejuſdem ſeculi ſermone inſcriptæ,verbis ſic Græcè ſonantibus:

2. Ex Chronico Samaritano.

3. Sed & ex inſcriptionibus conſtat Ioſuam gentibus ſatis fuiſſe notum.

ΗΜΕΙΣ. ΕΣΜΕΝ. ΟΙ. ΦΥΓΟΝΤΕΣ.
ΑΠΟ. ΠΡΟΣΩΠΟΥ ΙΗΣΟΥ.
ΤΟΥ ΛΗΣΤΟΥ. ΥΙΟΥ. ΝΑΥΗ.

Commemorat hæc *Procopius* in Vandalicis lib.II.*Seldenus* de Diis Syris Proleg.c.2.p.18.ſic Phænices ſcripſiſſe conjicit: אנו בורחים מפני יהושע איש חתף בן נון *Nos fugimus à facie Jehoſuah,prædonis,filii Nun.* Non malè,niſi quòd fortè voci ληϛὴς vocabulum ἐμφατικώτερον reſponderit. Ex gemina illa Schaubeci Epiſtola,Hebræa & Arabica,ſuprà monuimus,Joſuæ Epitheton fuiſſe الذيب القاتول *lupus percuſſor*;vel,ex *Sophon.* זאב ערבות *lupus veſpertinus.* Neque verò hujus Archiſtrategi fama minor eſt apud Muhamedanos.Ejus meminit *Keſſæus* in vitis Patrum p.98. قال كعب الاحبار

فيما

فما حلت الغنايم قبل محمد صلى الله عليه وسلم الا ليوشع ابن نون *Dicunt docti: Nulli ſpoliare fuiſſe conceſſum, ante Muhammedem, pro quo Deus oret, niſi Joſuæ filio Nun.* Opportunè! Nempe, latrocinia, invaſiones, devaſtationes,. prædas & rapinas Muhammedis excuſabit exemplum Joſuæ? Cujus auſpiciis, ut loquitur *Epiph.* contr. Manich. p. 301. ἔλαβον οἱ υἱοὶ τοῦ Σὴμ τὴν ἰδίαν γῆν, μηδεμίας ἀδικίας ἐν μέσῳ ὑπαρχούσης, ἀλλὰ δικαιοκρισίας. Quid nî Timur etiam, ſeu Tamerlanes, cujus hiſtoriam Arabicè ſcripſit *Ahmed filius Arabſi.e*, teſtis αὐτόπτης, quémque pag. 3. راس الفساق الاعرج الرجال الدي اقام الفتنة شرقا وغربا* *Caput improborum, claudum impoſtorem* appellat, *qui bellum excitârit in Oriente & Occidente*: cujus res geſtæ من اعجب القصايا *maximè ſint mirandæ*, ejusdem imitationem obtendat & exemplum, ſi hæc argumentatio Muhammedanis ſuccedat? Hoc verò nunquam dabunt: quin fatentur potiùs, quòd Tamerlanes cum ſuis aſſeclis جعلوا يحاربون الله ورسوله ويودون عباده ويقطعون سبيله* *Cœperit bellum gerere contra Deum, & Apoſtolum ejus, mala inferre cultoribus ejus, & rumpere vias ejus*, id eſt, violare leges ejus. *Arabs.* pag. 13. 14.

Liber 1. de orig. Muh. II. Muhammedani quoque Ioſuæ meminerunt. 1. Keſſæus.

Porrò *Keſſæus* Gibeonitarum quoque, quos الاعراب *Arabes* vocat, perſtringit hiſtoriam. Enarrat etiam cladem Iſraëlitarum, propter ſacrilegium Achani acceptam: ſed more ſuo, id eſt, confuſè planè & ineptè, وكان الله قد كسا هرون قميصا له اثنى عشر علما على عدد الاسباط

Hiſtorria Achani.

Liber 1. de orig. Mu'.

dem deſiderabatur. Sacerdotem habent, cui nomen Pinchas, in cujus manu ſunt tubæ clangoris, cùm clanxerit, aut clamorem excitaverit, omnes coram nobis concidunt inimici noſtri. Nónne audiviſti, Pharaonem & omnem ejus multitudinem in mari ſubmerſos eſſe, nos verò pede ſicco tranſiiſſe? Nónne vobis nuntiatum eſt, quid fecerimus Amalek & populo ejus? Nónne vidiſtis, quid fecerimus Sihoni & Ogo duobus Amoræorum regibus? Quòd ſi vobiſcum fuerit Japhetus Gigas, nobiſcum eſt Gigas gigantum, excelſus ſupra excelſum. Hanc Epiſtolam in Chronico Samaritano argumento deprehendo eandem planè, verbis tamen & exemplorum inductione prolixiorem, quam proinde repetere nihil attinet. Joſua igitur, magnus ille belli Dux Iſraëlitarum, ipſis quoque gentilibus, eorúmque ſcriptoribus innotuit. Certè magnam Phænicum vim ſub Joſuæ tempora, bello ſacro profligatam, maritimas Africæ regiones occupâſſe, teſtes ſunt columnæ binæ olim in Tingitana viſendæ, & Phænicio ejuſdem ſeculi ſermone inſcriptæ, verbis ſic Græcè ſonantibus:

2. Ex Chronico Samaritano.

I. Sed & ex inſcriptionibus conſtat Ioſuam gentibus ſatis fuiſſe notum.

ΗΜΕΙΣ. ΕΣΜΕΝ. ΟΙ. ΦΥΓΟΝΤΕΣ.
ΑΠΟ. ΠΡΟΣΩΠΟΥ ΙΗΣΟΥ.
ΤΟΥ ΛΗΣΤΟΥ. ΥΙΟΥ. ΝΑΥΗ.

Commemorat hæc *Procopius* in Vandalicis lib. II. *Seldenus* de Diis Syris Proleg. c. 2. p. 18. ſic Phænices ſcripſiſſe conjicit: אנו בורחים מפני יהושע איש חתף בן נון *Nos fugimus à facie Jehoſuah, prædonis, filii Nun.* Non malè, niſi quòd fortè voci ληςῆς vocabulum ἐμφατικώτερον reſponderit. Ex gemina illa Schaubeci Epiſtola, Hebræa & Arabica, ſuprà monuimus, Joſuæ Epitheton fuiſſe الذيب القاتول *lupus percuſſor*; vel, ex *Sophon.* זאב ערבות *lupus veſpertinus.* Neque verò hujus Archiſtrategi fama minor eſt apud Muhammedanos. Ejus meminit *Keſſæus* in vitis Patrum p. 98. قال كعب الاحبار فيها

فما حلت الغنايم قبل محمد صلي الله عليه وسلم الا ليوشع ابن نون *Dicunt docti: Nulli ſpoliare fuiſſe conceſſum, ante Muhammedem, pro quo Deus oret, niſi Joſuæ filio Nun.* Opportunè! Nempe, latrocinia, invaſiones, devaſtationes,. prædas & rapinas Muhammedis excuſabit exemplum Joſuæ? Cujus auſpiciis, ut loquitur *Epiph.* contr. Manich. p. 301. ἔλαβον οἱ υἱοὶ τοῦ Σὴμ τὴν ἰδίαν γῆν, μηδεμίας ἀδικίας ἐν μέσῳ ὑπαρχούσης, ἀλλὰ δικαιοκρισίας. Quid nî Timur etiam, ſeu Tamerlanes, cujus hiſtoriam Arabicè ſcripſit *Ahmed filius Arabſi.e*, teſtis αὐτόπτης, quémque pag. 3. راس الفساق الاعرج الرجال الدي اقام الفتنة شرقا وغربا *Caput improborum, claudum impoſtorem* appellat, *qui bellum excitârit in Oriente & Occidente*: cujus res geſtæ من اعجب القضايا *maximè ſint mirandæ*, ejuſdem imitationem obtendat & exemplum, ſi hæc argumentatio Muhammedanis ſuccedat? Hoc verò nunquam dabunt: quin fatentur potiùs, quòd Tamerlanes cum ſuis aſſeclis جعلوا يحاربون الله ورسوله ويودون عباده ويقطعون سبيله *Cœperit bellum gerere contra Deum, & Apoſtolum ejus, mala inferre cultoribus ejus, & rumpere vias ejus,* id eſt, violare leges ejus. *Arabs.* pag. 13. 14.

Liber 1. de orig. Muh. II. Muhammedani quoque Ioſuæ meminerunt. 1. *Keſſaus.*

Porrò *Keſſaus* Gibeonitarum quoque, quos الاعراب *Arabes* vocat, perſtringit hiſtoriam. Enarrat etiam cladem Iſraëlitarum, propter ſacrilegium Achani acceptam: ſed more ſuo, id eſt, confusè planè & ineptè, وكان الله قد كسا هرون قميصا له اثني عشر علما علي عدد الاسباط واذا

Hiſtoria Achani.

Liber 1. de orig. Muh.

واذا غل واحد من الاسباط كان يتغير علمه من
ذلك القميص فلا يزل متغيرا حتي يرده الي المغنم
واذا لم يرده توقع الهزيمة عليهم وكان القميص مع
يوشع ابن نون ولبسة ولما كان في علاته قد تغير
علما واحد من الاسباط فعلم ان الغلول في ذلك
السبط وانهم ينهزموا فانهزموا فوقع فيهم قتالا كثيرا
ثم دعا بهم يوشع فقال لهم قد غللتم وما الذي حملكم
علي الغلول وكان واحد منهم قد غل قطيفة فاتوا
بهم الي يوشع فامر بها ان تحمل الي بلاد كنعان
وقاتلهم يوشع حتي قتل نحو ثلاثين ملكا وزياده

id eſt, *Induerat autem Deus Aharonem induſio* (vox Arabica *Joh.* 21.v.7. Græco vocabulo ἐπενδύτης reſpondet) *duodecim ſignis, ſecundùm tribuum numerum, notato. Quòd ſi quæ tribuum doloſè egit, ſignum ejus fuit immutatum, in iſto induſio, uſque dum rapina fuit reſtituta. Si non reddidit eam, in fugam conjecti ſunt. Habuit autem induſium hoc Joſua filius Nun, illúdque induit. Cùm verò contrà hoſtes proceſſiſſet, mutatio eſt ſigni cujusdam tribus: unde cognovit prædam eſſe in iſta tribu, fugam proinde imminere. Fugæ ergò ſe dederunt, magnam accipientes cladem. Vocavit autem Joſua eos ad ſe, dixítque iis: Fraudulenter egiſtis: quid impulit vos ut prædam auferretis? Erat autem unus eorum, qui pallium prædatus fuit, quod Joſuæ attulerunt; ille verò, ut in terram Canaan reportaretur, juſſit. Atque ſic bello eos tentavit adeóque afflixit, ut ultra triginta Reges percuſſerit.* Quid per *induſium,*

Digitized by Google

ſium,ſeu *interulam* ſignificet,proclive eſt dictu. Amiculum ſacerdotis ſeu pectorale innuit,in quo erant nomina duodecim tribuum, gemmis inſerta. Gemmas autem has *Joſephus* & alii, ut diximus in *Exercitat. Anti-Morin.* pag. 88. volunt fuiſſe Urim & Thummim,de quorum uſu loqui jam nolumus. Hoc ſufficiat notâſſe, *Keſſæum* prorſus hîc ἰουδαΐζειν. Nam in *Pir.Eliez.*p.34.b.expreſsè legitur: כל שבט ושבט שהיה עושה דבר מצוה אבנו מגיהה אורה וכל שבט שהיה עושה עבירה לא היתה אבנו מגיהה אורה îd eſt, *Omnis tribus,quæ fecit aliquod præceptum, lapis ejus ſplendidam edidit lucem: omnis autem tribus,quæ aliquid deliquit,lapis ejus non dedit lucem ſplendidam.* Huc facit illud Majmonidis ex Jad. Chaz.t.III. de vaſis ſanctuarii cap.10. עומר הכהן ופניו לפני הארון והשואל מאחריו פניו לאחרי הכהן ואומר השואל אעלה או לא אעלה ומיד רוח לובש את הכהן ומביט בחושן וראה בו במראה הנבואה עלה או לא תעלה באותיות שבולטות מן החשן כנגר פניו והכהן משיבו ואומר לו עלה או לא תעלה id eſt,*Sacerdos ſtat facie ſua ad arcam converſa; conſulens verò,illi ſtat à tergo,facie ſua tergum ſacerdotis ſpectante. Interrogans dicit: Aſcendam in prælium? aut non aſcendam. Tum è veſtigio Spiritus Sanctus afflat ſacerdotem: qui oculis in pectorale conjectis,ibi viſione Prophetiam videt,Aſcende,aut,Ne aſcendas,idque in conſpectu ſuo literis è pectorali prominentibus. Itaque ſacerdos illi reſpondens,inquit,Aſcende,aut,Ne aſcendas.* Multa verò hîc ab Arabe commiſceri ἄμικτα,noli mirari. Quid enim ab homine,curioſo quidem veterum monumentorum inveſtigatore,ſed Muhammedano,ſcripturæ lumine orbato,ſolidius expectes? Quid mireris,quòd idem ille,dum ad Achani ſacrilegium alludit,præter rudera quædam & veſtigia,ex veritate hiſtoriæ nihil retineat. Quod ipſum profectò non poteſt non ſummam nobis S. Scripturæ commendare authoritatem. Cùm enim videamus, rupices etiam & petrones,id eſt,gentes barbaras & feras,vas quidem hoc ſacrum allambere,pultem verò

Liber 1. de orig. Muh.

Alludit ad pectorale ſeu amiculum.

Liber 1. de orig. Muh. verò ipſam non attingere, quid nî ſacras literas vel hinc majori cum reverentia tractare diſcamus; qui non putamina tantùm, ſed ipſum accepimus nucleum?

2. *Muhammed.* Porrò ipſe quoque Muhammed in Alcorano Joſuæ facit mentionem Sur. XVIII. quæ الكهف inſcribitur. Vocatur ibi phraſi Scripturæ فتنة موسي *Puer Moſis*, id eſt, ut *Beidavi* explicat, عابد vel خادم *famulus*, quo ſenſu vox נער puer, apud Hebræos ſæpe ſumitur. *Beidavi* in comment. ſuis p. 506. appellat Joſuam بن نون بن افرايم بن يوسف *filium Nun, fil. Ephraim fil. Joſeph.* Idem etiam fuit من النقبا *è numero exploratorum*, quos Moſes *Num.* c. 13. & 14. emiſit. Qua de re

3. *Beidavi.* prolixè *Beidavi* ad verba Sur. V. pag. 62. وبعثنا منهم اثني عشر نقيبا *Miſimus ex illis duodecim exploratores*

Hiſtoria Exploratorum.

وروى ان بني اسرايل لما فرعوا من فرعون واستقروا بمصر امرهم الله بالمسير الي اوريحا ارض الشام وكان يسكنها الجبابرة الكناعنيون وقال لهم اني كتبتها دارا وقرارا واخرجوا اليها وجاهدوا من فيها فاني ناصركم وامر موسي ان ياخذ من كل سبط كفيلا عليهم بالوفا بما امروا به فاخذ عليهم الميثاق واختار منهم النقبا وسار بهم ولما دنا ارض كنعان بعث النقبا يتجسسون الاخبار فنهاهم ان يتحدثوا قومهم

Digitized by Google

قومهم وراوا جراما عظيمة وبايسا شديدا فهابوا ورجعوا Liber 1. de orig. Muh.
وحدثوا قومهم الا كالاب بن يوفنا من سبط يهودا
ويوشع بن نون من سبط افرايم بن يوسف id eſt, *Fertur, quòd Deus, cùm filii Iſraël à Pharaone diſceßiſſent, proficiſci eos juſſerit Hierichuntem Syriæ, cujus incolæ tum erant gigantes Cananæi. Dixit autem iis: Aßignavi eam vobis in ſedem & domicilium: Exite ergò, & oppugnate quemcunque in ea offenderitis, & ego ſubſidio vobis ero. In mandatis autem datum fuit Moſi, ut è ſingulis tribubus acciperet obſidem in certitudinem rei ipſis injunctæ conficiendæ. Fœdere igitur cum illis inito, elegit ex iis exploratores, quibus cum profectus eſt. Cúmque jam terræ Canaan appropinquâſſent, emiſit exploratores, ut omnia inquirerent. Prohibuit autem illis, ne ea populo effutirent. Cúmque homines* μεγέθεις ὑπερφυεῖς, *magnúmque gigantem vidiſſent, conſternati reverſi ſunt, omniáque populo aperuerunt, excepto Caleb, filio Jephunne, è tribu Juda: & Joſua, filio Nun, è tribu Ephraim, filio Joſeph.*

SEQUUNTUR NONNULLI è Monarchis Perſicis anterioribus.

1. كيقباد *Caikobad*) Hiſtoria Perſarum ita perplexa eſt & intricata, ut ipſi etiam, qui habentur, in pertexenda Regum ſerie, πολλῶν αἰτάξιοι ἄλλων, inter ſe digladientur. Græci abeunt ab Hebræis, utrique à Perſis & Arabibus. Seriem autem Genealogiæ hujus non planè contemnendam eſſe, vel hinc conſtat, quòd *Petrus Teixera* Luſitanus, diligentiſſimus ævi hujus Scriptor, quíque multa ab ipſis Perſis accepit, ad eam proximè accedat. Primus ergò eſt كيقباد *Caikobad*, quem *Reges Perſici anteriores. 1. Caicobad.*

Liber 1. de orig. Muh. *Teixera* nepotem Nodharis, *Schikhardus* in Taarich. p. 44. ejuſdem trinepotem fuiſſe vult. Filii ei tribuuntur quinque, 1. كي ترك *Cai-thorc.* 2. كي ارش *Cai-Areſch.* (quaſi כורש Hebræorum) 3. كي افتد *Cai-Aphthed.* 4. كي كوس *Cai-Cavos.* 5. كي نشين *Cai-Noſchin.* Ex quibus Patri Caikobado ſucceſſiſſe dicitur Cai Cauſus, cujus filia سياوش Siiavoſch ex Frangiſſa filium nacta, quem Teixera كيكسرو Caicosravv appellat. *Schikhardus* putat hunc fuiſſe Cyrum priorem ſive magnum: quem plerique à Cyro flumine, juxta quod ſit poſitus, denominatum dicunt. *Suidas* ab authoritate, quam inter colludentes puerulos arrogârit ſibi, κῦρον vocatum, ait. Alii aliter.

2. Iſphandiar ſeu Xerxes. 2. اسفنديار *Iſphandiar)* Hic quia inter Hiſtaſpin & Longimanum locatur, Xerxes ille, quem Græcorum hiſtoriæ celebrant, fuiſſe putatur.

3. Caibahman, ſeu Longimanus. 3. كي بهمن *Cai-bahman)* Eſt ipſe Longimanus, qui Græcis μακρόχειρ, Perſis Daras-daſt dicitur. Alio nomine à Magis Perſarum primus اردشير Ardſchir, hoc eſt, *farina & lac* fuit appellatus: unde Græci ſuum habent Ἀρταξέρξης, & Hebræi אחשורוש Achaſchvveroſch. Volunt Rabbini quidam eum fuiſſe maritum Eſtheræ, alii negant, & Eſræ ipſum ac Nehemiæ σύγχρονον faciunt.

4. Saſan, Longimani filius. 4. ساسان *Saſan)* Longimani filius, qui ſtudiis, Mathematicis cumprimis, addictus, Imperium ceſſit matri, quæ in Genealogia هماي جهم *Homay mulier* nuncupatur.

5. Darab, filius Darab, ſeu Darius Nothus. 5. دارب بن دارب *Darab filius Darab) Schikhardus* in Taar. pag. 23. & 47. Darabum hunc filium aſſerit Homay re-

Digitized by Google

reginæ: ipſum Hebræorum דריוש Græcorum Δαρεῖον: Aſtrologorum juſſu in fluvio Gihon expoſitum, ſed mirè ſervatum. Addit verò: *Num illegitimè potiùs in viduo thoro conceptum ſuſpicabimur, ut ſit Darius ille cognomento Nothus?* Certè non malè hanc conjecturam ſuccedere, vel hinc patet, quòd, cùm Homay uxor fuerit Caibahman Longimani, hîc tamen Dareb expreſsè dicatur filius Dareb, non verò Cai-bahman. Liber 1. de orig. Muh.

6. داريب *Darab, ſeu Darius*) Darius alter, *dubio procul,* inquit Schikhardus p. 49. *Ochus, à cubiculario Dagon interfectus.* 6. *Darius alter.*

7. اشك *Aſchek)* qui ab Alexandro Macedone, poſt multa & varia fortunæ prælia, regno exutus eſt. Codomannum eum eſſe putat Schikhardus, quem *Curtius, Arrianus, Juſtinus, Plutarchus* & alii paſſim deſcribunt. 7. *Aſchek. ſeu Codomannus.*

Tertia Ætas à Moſe ad Chriſtum.

موسي نبي عليه هارون
Moſes السلام Harun.
Propheta ſuper quo pax.

عبراد : فينحاص يلسين نبي الياس نبي
Ibrad. Phinees. عزير السلام عليه السلام
Jaſin, Eſaias, Elias Propheta, ſuper
quo pax. Propheta, ſuper quo pax.

اسمويل : ايليسع
Samuel عليه نبي عزير نبي دانيال نبي
السلام عليه السلام عليه السلام

Eliſæus, Eſdra, Propheta, Daniel Propheta,
Propheta, ſuper quo pax. ſuper quo pax.
ſuper quo pax.

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

داود نبي عليه السلام David Propheta, ſuper quo ſit pax.	سليمان نبي عليه السلام Solomon Propheta, ſuper quo ſit pax.		لقمان Lukman.
ماتان Mathan	فليفوس عليه السلام Philippus, ſuper quo pax.	ذوي اسكندر Iſkender, Alexander.	جالوت Goliath.
ذا نون نبي عليه السلام Pax ſuper quo Propheta Jonas.		عمران Imran.	زكريا Zacharias.
شمشم بيغمبر عليه السلام Samſon Propheta ſuper quo pax.		مريم Maria	يحيي بيغمبر عليه السلام Jaſia Propheta, ſuper quo pax.

NOTÆ.

Muſai, ſeu Moſes.

موسي *Muſay* id eſt, Moſes) Ægyptiacum eſſe hoc nomen, à filia Pharaonis, Regis Ægyptiaci, impoſitum, diximus in

Varia ejus nomina.

1. Ex R. Gedalia.

Exercit. Anti-Morin. pag. 48. Ab aliis aliter eum nuncupatum volunt Judæi, &, ex iis, Chriſtiani. R. *Gedal.* ſchalſch. hakkab. pag. 11. b. ויה׳ מקץ שנתים ימים הבאתו אמו לבתיה בת פרעה ויקרא שמו משה ואביו קראהו חבר ואמו קראהו יקותיאל ואחותו קראהו יתר ואחיו קראו אבי זנוח וקהת קראהו אבי סוכו וישראל קראהו שמעיה בן נתנאל ולפעמים טוביה ולפעמים שמעיה ולפעמים סופר ולכולם יש טעם במדרש ומצריים קראוהו חוניוס id eſt, *Biennio elapſo, adduxit eum mater Bithiæ filiæ Pharaonis, appellavitque nomen ejus Moſeh. Pater ipſum vocavit Chaber; mater Jekutiel; ſoror ejus Jether; Frater ejus*

ejus Abi-Zanuah, Kehath nuncupavit eum Abi-Socco; Iſraël Schemajah, filium Nathanaël. Aliàs dictus fuit Tobia; ſæpe Schemaja; non rarò Scriba, quæ omnia explicationem habent allegoricam. Aegyptii verò vocârunt eum Honios. Sic *Hieron.* t.4.pag.115. Quæſt. ſive Tradit. Hebr. in Paral. *Nomina verò quæ ſequuntur penè omnia Moyſi nomina intelligi volunt: quia ideo* Jared *vocatur, id eſt, deſcendens, quod è monte deſcenderit: pater* Jedor, id eſt ſepium, *eò quòd quaſi quadam ſepis lege circumdederit populum.* Heber, junctor, *eò quòd populum Dei ſervitio junxerit.* Patrem Socho, id eſt, prophetiæ, *eò quòd ipſe ſit doctor Prophetarum.* Icuthiel, id eſt, ſperans in Deum; *eò quòd ſpem habuerit liberandi populum de Aegypto: ſive, quòd ſpe parentum de aqua periculo liberatus ſit:* Patrem Zonah, *qui interpretatur* gubernator, *eò quòd magnam populo in eremo gubernationem exhibuerit, ſive quòd doctrinâ ſua quotidie gubernaret. Iſa bar Ali,* Syrus, ipſe quoque Moyſis trinominis meminit: ܡܘܫܐ ܢܒܝܐ ܡܬܦܫܩ ܦܨܝ ܡܢ ܡܝܐ ܘܐܬܩܪܝ ܦܠܛܝܐܝܠ ܒܝܘܡܐ ܕܐܬܓܙܪ ܗܘ ܐܠܗܐ ܦܨܐܢܝ ܃ ܢܣܒ ܢܡܘܣܐ ܦܪܝܫ ܕܐܬܟܬܒܘ ܒܡܘܫܐ ܕܐܬܓܙܪ ܗܘ ܐܡܠܟ ܐܠܗܐ * id eſt, *Muſe Propheta explicatur* liberatus ex aquis. *Vocatus autem eſt die quo circumcidebatur,* Palthiel, id eſt, libera me Deus. *In Sidra libri Paraleipomenon* Jamchil (fortè ܢܡܠܟ vult, aut ܢܡܘܣܐ ܠܐܠ) *ſcriptum eſt, quod nomen in circumciſione accepit, ſignificat autem,* regnare fecit Deus.

Liber 1. de orig. Muh.

2. *Ex Hieronymo.*

3. *Ex Iſa, bar Ali.*

Sed hæc אגב אורחא. Porrò de Moſe Arabes plura loquuntur, quàm quibus enarrandis paucæ aliquot pagellæ ſufficiant. Ne igitur vel minus perſequamur feſtinando, vel diutiùs evagemur perſequendo, ſumma tantùm perſtringemus capita, ſperantes potiſſimam quaſi partem probationis nos intuliſſe, cùm authores, per quos probari poſſent, adjecerimus.

Hujus Moſis inter Arabes meminit:
1. Ipſe Muhammed.

I. Hiſtoriam *nati* & in ſcirpiculo, pice oblito, reconditi *Moſis* tractat Muham. in *Alcor.* p.m.71. Sur. XIX.

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

II. *Legationem* Moſis ad Pharaonem habes ibid. Item pag. 91.118.141.334.

III. *Miracula* Moſis recenſentur p.93.206.160.

IV. De *educatione Moſis* in aula Pharaonis agit p.211.

V. *Prophetiam Moſis* commendat idem p.198.

VI. *De libris, Moſi* cœlitus datis, Muhammed loquitur p. 80.84.122.230.284.

VII. De *ardente rubo* videatur p.206.

VIII. *Adventum ejus ad Jethronem* in Midian deſcribit pag.213. Hîc verò mihi iterum agyrtæ obſerva genium & ingenium. Pleraque illius Hiſtoriæ pſegmata, (quid enim aliud ſunt illæ etiam Hiſtoriæ, à Muhammedis impuriſſimis manibus contractæ, truncatæ, in ineptum ſenſum contortæ & deflexæ, quàm Scripturæ Sacræ, auro omni & obryzo purioris, ψήγματα quædam & ramenta ?) ex ſacro Contextu delimavit, & in Alcoranum tranſtulit. At ne vel à Judæis, vel Chriſtianis, hoc nomine, gravi aliquâ cenſurâ notari poſſet, quaſi nihil commune haberet cum eis, omnia illa, quæ ſacræ literæ de Jethrone pronuntiant, hic *Schoaibo* cuidam tribuit. *Schoaibi* verò nomine *Jethronem* intelligi, ipſe quoque vidit *Elmacinus*. Ita enim ille Hiſt. Mſc. pag.47. والعرب يسمونه شعيبا *Et Arabes appellant eum* (Jethronem) *Schoaib*. Rationem hujus nominis peregrini deſideras ? Cave credas, Muhammedis has eſſe præſtigias, aut, ut molliùs loquar, nugas. Deus Midianitarum ſacerdoti nomen hoc Arabicum impoſuit. Sic enim *Keſſæus* fabulatur : فولدت له ولد اسمه بيون وهو شعيب عليه السلام وكان شعيب في نهاية الحسن والجمال ولما كبر اعطاه الله علما وفقهم

وفقها وحكمة وكان قليل الكلام دايم الفكر ناحل Liber 1. de orig. Muh.
الجسم قليل اللحم وكان ابوه اذا تامل ضفعه
ونحالته يقول الاهي وسيدي انك قد اكثرت
الشعوب والقبايل في المدين فبارك لي في شعيبي هذه
ولده بين يديه اذا نام صعنون قرا في منامه قايلا يقول
يا صعنون الله قد بارك له في شعيبك هذا وسيجعله
الله نبيا الي ال مدين قالوا من ذلك سماه الله شعيب

id eſt, *Et genuit* (uxor Zanuni, mater Jethronis) *ei filium, cui nomen Bojun, qui ipſe eſt Schoaib s.q.p. Erat autem Schoaib formoſus valde & pulcher: cúmque virilem jam induiſſet togam, dedit ei Deus ſcientiam, peritiam, & ſapientiam. Pauciloquus erat, & meditationibus ſemper deditus: corpore gracilis, carne macilentus. Pater igitur, expenſa infirmate ejus & macritudine, dixit: O Deus mî, & Domine mî, utique jam multiplicâſti populos & tribus familia Midianiticæ, in meo quoque populo huic benedic filio ejus, qui in ipſo eſt: Cúmque dormiret aliquando, vocem ſecundùm quietem ita vocantis audivit: O Zanun, Deus utique jam benedixit tibi in hoc* شعيبك popello (diminutivum enim eſt, à شعب *populus, natio*) tuo, *quem Deus conſtituet Prophetam ad populum Midian. Atque hinc dicunt, Deus eum Schoaib* شعيب *appellavit.* Similes habent labra lactucas, dignúmque patella operculum! Egregium enim Muhammed fabularum ſuarum nactus Interpretem.

IX. Hiſtoriam *caſi Aegyptii*, ſed ab Impoſtore peſſimè tractatam, habes p. 212. 213.

X. Quòd

Liber 1. de orig. Muh. X. Quòd *Moſes vocatus vocationi ſuæ refragatus* fuerit habetur pag. 200. 206.

XI. *Concionem Moſis* ad populum Iſraël habitam deſcribit p. 141.

XII. Cumprimis obſervanda ſunt Epitheta, quibus inſignit Muhammed tum libros Moſis, tum Moſen ipſum. Moſen vulgò appellat كليم الله, propterea quòd كلم الله. *locutus eſt cum Deo*, Sur. IV. p. 60. Legem vèrò Moſis Sur. XI. Pag. 122. & Sur. XLV. pag. 284. vocat اماما ورحمة id eſt, *librum*, ut Beidavi explicat, موتما في الدين *qui facem præfert in religione, & miſericordiam:* propriè, *quæ Antiſtes Religionis eſt, & dux.*

2. *Keſſaus.* *Keſſaus* in vitis Patrum prolixior adhuc eſt: uſque adeò, ut ad deſcribendam Moſis vitam, res geſtas & mortem omnes Rabbinorum carbones comportâſſe videatur. Sunt autem nonnulla ita apertè falſa, ut vel referre pudeat. Cujusmodi eſt fabula de nodo linguæ, quo impeditus animi ſui ſenſa non potuerit exprimere pag. 93. De Varan & Zeman, Magis Ægyptiacis, qui in Scriptura Sacra, & traditionibus veterum Judæorum Jannes & Jambres dicuntur p. 94. De reſipiſcentia Pharaonis, morti jam vicini, quam ſic deſcribit p. 94. فلما تحققت عنده الموت والغرق قال امنت بالذي امنت به بنه اسرايل وانا من المسلمين وقال له جبريل الان وقد عصيت من قبل وكنت من المفسدين ثم غرق وبني اسرايل ينطرون اليه id eſt, *Cúmque jam moriendum ſibi & ſuffocatione pereundum certò videret, dixit: Credo in Deum, in quem credunt filii Iſraël, ſúmque ex Moſelmanis. Reſpondit autem Gabriel: Tu utique ante rebellis fuiſti, & ex*

ubi tamen a. quædam manifeſtè ſunt falſa.

cor-

corruptoribus. Proinde, inſpectantibus Iſraëlitas, ſuffocatus periit. Ejuſdem commatis eſt ridicula illa & ineptiſſima *de prærogativis populi Muhammedis diſputatio*, quam habet p. 94. & deinceps. Ubi Moſes commemorat, ſe in Catalogo gentium futurarum vidiſſe mentionem gentis cujuſdam, pietate, ſtudio bonorum operum ita inclytæ, ut ſi votis aſſequi poſſet, ſuum hunc ſibi optaret gregem. Neque verò hilo melius eſt vaticinium de menſe Ramadân, jejunio, & nocte potentiæ pag. 96. Tetrum cumprimis mendacium eſt & planè, τετρά-πηχυ, quod pag. 97. de Judæis, ſequentibus refert verbis: فقال Liber 1. de orig. Muh.
الله يا موسي قل لهم يحفظوا وصيتي ويوفوا بعهدي
ويذكروا نعمتي ويرجعوا الي عسكارهم فارحين
ورجعوا اليهم واخبروا قومهم بما راوا فبدلوا التورية
وزادوا فيه ونقصوا منه فصاروا ذلك الي زماننا id eſt,
Dixit autem Deus: O Muſa, præcipito illis, ut cuſtodiant præcepta mea, ſervent fœdus meum, & memores ſint beneficiorum meorum. Et revertantur ad caſtra ſua lætantes. Illi verò reverſi, indicârunt reliquo populo, quid vidiſſent. Sed illi mutârunt legem, addendo ad eam & detrahendo de ea: Atque tales manſerunt ad hoc noſtrum uſque tempus. Ita nempe audacter mentiri oportet, ſine fuco, ſine mangonio, ſine pigmento, ut eò minus ſeductionis periculum ſubſit. Si legis corruptæ originem in Rabbinorum recentiorum, hominum ſceleroſorum, vel malitia oſtendiſſent, vel incuria & ignorantia, communem cum Pontificiis cauſam agerent, atque ſic aliquem ſaltem erroris ſui prætextum haberent. At quia ortum turbatorum fontium Prophetis, Chriſto & Apoſtolis quærunt retruſiorem, cum ratione planè inſaniunt.

Alia tamen idem *Keſſæus* de Moſe & Lege ejus recenſet,

Liber 1. de orig. Muh. quæ utraque amplexamur manu, memores illius: Inimici noſtri ſunt teſtes. Ita ille p. 96. ثم انزل موسي لبني اسرايل التورية فقال لهم هذا كتاب ربكم وكلامه وفيه الحلال والحرام والحدود والاحكام والفرايض والسنن والقصاص في كل ذنب id eſt, *Tunc demiſit filiis Iſraël Legem, dixítque illis: Hic liber Domini veſtri, ejúsque verbum, in quo conceſſum,* (Hebr. מותר) *& prohibitum* (Hebr. אסור) *definitiones,* (Hebr. מצות) *& judicia* (Hebr. משפטים) *ſtatuta* (Heb. חקים) *& leges, & pæna pro quolibet peccato.*

Sunt tandem quidam apud *Keſſæum* de Moſe μῦθοι, quorum ἐπιμύθια, ſeu affabulationes, ſi non magnum afferant uſum, legi tamen ſine culpa poſſunt. Verbi gratiâ: Scribit *Keſſæus* pag. 97. فقال موسي اللهم اريني عدلك في خلقك فانصافك فقال يا موسي انت رجلا لا تصبر علي ذلك فقال يا رب اقدر علي الصبر بك فقال الله تعالي يا موسي اذهب الي العين الفلانية واختفي عندها وانظر الي قدرتي وعلم الغيوب ومضا موسي واختفي عند العين واذا بفارس قد اقبل ونزل عن فرسه وتوضا وصلا وشرب ونسا هميانه علي العين فيه الف دينار وصار جا صبي صغير ليشرب فوجد الهميان واخذه فانصرف فجا بعده شيخ اعما وشرب من العين وتوضا تفكر الفرس الهميان ورجع في طلبه فوجد

Digitized by Google

فوجد الشيخ العمي ولزمه وقال له اني نسيت في Liber 1. de orig. Muh.
هذا المكان هميانا فيه الف دينار وما جا احد سواك
فقال الاعمي انت تنظر اني رجل اعمي فكيف ابصرت
الهميان فغضب الفارس من كلامه وجذب سيفه
وضرب الاعمي فقتله وموسي ينظر الي ذلك وفتشه
ولم يجد معه شيا فعند ذلك قال موسي الاهي
وسيدي قد فقد صبري وانت الملك العادل فعرفني
كيف الاحوال ونزل جبريل عليه السلام وقال يا
موسي ان الله يقريك السلام ويقول لك انا علام
الغيوب والاسرار اما الصبي الصغير الذي اخذ الهميان
اخذ حقه وملكه وذلك ان الفارس اخذها المال من
ابي الصبي وانا الاعمي وانه قتل ابو الفارس فقد
اقتضي منه ووصل كل ذي حق الي حقه واستغفر
موسي ربه وانك* id eſt, *Dixit Muſa: O Deus, oſtende mihi juſtitiam tuam, & æquitatem in creaturis tuis!* Reſpondet *Deus: O Muſa, vir es, qui vix hoc ſuſtinere queas! Dixit Muſa: O Domine, facilè hoc perferam, Agè ergò, dixit Deus, abi ad N. fontem, ibidem te abſconde, atque obſerva potentiam meam, & ſcientiam rerum arcanarum. Abiit igitur Muſa, & cùm abdidiſſet ſe ad fontem, ecce eques accedens de equo deſcendit, ad preces ritè concipiendas ſe abluit, precatur, bibit, Zonámque ſuam, in qua mille erant denarii, ad fontem oblitus,*

Liber 1. de orig. Muh.

tus,recedit. Interim puerulus potatum venit,Zonámque repertam aufert,atque diſcedit. Succedit ſenex quidam,cæcus, qui & ipſe bibit,ſéque ad precandum purificat. Interea eques, Zonæ ſuæ recordatus revertitur eam quæſitum: offendit autem ſenem illum cæcum,cui adhærens dixit: Hic loci reliqui Zonam, in qua mille denarii, neque,præter te,quiſquam huc venit. Reſpondit cæcus: Vides utique,me virum eſſe utroque oculo orbatum,qua igitur ratione zonam tuam vel oculis uſurpare potuiſſem? Et ſuccenſuit illi eques propter hoc dictum, cúmque,ſtricto gladio percuſſit,&,inſpectante Moſe,occidit. Cúmque excuteret eum & ſcrutaretur, nihil planè penes ipſum invenit. Tunc Muſa dixit: O Deus & Domine mi,patientia incipit deficere! Tu,qui juſtus es Rex,notum mihi fac, quomodo res ſe habent. Et deſcendit Gabriel,ſuper quo ſit pax,qui dixit: Salutem tibi nuntiat Deus,aítque,ſe ſcientem eſſe rerum abſconditarum & ſecretarum; puerum autem illum parvum,qui zonam abſtulit,accepiſſe ſuam ipſius portionem & poſſeſſionem: Equitem enim has ipſas facultates patri pueri rapuiſſe; cæcum verò patrem equitis interfeciſſe, quod ab illo jam requiſivit. Atque ſic cuique jus ſuum ceſſit. Muſa ergo,rogatâ à Deo veniâ,pœnitentiâ ductus abiit. Voluit nempe hac χρείᾳ (ſaltem hic ejus ſcopus fuit,cætera examinare jam nihil attinet) *Keſſæus* Deum in omnibus ſuis operibus juſtiſſimum eſſe,etiam tum,cùm ratio humana arcanos & abditos Providentiæ divinæ meatus non aſſequitur.

3. Beidavi. His accedit *Beidavi*,qui & ipſe tum ex ſacris literis,tum ex Scholis Judæorum multa de Moſe mutuata commentariis ſuis inſeruit. Moſi alicubi inter reliquos Prophetas palmam defert,quòd ſolus ille cum Deo immediatè ſit locutus وانه منتهي مراتب الوحي *qui ſupremus ſit inſpirationis Propheticæ gradus.* Vide quæ diximus in *Theſauro Philol* p.575. Idem,

Idem, Legem Arabicè فرقان *Phurkan*, dici ſcribit, لانه تفرق بين الحق والباطل او بين الكفر والايمان *Propterea quòd diſcriminet verum à falſo: aut infidelitatem à fide*. Moſen à forma exteriori deſcripturus, ait, fuiſſe شديد الادمة *rufum valde*, quod ipſum etiam refert *Rodericus Ximenez* Archiepiſc. Toletan: Hiſt. Arab. c. 5. Sic, quando Muhammed in Alcorano, de miraculis Moſis verba facturus, inquit فلقد اتينا بتسع ايات *Acceſſimus ad Moſen cum novem ſignis*, Beidavi ſigna illa ordine explicat: العصا واليد والجراد والقمل والضفادع والدم وانفجار الما من الحجر وانفلاق البحر ونتق الطور علي بني اسرايل 1. *Baculus*, mutatio baculi in ſerpentem. 2. *Manus*, quæ, jam jam ſana, leprâ affecta eſt, paulò pòſt verò reſtituta. 3. *Locuſtæ*. 4. *Pediculi*. 5. *Ranæ*. 6. *Sanguis*, ſanguinis mutatio in aquam. 7. *Productio aquæ ex petra*. 8. *Diviſio maris*. 9. *Translatio montis* (Sinai, Judaica eſt fabula, de qua aliâs) *ſuper filios Iſraël*. Sed pergendum eſt ad cæteros.

Liber 1. de orig. Muh.

هارون *Harun*, id eſt, *Aharon*) Aharonis Muhammed in Alcorano tum ferè meminit, cùm Pharaonis hiſtoriam pertexit. In hoc uno autem Aharone Muhammedani ita ineptiunt, ut ſi vel maximè alibi loquerentur verum, omnis tamen illorum propter tam enormia mendacia periclitaretur fides, juxta illud: עונש של בראי אם אומר ודאי אינו כראי id eſt, *Pœna mendacis eſt, ut ſi dicat verum, ne tunc quidem ſufficiens ſit*, cui adhibeatur fides. Videamus ergò Corybantæ offucias. *Sur*. XIX. pag. 174. fingit vitulum aureum (*Exodi* XXXII.) conflatum eſſe à Samari quodam, (id eſt, Micha, de quo *Judic*. cap. XVII. ſic fatente ipſo *Ahmed Ibn-Edris, Sanhagio*, libr. de

Aharon.

Liber 1. de orig. Muh.

quæſit.& reſp.de Relig. p.98.)cui Aharonem facit *σύγχρονον*, quod cum veritate Sacræ Scripturæ conciliari nullo modo poteſt. Cur verò سامري potiùs, quàm vel Aharonis,vel aliò quocunque nomine appellare voluerit Muhammed Iſraëlitam hunc *μοσχοποιοῦντα*,diximus in *Exercit. Anti-Morin.*p.27.

Malè dicitur frater Mariæ θεοτόκου.

Quid? quòd ipſum hunc Aharonem fratrem faciant Mariæ θεοτόκου,quos tamen multorum ſeculorum intercapedo diſcernit? Nempe,ſoror Moſis & Aharonis,Beatæ virgini *συνώνυμος*,cum hac ipſa,ut Pſeudo-prophetæ mendacia eò luculentiùs in apricum producerentur, confundenda erat! Ita enim alicubi legitur وكان هارون اخيها من ابيها وكان من اخيار بني اسرايل *Fuit autem Aharon frater ejus* (Mariæ θεοτόκου) *ὁμοπάτριος ex ſelectioribus filiorum Iſraël.* Cave verò exiſtimes, Muhammedem hîc ceſpitâſſe, ſinéque cauſa Aharaonem fratrem θεοτόκου appellâſſe. Non hujus tantùm,ſed & Miriam, ſororis Moſis,fratrem, imò اربعون الف يسمون هرون *quadraginta millia reperias,qui Aharones nuncupantur*. Sed,de mendaciſſimis his antilogiis, plura dicemus infrà. Propiùs ad veritatem accedit *Keſſaus*, quando p.93.ex mente Moſis,ſcribit: واجعل لي وزيرا من اهلي هارون اخي يعني عونا في الرسالة اشد به ازري يعني اسند به ظهري واشركه في امري يعني في النبوة والرسالة * id eſt, *Adjunge mihi conſiliarium è populo meo, Aharaonem fratrem meum,*id eſt,*qui auxilio mihi ſit in legatione. In quo confirmem zonam meam,id eſt,cui innitar dorſo meo: Quo cum communicem negotium meum,*id eſt, *Prophetiam & Apoſtolatum.*

الناس

الياس *Elias*) Et hujus Prophetæ originem Muhamme- Liber 1. de orig. Muh.
dani cum ignariſſimis juxtà ignorant. *Beidavi* in comment.
pag.m.193. الياس قيل هو ادريس جد نوح وقيل هو
من اسباط هرون اخى موسي *Eliam dicunt eſſe Edris*,
avum Noachi: Alii volunt eſſe ex tribubus Aharonis, fratris
Moſis. Aliâs eundem الخضر Aειθαλῆ appellant. *Patricides* *Ob vitam longævam vocatur Alchoder.*
Pat.Alexand.pag.31. وبعد وفاة يوشع ابن نون دبر في
الشعب فنحاس الكاهن ابن العازر ابن هرون
وكان كاهنا خمسة وعشرين سنة واليهود يزعمون
ان فنحاس الكاهن هذا هو ايليا النبي الذي
يسمونه العرب الخضر * id eſt, *Poſt obitum Joſuæ, filii Nun,*
duxit populum Phinhas ſacerdos, filius Eliezer, filii Harun.
Fuitque ſacerdos annos 25. Putant autem Judæi hunc Phin-
haſum ſacerdotem eſſe Eliam Prophetam, quem Arabes Al-
choder *appellant*: Et p.54. وايليا وهو الخضر *Elias, qui eſt*
Alchoder. Traditionem Judaicam, cujus obiter meminit Patri- *Rabbini eum cum Phinhas confundunt.*
cides, in Rabbinorum ſcriptis ubique habemus obviam. *Ral-*
bag. in append. lib.1. Reg. S.27. ומזה נתישרנו להאמין שפנחס
הוא אליהו *Atque hinc credere docemur, quòd Phinhas ſit E-*
lias. Quod ipſum tamen multi Rabbini rejiciunt. R.*D.Gans*
in Zem. David pag.13. ועוד שאמרו פנחס הוא אליה כבר כתבו
התוספות במציעא פרק המקבל ומביאו ביוחסין דף י״א שיש מחלוקת
בדבר אם פנחס הוא אליהו וכאשר תעיין בב״ר פרשה ע״א תראה
שאין דרך לנטות לומר שאליה הוא פנחס *Quòd verò dicunt* *Alii tamen negant.*
Phinhaſum eſſe Eliam, id ipſum jam ſcripſerunt in Toſephoth,
in

Liber 1. de orig. Muh.

in Mezia,capite המקבל: *Quod etiam adducitur in Juchaſin* pag. 11. *ubi apparet,quòd adhuc ſit controverſum an Phinhas fuerit Elias: &,cùm attenderis in Bereſchith Rabba ſectione* 71. *videbis,non eſſe viam inclinandi,quaſi Elia eſſet Phinhas.* Porrò,de Elia in Alcorano quædam Muhammed commemorat,quæ planè ſunt *πονηρȣ͂ κόμματος*, & ex hac ipſa Judæorum traditione emendicata. Nam *Suratâ* XVIII. p. 165. Elias non tantùm coætaneus eſt Moſis,ſed adeò ineptus fabulator introducitur,ut dramata iſta vel recitare tædeat. Occaſionem tantùm fabulæ ex Beidavi promemus. روي أن موسى خطب الناموس بعد هلاك القبط ودخوله مصر خطبه بلغة فاعجبها وقيل له هل تعلم احد اعلم منك فقال لا فاوحي الله اليه بل عبدنا الخضر وهو بمجمع البحرين *Ferunt, Moſen, de Lege, poſtquam periiſſent Koptitæ, & ille Aegyptum eſſet ingreſſus, oratione tam polita perorâſſe, ut de ea etiam gloriatus ſit. Cúmque diceretur ei: Neminémne ſe peritiorem nôſſet? Reſpondiſſe, non. Tunc Deum illi inſpirâſſe: Imò ſervus meus, Alchoder* (id eſt,ut pag. 509. habetur, *Elias*) *qui duo maria congregat. Cúmque verò Moſes Deum rogâſſet,ubi nam Elias ille,ſeu Alchoder deliteſceret?* reſpondit: على الساحل عند الصخرة *ſub ripa apud petram. Sed* كيف لي به *quomodo inveniam eum?* Reſpondit Deus: تاخذ حوتا في مكتل فحيث فقدته فهو هناك *Piſcem accipies in ſportula, & ubi non ampliùs ille apparuerit, ibidem Eliam offendes.* Moſen ergò cum Joſua, hoc Dei conſilium ſecutum,tandem Eliæ, ductu piſcis, compotem eſſe factum. Longum nimis eſſet, & tædioſum, ipſam illam

Fabula de Elia, Moſe & Joſua.

ex

ex Alcorano nunc de Moſe, Joſua & Elia narrare fabulam. Turpis cumprimis eſt ἀνιςορησία, quòd *Beidavi* p. 507. aſſerit: *Liber 1. de orig. Muh.*

وكان الخضر في ايام افريدون وبقى الى ايام موسى *

Extitit Alchoder (Elias) *in diebus Aphridun, & ſuperſtes manſit ad tempora Muſa.* Quid ineptius, aut literis ſacris inconvenientius dici potuiſſet, vel fingi? Aphridun, juxta *Elmac.* Hiſt. p. 31. συνηλικιώτης fuit Therachi, Rex Barbarorum, qui anno ætatis 140. mortuus eſt, referente eodem *Elmac.* p. 37. Alii tamen aliter de eo ſenſerunt. قال وكان افريدون *Arabes in vita Eliæ turpiter hallucinantur.* *Aphridun quis.*

اولا من اكابر الفارس وكان له اشتغال كبير بعلم

* النجامة *Dicunt, Aphridun hunc fuiſſe ex primis Perſarum magnatibus, multum occupatum in Aſtronomia.* Atqui hujus jam ætate Eliam vixiſſe & Moſis tempora tantúm aſſecutum eſſe, quis vel cogitare auſit? Poſterior longè eſt magnus ille zelotes, ævo Moſis. Hinc verò videmus, quàm fertilis ſit errorum ager. Noverant Muhammedani, traditionem Rabbinicam de Pinchaſo μακροβίῳ. Eam illi arripiunt, ſed, mutatâ perſonâ, ad Eliam terminativè referunt, quem proinde *Alchoder* appellant. Ne verò cum Judæis facere viderentur, longam lucis uſuram oſtendunt in Elia quidem, ſed ipſo Abrahamo priore. Ergò, utut primam hujus Epitheti nomenclaturam Arabes acceptam ferre debeant Talmudiſtis, ſuſpicionem tamen mutuatæ operæ declinaturi, varias, inſulſas & perplexas comminiſcuntur ἀνιςορησίας.

نبى *Propheta*) Unde *Sur.* XX. quæ Catalogus eſt الانبيا *Prophetarum*, etiam ذا الكفل *Dalcifel*, id eſt, Elias, ponitur. Vide ſuprà p. 39. Huc pertinet illa diſputatio, quâ cum Baaliſtis de veritate religionis certavit. Eam verbis Alkorani *Sur.* *Elias Propheta.*

Liber 1. de orig. Muh.

XXXVI. pag. 252. ſic exprimemus: وان الياس لمن المرسلين اذ قال لقومه الا تتقون اتدعون بعلا وتذرون احسن الخالقين الله ربكم ورب ابايكم الاولين * id eſt, *Vtique Elias etiam eſt ex legatis. Quando dixit populo ſuo: Annon timebitis? An invocabitis Baalum, & deſeretis optimum creatorem? Deus eſt Deus veſter, & Deus majorum veſtrorum.* Ubi annotat *Beidavi*, بعل اسم الصنم *Baal nomen eſſe Idoli.*

Iaſin quis ſit, ignorant Muhammedani

ياسين *Iaſin)* Eliæ collateralis eſt *Jaſin*, cujus etiam meminit Muhammed in Alkorano p. 252. سلام على ال ياسين *Pax ſit ſuper familiam Jaſin.* Quid verò hoc nominis? Monſtrum eſt, & portentum. *Beidavi* multas conſcripſit conjecturas, quarum vel optima riſum meretur Sardonium فيكون ياسين ابو الياس او محمد عليه السلام او القران او غيره من كتب الله * *Eſt autem*, inquit, *Jaſin, pater Eliæ, aut Muhammedis, ſuper q. p. Aut Alkoranus, aut alius quidam liber divinus.* Anne vel pueris noſtris ſic impunè jocari liceret in rebus ſeriis, quantum ſeditioſus ille impoſtor ſibi indulget in rebus ſacris? Ut numerum Prophetarum augeant, uni ſæpe tria, aut duo imponunt nomina ſignificatione ita diverſa, ut Jovem lapidem Muhammedanus aliquis jurârit, δὶς διὰ πασῶν differre. In ipſa hac Genealogia, qui ſuprà

Dilceſel.

ذي الكفل *Dilceſel* dicebatur, paulò pòſt *Elia* nomen ſortitur. Sic Eliſæus, qui per Metatheſin *Eliaſin* (nam qui eum Interprete Genealogiæ *Eſajam* intelligi volunt, errant) hîc nuncupatur, *Eliſeb* poſteà ſcribitur. Eſſe autem hunc *Jaſin* (ال

(ال enim Arabes; ſed ineptiſſimè, vel pro articulo ſumunt, vel pro nomine *familiam* ſignificante) ipſum *Eliſæum*, dubitare nos non ſinit locorum in Alkorano collatio. Nam, quem Muhammed, loco citato, nomine *Aliaſin*, Eliæ ſubjicit, alibi اليسع *Eliſah* (quem Beidavi filium Achtob p. 139. appellat) vocatur. Occurrit locus *Sur.* VI. de Beſtiis pag. 79. Liber 1. de orig. Muh.

وتلك
حجتنا اتيناها ابراهيم علي قومه نرفع درجات من نشا
ان ربك حكيم عليم ووهبنا له اسحاق ويعقوب
كلا هدينا ونوحا هدينا من قبل ومن دريته داود
وسليمان وايوب ويوسف وموسي وهارون وكذلك
نجزو المحسنين وزكريا ويحيا وعيسي والياس
كل من الصالحين واسماعيل واليسع ويونس ولوطا
وكلا فضلنا على العالمين * id eſt, *Atque hæc eſt diſceptatio noſtra, quam attulimus Abrahamo contra populum ſuum: Extollimus enim gradus ejus, cujuſcunque volumus. Nam Dominus tuus ſapiens eſt & ſciens. Et dedimus ei Iſaacum & Jacobum, quos omnes direximus: Direximus etiam ante eum Noachum, & qui erant ex familia ejus: Davidem & Solomonem, & Jobum, & Joſephum, & Moſen, & Aharonem: ita enim remuneramus benefactores. Et Zachariam, & Johannem, & Jeſum, & Eliam, qui omnes ſunt ex proſperè agentibus. Et Iſmaëlem, & Eliſæum, & Jonam, & Lotum, quos omnes reliquis creaturis prætulimus.*

فنحاص *Phinhas*) Filius Eliezer, ſacerdos, de quo ſuprà p. 88. Phinhas

عبراد *Ibrad*) Nominis hujus explicatio בתיקן, ut Hebræi Ibrad.

 loqui

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Mulſ. loqui ſolent, id eſt, *in theca ſua* manet. Altum enim ejus in Orientalium ſcriptis ſilentium, niſi legendum velis עירד ex *Gen.* IV. v. 17.

Samuel. اسمويل *Eſmuil*, id eſt, Samuel) Majori loco Samuelem Arabes habent, quàm Samaritani. Illi enim pleraſque non tantùm ejus hiſtorias, interpolatas tamen & malè truncatas, legunt in Alkorano; ſed & eundem in Prophetis collocant. Hi verò convitiis adhuc & criminationibus cum impiis laceſſunt. Hinc in Chronico Samaritano: وكان شامول من سبط هرون اللبواني السحر والكفر *Fuit autem Samuel è tribu Aharonis Levita, Magus & infidelis.*

Eliſæus. اليسع *Eliſæus*) De hoc paulò antè, in يسين, actum.

Eſra. عزير *Ozair*, id eſt, Esdra) Multa de hoc Eſra Arabum monumenta commemorant. Specimen dedimus in *Theſauro Phil.* p. 113, 114. quo proinde lectorem rejicimus.

Daniel. دانيال *Daniel*) Non memini, vel in Alkorano nomen ejus extare, vel in Keſſæo. *Ahmed Ibn-Idris* tamen multa ex eo citat teſtimonia, pro aſſerenda Muhammedis prophetia. Melius nos, σὺν Θεῷ, ex eodem paulò infrà probabimus, Muhammedem eſſe Antichriſtum Orientalem.

David. داود *David*) Huic Davidi quantum Muhammedani tribuant tum ex Alkorano, tum ex aliis Arabum ſcriptis colligere poſſumus.

Muhammed in *Alkorano* Surat. XXXVII. p. 254. vocat Davidem *Servum Dei*: واذكر عبدنا داود ذي الايد انه اواب id eſt, *Commemora ſervum noſtrum Davidem, virum ſuffultum robore: is utique convertens eſt*, nempe الي مرضاة

مرضاة الله *ad voluntatem Dei,* cui totum ſe committit, ut *Beidavi* explicat. Pergit deinde in Davidis προσωποποιΐα, ſed more ſuo. Quæcunque enim in Pſalmis dicuntur vel per Apoſtrophen, vel aliam aliquam Figuram Rhetoricam, ea propriè Hiſtrio Arabibus ſuis explicat. Unde iterum malitiam ſuam cum magna quadam judicii ἀῤῥωςίᾳ prodit. Verbi gratiâ: Aliquoties divinus Pſaltes ad laudem Dei excitat creaturas irrationales: quin etiam Pſal. XIX. *Cæli dicuntur enarrare gloriam Dei*: Pſal. CXIV. v. 4. *Montes arietum inſtar ſubſiliiſſe,* quæ omnia non propriè intelligenda eſſe, ſed impropriè, communi rationis uſu diſcimus. At Muhammed ita hæc interpretatur: انا سخرنا الجبال معه يسبحن بالعشي والاشراق والطير محشورة كل له اواب * id eſt, *Utique coëgimus,* vel, *in obſequium ei flexímus montes, qui cum eo laudent veſperi & mane* (prop. *ad ortum ſolis,* quo nomine *Beidavi* preces illas, quas صلوة الضحي appellant, intelligit) *Congregantur etiam ad eum aves. Omnia hæc ei devotè obſequuntur.* Unde *Keſſæus* p. 99. وكان داود اذا سبح سبحت معه الجبال والطيور والوحوش *Fuit autem, ut, cùm David laudes Dei decantaret, idem cum eo facerent montes, aves & feræ.* In eadem etiam *Suratâ* ἴχνη ἐξ/mλα habes colloquii Nathanis cum Davide. Inſeram illa, ut porrò videas, hoc unum Muhammedi curæ fuiſſe, ut ſcripturas corrumperet, & fabulis orbem faſcinaret. وهل اتيك نبو الخصم اذ تسوروا المحراب اذ دخلوا علي داوود ففزع منهم قالوا لا تخف خصمان بغي بعضنا علي بعض

Liber 1. de orig. Muh.

Hiſtoria Nathanis & Davidis.

Liber 1. de orig. Muh.

بعض فاحكم بيننا بالحق ولا تشطط واهدنا الي سوا
الصراط ان هذا اخي له تسع وتسعون نعجة ولي نعجة
واحدة وقال اكفلنيها وعزني في الخطاب قال لقد
ظلمك بسوال نعجتك الي نعاجه وان كثيرا من
الخلطا ليبغي بعضهم علي بعض الا الذين امنوا
وعملوا الصالحات وقليل ما هم وظن داوود انما فتناه
فاستغفر ربه وخر راكعا واناب وغفرنا له ذلك * id eſt,

Nónne ad te pervenit hiſtoria diſceptationis: quando conſcenderunt murum (*cœnaculi* nempe, ut Beidavi explicat; & addit: تسور عليه الملايكة علي صور انسان في يوم خلوه *aſcenderunt per murum ad eum Angeli in forma hominum die quodam, cùm ſolus eſſet*) *Cúmque ad Davidem eſſent ingreſſi, expavit eos. Illi verò dixerunt: Ne timeas litigantes. Injuriâ alter alterum affecit: Tu judica inter nos in veritate, neque declina: ſed dirige nos in media via. Ecce hic frater meus habet nonaginta novem oves, ego verò oviculam* poſſideo *unicam: dixitque ad me: Tu mihi eam tradito alendam* (eſt hæc propria verbi Arabici ſignificatio, aliâs, ex mente *Beidavi* etiam verti poteſt: *Da mihi eam poſſidendam; concede mihi in portionem meam*) *Atque ſic diſputando me vicit. Dixit David: utique injurioſè tecum egit poſtulando abs te oviculam tuam ad oves ſuas. Multi enim conſortes, aliis invident. Eorum verò, qui credant & bona opera faciant, pauci ſunt. Et exiſtimavit David, nos eum tentâſſe: Et veniam rogavit Dominum ſuum, & incurvavit ſe, & reverſus eſt,* nempe, juxta Beidavi الي الله بالتوبة *ad Deum in reſipiſcentia.*

tia. Quis non videt, ſtercora Muhammedem quæſiviſſe in margaritis? Et Hiſtorias ſacras tam perſpicuas, tam claras divini ſtyli tam plenas, in ineptiſſimas fabulas transformâſſe? Quis hinc, niſi ex tribus tantùm aut quatuor verbis, colligat, voluiſſe Muhammedem Uriæ hiſtoriam recenſere? Hanc tamen ejus mentem fuiſſe non Chriſtiani tantùm & Judæi non ambigunt, ſed ne Muhammedani quidem. *Beidavi* enim in commentariis p.m. 746. meliùs longè, & S. Scripturæ convenientiùs totam hujus Dramatis occaſionem enarrat. Liber 1. de orig. Muh.

Porrò, lapſus Davidis geminus non ex *Alkorano* tantùm, ſed etiam *Keſſao* Muhammedans innotuit. Unde p. 100. colloquium, Davidem inter & Angelum mortis tale legimus: وقال داوود يا ملك الموت بكيت كثيرا على دنبي ومعصيتي وهل ينفعني بكاي قال نعم يا داوود الم تسمع ان كل دمعه جرت من عين مذنب تايب كانت في مزانه اعظم من الدنيا وما فيها * idest, *Dixit David: O Angele mortis multum flevi, propter peccatum meum, & inobedientiam meam, nihílne me juvent lachryma mea? Reſpondit, omnino, O David. Nónne audiviſti, omnem lachrymam fluentem ex oculo peccatoris pœnitentis pondere ſuo graviorem eſſe mundo, & quæ in eo ſunt?* Quæ de מגן דוד *Clypeo Davidis* dici poſſent, fusè perſequutus eſt Cl. *Schikhard.* in Taar. ſuo, p. 54. & deinceps.

نبي *Propheta*) Refertur David à Muhammedanis inter Prophetas majores, quorum hic ordo: 1. *Moſes*, qui accepit التورية *legem*: 2. *David* cui traditi الزبور *Pſalmi*. 3. *Iſa*, qui author الانجيل *Evangelii*: 4. *Muhammed*, à quo القران *Alkoranus*. Prophetiæ hujus meminit Beidavi ad verba Al- De Prophetia Davidis.

korani

Liber 1. de orig. Muh. بعض فاحكم بيننا بالحق ولا تشطط واهدنا الي سوا الصراط ان هذا اخي له تسع وتسعون نعجة ولي نعجة واحدة وقال اكفلنيها وعزني في الخطاب قال لقد ظلمك بسوال نعجتك الي نعاجه وان كثيرا من الخلطا ليبغي بعضهم علي بعض الا الذين امنوا وعلموا الصالحات وقليل ما هم وظن داوود انما فتناه فاستغفر ربه وخر راكعا واناب وغفرنا له ذلك * id eſt, *Nónne ad te pervenit hiſtoria diſceptationis: quando conſcenderunt murum(cœnaculi* nempe,ut Beidavi explicat; & addit: تسور عليه الملايكة علي صور انسان في يوم خلوه *aſcenderunt per murum ad eum Angeli in forma hominum die quodam,cùm ſolus eſſet) Cúmque ad Davidem eſſent ingreſſi,expavit eos. Illi verò dixerunt: Ne timeas litigantes. Injuriâ alter alterum affecit: Tu judica inter nos in veritate, neque declina: ſed dirige nos in media via. Ecce hic frater meus habet nonaginta novem oves,ego verò oviculam* poſſideo *unicam: dixitque ad me: Tu mihi eam tradito alendam* (eſt hæc propria verbi Arabici ſignificatio,aliâs,ex mente *Beidavi* etiam verti poteſt: *Da mihi eam poſſidendam; concede mihi in portionem meam) Atque ſic diſputando me vicit. Dixit David: utique injurioſè tecum egit poſtulando abs te oviculam tuam ad oves ſuas. Multi enim conſortes,aliis invident. Eorum verò,qui credant & bona opera faciant,pauci ſunt. Et exiſtimavit David,nos eum tentâſſe: Et veniam rogavit Dominum ſuum, & incurvavit ſe, & reverſus eſt,* nempe, juxta Beidavi الي الله بالتوبة *ad Deum in reſipiſcentia.*

tia. Quis non videt, ſtercora Muhammedem quæſiviſſe in margaritis? Et Hiſtorias ſacras tam perſpicuas, tam claras divini ſtyli tam plenas, in ineptiſſimas fabulas transformâſſe? Quis hinc, niſi ex tribus tantùm aut quatuor verbis, colligat, voluiſſe Muhammedem Uriæ hiſtoriam recenſere? Hanc tamen ejus mentem fuiſſe non Chriſtiani tantùm & Judæi non ambigunt, ſed ne Muhammedani quidem. *Beidavi* enim in commentariis p.m.746. meliùs longè, & S. Scripturæ convenientiùs totam hujus Dramatis occaſionem enarrat. Liber 1. de orig. Muh.

Porrò, lapſus Davidis geminus non ex *Alkoranô* tantùm, ſed etiam *Keſſæo* Muhammedans innotuit. Unde p. 100. colloquium, Davidem inter & Angelum mortis tale legimus:

وقال داوود يا ملك الموت بكيت كثيرا على دنبي ومعصيتي وهل ينفعني بكاي قال نعم يا داوود الم تسمع ان كل دمعه جرت من عين مدنب تايب كانت في مزانه اعظم من الدنيا وما فيها * ideſt,

Dixit David: O Angele mortis multum flevi, propter peccatum meum, & inobedientiam meam, nihílne me juvent lachrymæ meæ? Reſpondit, omnino, O David. Nónne audiviſti, omnem lachrymam fluentem ex oculo peccatoris pœnitentis pondere ſuo graviorem eſſe mundo, & quæ in eo ſunt? Quæ de מגן דוד *Clypeo Davidis* dici poſſent, fusè perſequutus eſt Cl. *Schikbard.* in Taar. ſuo, p. 54. & deinceps.

نبي *Propheta*) Refertur David à Muhammedanis inter Prophetas majores, quorum hic ordo: 1. *Moſes*, qui accepit التورية *legem*: 2. *David* cui traditi الزبور *Pſalmi*. 3. *Iſa*, qui author الانجيل *Evangelii*: 4. *Muhammed*, à quo القران *Alkoranus*. Prophetiæ hujus meminit Beidavi ad verba Al- De Prophetia Davidis.

korani

Liber 1. de orig. Muh.

korani جعلناك خليفة *Poſuimus te ſucceſſorem*,ſcil.Prophetarum,qui ante te in veritate extiterunt. *Keſſæus* ſcribit pag.50. tantam eſſe hujus Prophetæ dignitatem,ut jam inde ab ipſis mundi incunabulis cæteris palmam præripuiſſe videatur. Cùm enim Adamus omnium aliquando poſt ſe futurorum videret Prophetarum conditionem,reliquis omnibus antecellere obſervavit Davidem , utpote cujus ſplendor عم الارض والسما *impleverit* ſeu *contexerit terram & cælum.* Cúmque ex Deo cognoviſſet,hunc Davidem eſſe,dixit Adamus : يا رب كم قسمت له من العمر قال له ستين سنة وقال ادم وانا يا رب كم قسمت لي فقال الف سنة فقال ادم يا رب قد وهبت لولدي داود من عمري اربعين سنة حتي تعده ماية فقال الله له يا ادم اتفعل ذلك قال نعم يا رب * id eſt, *O Domine,quantam ei conceſſiſti ætatem? Dixit ei: Sexaginta annos. Regeſſit Adam: Mihi verò quantam aſſignâſti ætatem? Et reſpondit: Annos mille. Dixit Adam: O Domine: Concede filio meo Davidi de ætate mea annos quadraginta,ut ei numeres centum. Dixit ei Deus: O Adam! facies ne hoc? Reſpondit Adam: Ita Domine.* Sed addit Keſſæus: *Adamum pactum hoc noluiſſe habere ratum. Cùm enim*, ſcribit, *morti jam vicinus eſſet,nec dum tamen ætatis annum milleſimum attigiſſet,noluit Angelo mortis ſuos ſubmittere faſces,ſed; immemor fœderis cum Deo initi; in quo annos quadraginta de vitæ ſuæ termino Davidi eſt admenſus,regeſſit,ſe nondum præſcriptum mille annorum curſum confeciſſe.* Fabula quidem eſt,ex cujus tamen ἐπιμυθίῳ haud obſcurè colligimus,quanti Davidem fecerint, faciántque Muhammedani.

Huc

Digitized by Google

Huc accedit, quòd, quemadmodum Judæis pariter & Chriſtianis, non Prophetæ tantùm, ſed & Regis axiomate inſignis erat: ita hanc quoque Hiſtoriæ ſacræ partem Muhammed ab iiſdem mutuârit. Unde *Sur.* XXXVII. pag. 254. Liber 1. de orig. Muh. *David Rex.*

وشددنا ملكه *Et firmavimus regnum ejus*, terrore videlicet, auxilio & copioſo exercitu, ut *Beidavi* explicat. Et *pag ſeq.* انا جعلناك خليفة في الارض *Nos poſuimus te ſucceſſorem* (ſignificat autem vox Arabica κατ' ἐξοχὴν *Succeſſorem regni*: unde Imperatores Muſlimici abſolutè *Chalifæ* dicuntur) *in terra.* Intelligunt alii munus Propheticum, hoc loco: alii tamen pro regno accipiunt. Unde *Beidavi* verba illa ſic explicat: استخلفناك على الملك *Succeſſorem te conſtituimus ſuper regnum.*

سليمان *Solaiman*, id eſt, Schelomah) Pauciſſima ſunt in ſcriptis Arabum de Solomone, quæ non vel aniles redoleant fabulas, vel Judaica commenta, iis proinde recenſendis ſuperſederemus, niſi quorundam impudens planè audacia ſpecimen ſaltem ſubjicere ſuaderet. Unâ igitur fideliâ duos dealbabimus parietes. *Primò* corniculam illam Æſopicam, Alkoranum, ita pergemus tractare, ut deformem illam eſſe, & prorſus deplumem, ubi ſuas quæque avis pulmas receperit, nemo non videat. Quod fiet, ubi conſtiterit, raró vel apicem inveniri in univerſo Alkorano, quem magnus ille veterator aliunde non emendicârit. Quæ certiſſima eſt, & ſolidiſſima impugnandi Alkorani ratio. *Deinde* verò, ex hac ipſa tractatione diſcent in ſe deſcendere, οἱ ἐξ ἐναντίας Pontificii. Habuit enim curia Romana viros, habétque etiamnum, qui, ruptis Chriſtianæ pietatis repagulis, ſcribere non ſunt veriti: *Teſtimonium Scripturæ de ſe ipſa, quòd ſit divina, non plus valere, quàm ſi Alkoranus Mahumeti de ſe ipſo teſtetur, quòd miſſus ſit à Deo è* *Solomon.*

N *cælo.*

Liber 1. de orig. Muh.

cælo. Bellarminus, purpuratus ille Jeſuita, Eccleſiæ Romanæ cardo, cui verba hæc *ἀθεόλογα* exciderunt, vidit unquam Alkoranum, & tam præclarè de illo ſentit, indignus certè eſt, quem vel mea, vel cujusquam notet cenſura! Si verò is, litigandi tantùm ſtudio abreptus, textum Alkorani nunquam inſpexit, aut de eo, ex Latina tantùm translatione veteri, judicium ejusmodi tulit, faciemus jam, *σὺν θεῷ*, ut ſaltem aſſeclæ ejus, vel ex una Solomonis hiſtoria, Alkorani nugas videant, atque adeò teſtimonium Scripturæ cum Alkorani teſtimonio conferre ceſſent.

Fabula de morte Solomonis 1. ex Alcorano.

Quid ſucci, quid Majeſtatis divinæ habet commentitia illa & planè impia de Solomone fabella, quam Muhammed de morte ejus *Surat*. XXXIII. pag. 239. recenſet: كلما قضينا عليه الموت ما دلهم علي موته الا دابة الارض تاكل منساته فلما خر تبينت الجن ان لو كانوا يعلمون الغيب ما لبثوا في العذاب المبين * id eſt, *Cúmque decreviſſemus ei mortem, non indicavit eis* (Dæmonibus) *mortem ejus, niſi beſtiola terræ, quæ baculum illius* (aut *verticem baculi*, eſt enim vox hæc obſcura, utroque tamen modo à Beidavi reddita) *arroſit. Cúmque concidiſſet* (Solomon) *innotuit Dæmonibus. Quòd ſi verò hæc arcana ignorâſſent, non manerent in dolore manifeſto*. اضغاث الاحلام *Confuſio ſomniorum!* Inquiebat Pharao; cùm viſionum ſuarum peteret explicationem; ipſis Alkorani verbis. Et nobis quoque, eleganti ſervatâ paronomaſiâ exclamare licet: اضغاث الكلام *Confuſio verborum!* Quis enim Oedipus hoc nobis ſolveret ænigma, niſi mutos conſulere liceret fabulæ hujus actores, Arabes? Eja igitur aures arrigamus, & quæ beſtiola diſceſſum Solomonis prodiderit, *Beidavi* verbis percipiamus. Ita ille p. m. 681.

* *Beidavi.*

داوود اسس بيت المقدس في موضع فسطاط 681. Liber 1. de orig. Muh.
موسي عليه السلام فمات قبل تمامه ووصي به
الي سليمان فاستعمل الجن فيه فلم يتم بعد اذ دنا
اجله واعلم به ودعي الله ان يعمي عليهم موته ليتموه
فدعاهم وبنوا عليه صرحا من قوارير ليس له باب فقام
يصلي متكيا على عصاه فقبض روحه وهو متكى
عليها وبقي كذلك حتي اكلها الارضة فخر ثم
ارادوا ان يعرفوا وقت موته ووضعوا الارضة علي العصا
واكلت يوما وليلة مقدارا فحسبوا علي ذلك فوجدوه
* قد مات منذ سنة id eſt, *David fundamentum jecit Aedis Sacræ in loco tentorii Moſis, S.q.p. Moriturus autem, antequam operi coronidem impoſuiſſet, mandavit illud Solomoni, qui Dæmones ad id conduxit. Nonnihil verò operis conſumationi, cùm mors illius inſtaret, deerat, de qua cum certior redderetur, rogavit Deum, ut mortem ſuam* (Dæmones) *celaret, quo ſic opus perficerent. Et vocavit eos, & ædificârunt ſuper eam turrim* (aut ſacellum, juxta *Keſſæum* pag. 101.) *ex alabaſtro, ἄϑυρον. Ipſe verò ſteterat precaturus baculo ſuo innixus, & moritur inclinans ſcipioni ſuo. Ita autem manſit, tam diu, quoad tinea eum* (baculum) *corroſit, atque ſic concidit. Cúmque cognoſcere vellent tempus mortis ipſius, applicuerunt tineam baculo, quæ diu ac noctu rodens penſum confecit, ex quo colligere poterant, ante annum eum mortuum fuiſſe.* Keſſæus paulò planiùs & pleniùs fabulam deſcribit. Refert enim; *Angelum mortis Solomonem rebus ſacris in ſacello* 1. ex Keſſæo.

Liber 1. de orig. Muh. *ſuo vacantem, & Pſalmos legentem compellâſſe, eidémque mortis *horam inſtare ſignificâſſe, animam in cæleſtes ſedes tranſtuliſſe, corpore in terra, baculo ſuo ſuffulto, relicto, ita ut*

لا يميل ولا يتحرك فلما نظروا اليه علي تلك الحالة
قال بعضهم لبعض انه لم يموت وانه حي وهابوا ان
يمسوه فلم يزل كذلك والانس والجن والشياطين
والطيور والسباع في طاعته يعلمون ذلك الي ان
مضت عليه سنه ولما كان بعد السنة وقعت الارضه
اي السوس في العصات فخر سليمان ساقطا
* كالخشب اليابسة id eſt, *Nec recederet, nec ſe moveret. Cúmque eum intuerentur ita conſtitutum, dixerunt* (Dæmones) *alii aliis. Vtique ille non mortuus eſt, ſed vivit: metuerunt autem eum tangere. Neque ceſſârunt homines, Dæmones, Diaboli, aves, feræ ei ſubeſſe, ita nempe perſuaſi; uſque dum præteriit annus, quo elapſo, decidit tinea de baculo, ipſe verò declinans corruit inſtar graminis aridi.* Vides jam unde factum, quòd in ſtructurâ templi nihil fabrilium inſtrumentorum fuerit adhibitum, ut dicitur 1. *Reg.* VI. v. 7. à Dæmonum operæ hoc acceptum ferri debet, ſi Muhammedanis teſtibus ſtandum. Quamvis fortè naſum hîc criſpaturi ſint Rabbini, qui vermiculum nobis oſtendunt, שמיר, cujus virtute vel rupes diſſiliebant & ſaxa, ut *Kimchius* in locum citatum commentatur. Vide *Buxt.* Lex. Tal. pag. 2456. *Schikhard.* Taar. pag. 62. Ejuſdem commatis ſunt, quæ Muhammed alibi de Solomone commemorat: ut cum ei tribuitur notitia & diſtinctio garritus avium, *Alcor.* p. 206. Imperium in ventos *Ib.* Exercitus geminus, hominum & Dæmonum, quæ ex Ju-

Judæorum Kabbala hauſit p.207. Ridicula cumprimis eſt legatio upupæ ad reginam Sabæ. *Ib.* & ſi quæ ſunt alia, ita profectò vanitatis & impietatis plena, ut vel referre pudeat. Videant igitur, qui Chriſtiano nomine gaudent omnes, quâ fronte, quâ mente, quo prætextu eosdem divinitatis characteres oſtendere ſatagunt in commentitia hac Muhammedis Rhapſodia, & in Scriptura Sacra! *Liber 1. de orig. Muh.*

لقمان *Lokman,* vel *Lukman)* Eſt hic planè *παρείσακτος*, quem tamen integrâ *Suratâ* commendat Muhammed, quæ numero eſt XXX. Quis verò fuerit, à Muhammedanis Arabibus difficulter obtinebis. *Muhammed* eum facit Davidi coætaneum. *Beidavi* in comment. pag. 651. refert illum fuiſſe دن ناعورا من اولاد ازد دن اخت ايوب او خالته وعاش حتي ادرك داوود واخذ منه العلم * *Filium Naora, ex filiis Azed, filii ſororis* (nepotis ex ſorore) *Jobi, aut materteræ ejus. Vixiſſe autem ad tempora uſque Davidis, à quo ille ſcientiam didicerit.* *Lukmani.* *Meminerunt a. Arabes Muhammedani.*

Ex *Chriſtianis* Lokmàni hujus meminit *Elmacinus* H. Mſc. p.123. وفي ايامه كان لقمان الحكيم *Diebus ejus* (Joſiæ, Regis Judæ) *fuit Lokman ſapiens.* Author translationis Alkorani veteris, eum *Aluchmen* appellat. *Giggæus* in Theſauro Arabico his ejus mentionem facit verbis: لقمان *Nomen proprium. Fuit porrò Lochman ſapientiâ præditus fabularum non diſſimilis Aeſopo. Fuit etiam alter apud Arabes Propheta loco cultus.* Sive ex Arabicis Scriptoribus hæc habeat *Giggæus*, ſive aliunde, toto cœlo aberrat. Neque enim Lukmanus Propheta fuit, ut vel ipſe *Beidavi* monet, neque duo hoc nomine apud Arabes occurrunt celebres. Qui Genealogiæ noſtræ exemplar ſcripſit, ita de Lukmano ſentit: *b. Chriſtiani.*

 Lukman

Liber 1. de orig. Muh.

Lukman Vlyſſes, Turcis quaſi Aeſopus. Chriſtianus Ravius, ut videre eſt ſuprà p. 19. Lukmanum hunc eſſe vult *Alcmanum*. Fuit autem Alcman poëta Lyricus, Laconicus ſive Meſſenius, qui vixit circa Olympiadem 27. amatorii carminis inventor. Vides quantam conjecturarum ſegetem hiſtrio ille poſteris reliquerit! Nos, ne alii in ſcirpo nodum quærant, aut ſeptem ſapientibus octavum hunc deinceps addant, dicimus ſimpliciter *Lukmanum ipſum eſſe Aeſopum*: Hunc quoque Muhammed Religionis ſuæ ςύλον eſſe voluit. Aſſertionis noſtræ fundamentum oſtendimus 1. in convenientia *Nominis.* 2. *Cognominis.* 3. *Aetatis.* 4. *Scriptorum* & aliorum effectorum utrique communium.

Eſt Aeſopus, quod probatur ex convenientia A. Nominis.

A. *Nomen* Lukmani quod attinet, Arabicum illud eſt, à vocabulo لقم quod *voracitatem* notat. Eſtque formæ عثمان *Othman*. Cur verò Æſopum Muhammed à voracitate Lukmanum appellare voluit? Noverat nempe deſcriptionem Æſopi à vicinis Babyloniis aut Ægyptiis, quibus cum vixit; quæ ex *Maximo planude* talis eſt: καὶ γὰρ φοξὸς ἦν, σιμὸς τὴν ῥῖνα, σιμὸς τὸν τράχηλον, πρόχειλος, μέλας. ὅθεν καὶ τοῦ ὀνόματος ἔτυχε (ταυτὸν γὰρ αἴσωπος τῷ αἰθίοπι) προγάστωρ, βλαισὸς καὶ κυφός. id eſt, *Acuto capite fuit, preſſus naribus, depreſſo collo, prominentibus labris, niger, unde & nomen adeptus eſt (idem enim Aeſopus, quod Aethiops) ventroſus, valgus, & incurvus.* Quin imò, ita venter ejus pinguis fuit, ut cùm venditioni exponeretur à Zena, mercator rogaverit. πόθεν σοὶ ἥδε ἡ χύτρα, πότερον στέλεχός ἐστι δένδρου, ἢ ἄνθρωπος, *Vnde tibi hæc olla? utrum truncus eſt arboris, an homo?* Muhammed igitur facilè conjicens, non eos qui lapſana vivunt, aut πρῶχας στίζονται, ita ventroſos eſſe, Lukmani, id eſt, Helluonis ei commodè nomen imponendum fuit ratus.

B. Cognominis.

B. Sed & *Cognomen* utrique idem eſt. De Æſopo ſcribit *Gellius* lib. II. c. 29. *Aeſopus ille è Phrygia fabulator haud imme-*

Digitized by Google

immeritò ſapiens *æſtimatus eſt*. Unde & de fabulis Æſopi *Appollonius Tyanæus* apud Philoſtratum lib. 5. ait: *Egò verò fabulas Aeſopi* ad ſapientiam *accommodatiores quàm cæterorum eſſe cenſeo*. Quas à Mercurio docet acceptas, Æſopúmque in numero ſapientum habitum. Vide etiam Lect. Antiq. *Lud. Cæl. Rhodig*. l. VIII. cap. 47. & *Rheinhar. Lorich. Hadam.* Scholia in Progym. Aphthon. qui, cum pluribus aliis, conſtanter omnes docent, & dicunt, *ſapientem* habitum fuiſſe Æſopum. Idem de *Lukmano* ſuo ſcribunt Arabes. In *Alkor*. Sur. XXX. لقد اتينا لقمان الحكمة *Attulimus Lukmano Sapientiam*: Beidavi in Comm. expreſsè monet, انه كان حكيما وان لم يكن نبيا, *quòd fuerit ſapiens, non autem Propheta*. Inſcriptio fabularum Lokmani ita habet: امثال لقمان الحكيم *Proverbia Lokmani ſapientis*. Idem Epitheton Lukmano, vel Lokmano, tribuit *Elmacinus*. Liber 1. de orig. Muh.

C. Si utriusque ſpectes *ætatem*, & hic conſenſus nobis ſuffragatur. Nec obſtat, quòd ad ipſa planè Davidis tempora, quibus poſterior fuit, à Muhammede in Alkorano referatur. Diximus enim ſæpe jam, & deinceps repetemus, Muhammedi curæ fuiſſe Hiſtorias, ſacras & profanas, ita interpolare, ut cùm ſemper aliquid inde decerpſerit, nihil tamen prorſus mutaſſe videri voluerit. Hinc eſt, quòd omnes illæ Hiſtoriæ, quarum mentio fit in Alkorano, aut caput amiſerint aut calcem. Aut in perſona error eſt, aut in re ipſa, aut etiam in tempore. Vidimus ſuprà, unum eundémque Eliam, & in prima, & in ſecunda, longè diſſitis, Genealogiæ parte. Nunc Æſopum habemus ex Muhammedis mente Davidi coævum, quo tamen fuit poſterior. Nam, ſi ad *Elmacini* calculum attendamus, vixit *Lukmanus* diebus Joſiæ, Regis Judæ; circa annum Mundi 3338. quod ferè coincidit cum Epocha eorum, qui ſapien- C. Ætatis.

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

pientem illum λογοποιὸν, καὶ τὸν ὁμηρικὸν Θερσίτην τῇ αἰχρότητι τοῦ εἴδους ὑπερβαλλόμενον, Æſopum, floruiſſe volunt, anno Mundi 3356. olymp. verò 46 anno tertio.

D. Collatio. Colloquii Lukmani & Aeſopi ad filium.

D. Huc accedit, quòd νουθεσίας Lukmani, in Alkorano, veſtigia ita ſint luculenta in Æſopo, filium adoptivum, *Ennum*, officii monente, ut ne dubitare quidem deinceps mentem ſubeat, quin Muhammed, in ſcenam hanc & theatrum, Æſopum Lukmani nomine produxerit, & ad ſuum planè propoſitum detorſerit. Verba Æſopi apud *Maxim. Planud.* pag. 81. ad filium ita habent: τέκνον, πρὸ πάντων σέβου τὸ θεῖον· τὸν βασιλέα δὲ τίμα, id eſt, *Fili, ante omnia time Deum: Regem autem honora*. Nónne idem planè eſt cum eo, quod Muhammed de Lukmano p. 227. refert: يا بني لا تشرك بالله *O fili, ne adjunge Deo ſocium*. Retinet hîc impoſtor Æſopi mentem, propiùs tamen ad ſuum ſenſum inflectit: ut perſuaderet auditoribus, idem ſecum ſenſiſſe Lukmanum hunc, qui filium ſuum Deum timere docuerit abſque aſſociatione. *Aſſociatio* autem Muhammedanis eſt Idololatria, quando quis præter verum Deum alios vel ἀποθεώσει, vel nuncupatione Deos ſibi facit, fingit & colit, adeóque Deo ſocium quaſi adjungit. Ita gentes in Alkorano dicuntur المشركون *Aſſociatores*, quia Angelos & homines Deorum loco venerantur: *Judæos* vocant *Aſſociatores*, quòd Eſram illi Numinis inſtar venerentur, adeóque eundem Dei ſocium conſtituant. *Chriſtianos* blaſphemo ore propter dogma Trinitatis *Aſſociatoribus* annumerant: quibus illi opponunt الموحدون *unitatem credentes*. Muhammed ergò, quotieſcunque de Abrahamo, Iſaaco, aliíſque Prophetis loquitur & Patriarchis, hoc maximè iis tribuit, quòd venerati Deum fuerint abſque *Aſſociatione*: quo ita faciliùs idem à ſuis obtineret Koreiſchitis ἀγγελολάτραις. Atque hæc cauſa eſt, *cur non aſſociandi*, quàm *timendi* verbo maluerit uti. Sic & reliqua,

Digitized by Google

qua,quæ in Alkorano,ad ſtabiliendum Islamiſmum,& leges Saracenicas,de ablactandis infantibus,& obſervandis precum viciſſitudinibus, Lukmani verbis proferuntur, ſuppoſititia ſunt,& ipſius Muhammedis ἐκζώματα: propterea ab ipſo,nomine Æſopi vel Lukmani,expreſſa,ut majorem apud ſuos mereretur fidem. Liber 1. de orig. Muh.

E. Ubi porrò ad ipſum deventum fuerit *fabularum examen*,& hîc loci perſpicuè ſe exerit utriusque non tam affinitas, quàm identitas.Fabula cumprimis de *ſene & morte*; *muliere & gallina*; *leone & vulpe*,&c. à Lukmano Arabicè; Æſopo verò Græcè,ſic recitantur,ut,ſi à Dialecti diverſitate diſceſſeris,non ſenſum tantùm habeas eundem, ſed & verba.Quòd ſi verò vel plures,vel aliæ etiam apud Arabes Lukmani legantur fabulæ,quàm apud Græcos Æſopi, Arabum ſolertiæ acceptum ferri debet,qui ut plurimùm in Scriptorum Græcorum translatione ita ſunt verſati,ut de ſuo ſubinde aliquid adjecerint.Unde Tabula *Cebetis* pleniùs hodie Arabicè extat, quàm Græcè. Vide Notas *Cl Salmaſii* in eandem,præfationi præmiſſas. *E. Collatio fabularum Lukmani & Aeſopi.*

F. Neque ἀπροσδιόνυσον erit argumenti loco hoc etiam urgere,Muhammedanos Lukmano huic alia quædam tribuere,quæ ingenio Æſopi optimè conveniunt. Refert *Beidavi* p.652. *F. Et aliarum nonnullarum rerum geſtarum.*

انه امر بان يذبح شاة وياتي باطيب مضغتين
منها فاتي باللسان والقلب ثم بعد ايام امر بان ياتي
باخبث مضغتين منها فاتي بهما ايضا وساله عن ذلك
وقال مهما اطيب شي اذا طابا واخبث شي اذا خبثا *

*Quòd juſſus ſit (*à Davide*) ſacrificare ovem, atque duo optima membra ex ea offerre: obtulit autem linguam & cor. Poſt aliquot dies verò idem offerre fuit juſſus duo peſſima membra: Et eadem obtulit. Cúmque ab eo, hoc nomine, interrogaretur, dixit: Num quid melius eſt his, ſi bona (*ſi officium ſuum ritè

O fa-

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

faciunt) *ſint? aut pejus, ſi mala?* Si exorbitant, & eorum abuſum ſpectes.

Eſt ergò Lukmanus Aeſopus.

Satis perſpicuè à nobis probatum eſſe puto, ſub Lukmani, viri pii & religioſi perſona, introducere Muhammedem Æſopum, cui inter ſuos tantam conciliavit authoritatem, ut nunquam ejus faciant mentionem absque ſolenni εὐφημίας formula, عليه السلام *ſuper quo ſit pax.* In exemplari Alkorani vetuſtiſſimo, ſequentia reperi Suratæ Lukman præmiſſa verba: سورة لقمان عليه السلام مكية سوى ثلاث آيات *Surata Lukman, ſuper quo pax, Meccenſis, exceptis tribus verſibus.* Quid? quòd Lukmanum credant futurum amicum & advocatum in magno illo die cenſorio omnium eorum, qui Suratam hanc legunt. Ita enim *Beidavi* pag. 656. من قرا سورة لقمان كان لقمان له رفيقا ليوم القيمة *qui Suratam legit Lukmani, ejus Lukmanus erit amicus die reſurrectionis.* Prolixiùs in hujus Therſitis προσωπογραφίᾳ morati ſumus, quia, quòd ſciam, hactenus nemini in mentem venit, adeò inſulſum & incautum Muhammedem, in blaſphemæ ſuæ Religionis collocandis fundamentis fuiſſe, ut cum Scriptura ſacra pari loco haberet fabulas Æſopi.

Idem Turcarum & Pontificiorum de Aeſopo judicium.

Sed quid miremur huc inſaniæ prorupiſſe eum, qui in ſenſum planè reprobum datus erat à Deo, ποιῆσαι τὰ μὴ καθήκοντα, quíque nec literas nôrat nec nare? Id potiùs admirationem excitet in nobis, multos inter Chriſtianos, &, quod majus eſt, inter Doctores eorum ita caligare, ut absque Eccleſiæ conſpicillo non videant quid diſtent æra lupinis: qui putant, pio ſenſu dici poſſe; *Tantum Scripturas valere, quantum valeant fabulæ Aeſopi, ſi deſtituantur authoritate Eccleſiæ.* Verùm, & hîc & alibi, Eccleſiæ Romanæ cum Antichriſto Orientali con-

convenire, infrà pluribus docebimus. Videbis *χρασβύλυ ζεῦγος.* Liber 1. de orig. Muh.

ماثان *Mathan)* Intelligitur, dubio procul, Matthan avus Joſephi, cujus meminit *Matth.* c. I. v. 15. Ipſi verò Muhammedani ſcribunt, Matthanem fuiſſe patrem Imran, avum Mariæ. Ubi iterum tot mendacia, quot verba. Amram enim, vel, ut Arabes pronuntiant Imran, pater fuit Miriam & Moſis, non Mariæ *θεοτόκυ.* Sed ipſos audiamus fabulantes Arabes: قال كعب الاحبار رضي الله عليهم ان زكريا ابن اذان وعمران ابن ماثان من ولد سليمان ابن داوود عليه السلام وكانوا قد تزوجوا ابنتين اختين من بنات رجل بني اسرايل يقال له ابن هارون وكان اسم امراة زكريا ملتسع واسم امراة عمران حنة وكان زكريا نجارا قبل ان يبعث نبيا وكان كثير العبادة * id eſt, *Dicunt eruditi, quibus Deus propitius ſit; Zachariam filium Adan, & Imran, filium Matthan fuiſſe ex filiis Solomonis, filii Davidis ſuper quo pax. Duxiſſe autem eos uxores, duas filias, ſorores ex filiabus viri filiorum Iſraël, cui nomen Ibn-Harun. Vxor Zachariæ Maltaſah, Imranis verò Hanna appellabatur. Zacharias autem, antequam miſſus fuit Propheta, faber erat,* exercitiis *cultus* ſeu pietatis *deditus.* Non indigent hæc explicatione. Adeò enim abſurda ſunt & fabuloſa, ut vel ex ſola recitatione nauſeam concipere poſſint Chriſtiani, aut quilibet alii ſacrarum literarum periti lectores. Habent tamen & hæc involucra aliquid veritatis, quòd Genealogiam Chriſti à Davide, adeóque regio ſtemmate arceſſendam expreſsè aſſerant.

De Matthan avo Ioſephi, & Zacharia malè ſcribunt Arabes.

O 2 ملتسع

Liber 1. de orig. Muh. فيلقوس *Phailakus*, ſeu *Philippus*) Nomen Regis Macedonum. Vocatur autem vulgò Phailakus, pro, Philippus, pravâ conſuetudine, quæ ex confuſione literę ق & ف in ف, quod apud Arabes proclive eſt, orta.

Phailakus eſt Philippus.

ذو القرنين حوي اسكندر *Du Iſcender*) Corruptè, pro ذو القرنين اسكندر *Dulkarnain, Iſcender*. Intelligitur Alexander Magnus, quem *Bicornem* Muhammedani appellant. Ignorant ferè Alexandri nomen. Mentio ejus fit in *Alkor.* Surat. XVIII. pag. 165. ubi ſemper, Alexandri nomine ذو القرنين *Δικέρατος* occurrit. Cur verò ſic dicatur magnus ille Macedonum Rex variant ſcriptores. *Beidavi* ad verba Alkorani يسالونك عن ذي القرنين *Rogabunt te de Dilkarnain*, annot. p. 512.

Cur Alexander vocetur Dulkarnai alii aliter ſentiunt.

1. *Beidavi.*

يعني اسكندر الرومي ملك فارس والروم وقيل المشرق والمغرب ولذلك سمي ذا القرنين لانه طاف قرني الدنيا شرقها وغربها وقيل لانه انقرض في ايامه قرنان من الناس وقيل كان له قرنان اي ضفرتان وقيل كان لتاجه قرنان ويحتمل انه لقب بذلك لشجاعته * *Intelligit Alexandrum Romanum, Regem Perſarum & Romanorum; aut Orientis & Occidentis. Vocatur autem* Bicornis, vel *quia circuivit cornua orbis, orientem & occidentem*: Aut, *quia in diebus ejus duo ſucciſa fuerunt cornua ab hominibus*: Aut, *quia duo babuit cornua, id eſt, duos cirros*: Aut, *quòd corona ejus fuerit bicornis. Fieri etiam poteſt, ut hoc habeat cognomen à fortitudine ſua. Keſſaus* in vitis

2. *Keſſaus.*

Digitized by Google

tis Patrum pag. 135. aliam hujus Nominis confingit cauſam. Liber 1. de orig. Muh.
وكان قد راي في منامه انه دنا من الشمس حتي
اخذ بقرنيها في شرقها وغربها ولما قص رايا علي قومه
سموه ذو القرنين لانه قبض علي قرون الشمس
شرقا وغربا id eſt, *Fuit, ut ſecundùm quietem ita appropinquaret Soli, ut arriperet cornu ejus ad orientem & occidentem. Cúmque hanc viſionem populo ſuo narraret, appellârunt eum* Dul-karnain, *propterea quòd cornua ſolis manu apprehenderit, versùs orientem & occidentem.* *Elmacinus* in Hiſtoria 3. Elmacinus. ſua Arabica de hoc Alexandro à pag. 146. & deinceps plurima commemorat, cur verò *Δικέρας* nuncupetur, varias authorum habet ſententias, quarum communicationem lectori curioſo haud ingratam fore confido. Ita ille: الاسكندر ابن
فيلبوس اليوناني المقدوني ويسمي ذا القرنين واختلف
الناس في تسميته بذي القرنين فمنهم من قال ان
كال له في راسه نتوا طاهرا وكان يستر ذلك
ويخفيه من الناس ومنهم من كال انه سمي ذو
القرنين لانه ملك قرني الشمس من مشرقها الي
مغربها * id eſt, *Alexander filius Philippi, Græcus, Macedo, aliâs vocatur* Dulkarnain. *Cur verò* Dul-karnain *dicatur, diſſentiunt homines.* Alii *volunt ſic appellari, quòd in capite ſuo haberet tumorem eminentem, quem abdiderit ille atque abſconderit ab hominibus.* Alii *verò ajunt, eum* Dul-karnain *nuncupari, propterea quòd occupârit cornua ſolis, ab oriente ejus ad occidentem.* Atque ſic quidem de hac Nomenclatura

Liber 1. de orig. Muh. ſcripſerunt veteres, Muhammedani & Chriſtiani. *Recentiores* Critici in hujus vocis origine non parùm & ipſi laborârunt.

4. *Scaliger.* Illuſtriſſimis *Scaliger* lib. de. Emendat. temporum ſcribit: *Notum eſt, quomodo ille Rex credi voluerit Ammonis filius: poſtquam ille pedem extulit ex oraculo Ammonis, ex eo tempore Cyrenæi qui Jovem cornutum in numiſmatis ſuis ſculpebant, cœperunt pro Jove Alexandrum cornutum ſculpere.*

5. *L'Empereur.* *Conſtant. L'Empereur.* Not. in Jachiad. Dan. c. VIII. v. 5. *Nota ſatis eſt fabula*, inquit, *Alexandrum Magnum à Jove Ammonio genitum fuiſſe, qui ſub ſpecie ſerpentis conſuetudinem cum Olympiade habuerit: Vana etiam fabulæ origo è Plutarcho liquet in Alexandri vita* pag. 1248. *Edit. H. St. ubi ſubjicit poſtea:* Διαδοθῆναι λόγον ὡς παῖδα Διὸς αὐτὸν τοῦ θεοῦ προσειπόντος, i.e. increbuiſſe ſermonem, Jovis eum à Deo appellatum filium. *Sed, ut refert A. Gellius Noct. Attic. l. XIII. c. 4. feſtiviſſimè hoc riſit ipſa Olympias: Nam cùm ille ad matrem ita ſcripſiſſet: Rex Alexander Jovis Ammonii filius, Olympiadi matri ſalutem dicit: Olympias ei in hanc ſententiam reſcripſit. Amabo, inquit, mi fili, quieſcas, neque deferas me, neque criminere adversùs Iunonem, malum mihi prorſum illa magnum dabit, cùm tu me literis tuis pellicem illi eſſe confiteris. Ideóque etiam quemadmodum Hammon arietis ſpeciem ſupernè referebat, ſic Alexander voluit* κερασφόρος ἀναπλάττεσθαι πρὸς τῶν ἀγαλματοποιῶν *cornutus fingi à ſtatuariis Vide Clem. Alexandr. in* προτρεπτικῷ. *Atque hæc demum cauſa mihi videtur, cur in Alkorano paſſim Alexander vocetur* ذو القرنين bicornis.

6. *Chriſtmannus.* *Jacobus Chriſtmannus* Notis in Alpharganum fol. 56. cum iis ſentit, qui exiſtimant, *Alexandrum* δικεράτη *nomen inde adeptum, quòd utrumque cornu Mundi, orientale ſcilicet & occiduum ſubegerit.*

Gig-

Giggæus in Theſ. Arabico hunc in modum ſcribit: ذو القرنين *Alexander Macedo.De hoc multa fabulantur Arabes, quòd duobus cornibus præditus fuerit, quòd duas coxas habuerit, quòd ad vitam ſit revocatus.* Liber 1. de orig. Muh. 7.Giggæus.

Schikhardus in Taar.Perſ.p.73. *Mihi veriſimilius eſt, nomen hoc è vaticinio Danielis eſſe hauſtum, qui* c.VIII.v.5.*eum hirco caprarum comparavit, animali cornuto.* 8.Schikhardus.

Omnes iſtæ conjecturæ ita certè ſunt comparatæ, ut vel optio difficilis videatur. Quòd ſi tamen, partim ex Alkorani circumſtantiis, partim ex aliis exemplis de veteratoria calliditate Impoſtoris Muhammedis judicare didicimus, cenſemus, eos rei veritati proximè accedere, qui putant, Alexandrum à fortitudine, Imperiíque amplitudine potiùs, quàm aliunde ذو القرنين *Dulkarnain* appellari. Conſtat enim ex communi linguarum Orientalium uſu, vocabulum, قرن קרן pro *fortitudine; incolumitate, felici proſperáque rerum ſucceſſu*, ſumi: Imò ſunt apud Talmudicos קרני מלחמה *Cornua belli*, ipſi belli duces.

جالوت *Galuth, Goliath*) Goliathi meminit *Muhammed*.Sur.II.v.131.132. فلما فصل طالوت بالجنود قال ان الله مبتليكم بنهر فمن شرب منه فليس مني ومن لم يطعمه فانه مني الا من اغترف غرفة بيده فشربوا منه الا قليلا منهم فلما جاوزه هو والذين امنوا معه قالوا لا طاقة لنا اليوم بجالوط وجنوده قال الذين يظنون انهم ملاقوا الله كم من فية قليلة غلبت Galuth eſt Goliath.

Liber 1. de orig. Muh. غلبت فئة كثيرة باذن الله والله مع الصابرين ولما برزوا لجالوت وجنوده قالوا ربنا افرغ علينا صبرا وثبت اقدامنا وانصرنا على القوم الكافرين فهزموهم باذن الله وقتل داود جالوت واتاه الله الملك والحكمة *

Hiſtoria ejus. i.e. *Poſtquam autem Talutus cum copiis diſceſſiſſet, dixit: Certè Deus probat vos per fluvium aliquem* (ineptiſſimè Saulis hiſtoriam confundit cum rebus geſtis Gedeonis *Jud.* c. VII.) *ita ut qui ex eo biberit, non ſit ex meis; & qui non guſtaverit eum, ex me ſit, niſi qui ſumpſerit ex eo hauſtum unum manu ſua. Biberunt autem ex eo, paucis exceptis. Cúmque fluvium tranſiviſſent ipſe & qui crediderunt cum eo, dixerunt: Non eſt potentia nobis hodie adverſus Goliath & exercitum ejus. Dixerunt illi, qui putabant ſe perventuros ad Deum: quoties paucæ copiæ ſuperârunt multas, permittente Deo? Deus enim cum iis eſt, qui patienter perſiſtunt. Cúmque prodiiſſent contra Galuth* ſeu *Goliathum, ejúsque exercitum, dixerunt: Domine noſter, effunde in nos patientiam, & firma pedes noſtros, atque adjuva nos contra infideles. Atque ita fugârnnt eos auxilio Dei: Et poſtquam David occidiſſet Goliath, dedit ei Deus regnum & ſapientiam.* Quis verò in hoc Alkorani loco Taluth? Saul eſt. Is, quia in ſacris literis à ſtaturæ proceritate commendatur ſingulari, طالوت ab Impoſtore vocatur, id eſt, *longurio,* quam tamen Etymologiæ rationem ipſi ignorant Arabes. *Beidavi* enim ſcribit, طالوت eſſe formæ فعلوت à nomine طول *robur, divitias, potentiam* ſignificante. Refert autem de hoc Saule, انه كان فقيرا راعيا او سقا او دباغا من اولاد بنيامين ولم يكن فيهم النبوه

Saul cur dicatur طالوت

النبوة والملك وانما كانت النبوة في اولاد لاوي بن Liber 1. de orig. Muh.
يعقوب والملك في اولاد يهودا * *quòd fuerit pauper, paſtor, villicus, aut coriarius, ex filiis Benjamin. Benjaminitarum autem*, inquit, *nec Prophetia fuit nec regnum, ſed illa pertinuit ad filios Levi, fil. Jac. hoc ad filios Juda*. De Monomachia Davidis & Goliathi idem ſic ſcribit: قيل كان *Monomachia Goliathi & Davidis.*
اوشي في عسكر طالوت مع ستة من بنيه وكان
داوود سابعهم وكان صغير يرعي الغنم فاوحي الله
تعالي الي بنيهم انه الذي يقتل جالوت فطلبه من
ابيه فجاه وقد كلمه في الطريق ثلاثة احجار وقالت
له انك بنا تقتل جالوت فحملها في مخلاته ورماه
بها فقتله ثم زوجه طالوت بنته * *Erat Iſai in caſtris Taluth* (Saulis) *cum ſex filiis ſuis, quorum ſeptimus fuit David, parvus* (juvenis) *qui paſcebat gregem. Et inſpiravit illis Deus, hunc interfecturum Goliathum; & petiit eum* (Saul) *à parente ſuo, quem ille acceſſit. Et allocuti ſunt ipſum in itinere tres lapides* (hîc iterum Muhammedicus, id eſt fabuloſus genius ſe prodit) *eíque dixerunt: Tu per nos occides Goliathum, & ſuſtulit eos in peram ſuam* (ſignificat propriè *vas*, ſeu ὑποθήκην, in qua herba viridis reponitur) *iisdémque petiit* (Goliathum) *atque occidit. Poſtea verò Talut ei in uxorem dedit filiam ſuam.*

ذا نون *Da Nun* ἰχθυόφαγος) Periphraſis eſt Jonæ Prophetæ. Occurrit hoc nomen in *Alkor*. Sur. XX. pag. 180. *Da Nun eſt Ionas.*
وذا النون *Et Dal Nun*, id eſt, explicante *Beidavi* صاحب الحوت.

Liber 1. de orig. Muh. — الحوت هو يونس ابن متي *Socius piſcis* (ἰχθυόφαγος) *qui eſt Jonas, filius Matthai.* Jonæ nomen retinet Muhammed *Sur.*X. quæ يونس *Jonas* inſcribitur.

Propheta. — نبي *Propheta*) De Jonæ Prophetia, & miſſione ad Ninevitas, inobedientia tandem ejus ita obſcurè loquitur Muhammed in Alkorano, ut, niſi Commentaria lucem aliquam illi mutuarent, percipi inde vix pauca poſſent. *Sur.*XX. legimus: وذا النون اذ ذهب مغاضبا فظن ان لن نقدر عليه فنادي في الظلمات ان لا الاه الا انت سبحانك اني كنت من الظالمين فاستجبنا له ونجيناه من الغم وكذلك ننجي المومنين * *Et Dal-Nun* (Jonas) *cùm fugit iratus, putans, quòd non prævalere ei queamus, & vocavit in tenebris*; Non eſt Deus, niſi tu: Laus tibi! *Ego ſum ex perverſè agentibus. Et exaudivimus eum, & liberavimus eum ex dolore. Atque ſic ſolemus eripere credentes.* Cur iratus fugam capeſſerit explicat *Beidavi*: قيل وعدهم بالعذاب ولم ياتهم بسبب توبتهم ولم يعرف الحال وظن انه كذبهم وغضب * id eſt, *Ajunt, minatum iis* (Ninevitis) *fuiſſe pœnam, quam propter pœnitentiam eorum non inflixit. Ille verò, cùm ignoraret, quomodo res ſe haberet, putabat ſe mendacia iis dixiſſe, atque propterea iratus fugit.* Et ad *Sur.*X. p. 351. كوي ان يونس عليه السلام بعث الي نينوي من الموصل فكذبوه واصروا عليه

Hiſtoria Jonæ.

1. Ex Alkorano.

2. Beidavi.

Digitized by Google

عليه فوعدهم بالعذاب الي ثلث وقيل الي اربعين يوما ولما دنا الموعد اغامت السما غيما اسود ذا دخان شديد وهبط حتي غشي مدينتهم فهابوا وطلبوا يونس ولم يجدوه فايقنوا صدقه ولبسوا المسوح وبرزوا الي الصعيد بانفسهم ونساهم وصبيانهم ودوابهم وفرقوا بين كل والدة وولدها فحن بعضها الي بعض وعلت الاصوات والعجيج واخلصوا التوبه واظهروا الايمان وتضرعوا الي الله فرحمهم وكشف عنهم * id est, Liber 1. de orig. Muh.

Ferunt: Jonam, ſuper quo pax, miſſum eſſe in Nineveh Aſſyriæ, cujus incolæ mendacii ipſum indeſinenter (prop. mordicus adhærentes) *inſimulârint. Minatum autem illis fuiſſe pœnam poſt tres,* (ita enim habent LXX. Interpretes, vide *Theſ. Phil.* p. 376) *vel; juxta alios; poſt quadraginta dies. Appetente termino definito; cœlum atra & vaporifera nube fuiſſe obductum, quæ deſcenderit uſque dum urbem eorum obtexerit. Eos autem terrefactos quæſiviſſe Jonam, nec tamen eum inveniſſe; ratam propterea habentes juſtitiam ejus* (fidem adhibentes verbis ejus) *induiſſe ſaccos, egreſſos in pulverem, ipſos, & uxores eorum, & parvulos eorum, & pecora eorum, & abſtraxiſſe matres à liberis, & miſertos fuiſſe alios aliorum, & aſcendiſſe voces & fletum eorum in cœlum, & pœnitentiam puram feciſſe, fidem manifeſtâſſe, Deóque ſupplicâſſe, qui proinde eorum miſertus malum ab iis averruncârit.* Repetit hiſtoriam in Alkor. *Muhammed.* Sur. XXXVI. pag. 253:

وان يونس من المرسلين اذ ابق الي فلك المشحون

P 2 فساهم

Liber 1. de orig. Muh. فساهم وكان من المدحضين والتقمه الحوت وهو مليم فلولا انه كان من المسبحين للبث في بطنه الي يوم يبعثون فنبذناه بالعرا وهو سقيم وانبتنا عليه شجرة من يقطين وارسلنا الي ماية الف او يزيدون فامنوا فمتعناهم الي حين * id eſt, *Fuítque Jonas ex legatis. Cùm fugiſſet in navem onerariam,& ſortiti eſſent nautæ,fuit ex victis*,id eſt,ſorte triſti victus & maris damnatus fuit. *Et deglutivit eum piſcis;& ipſe culpabilis erat: Adeò ut niſi Deum laudâſſet*,in ventre piſcis; ut habet *Beidavi: moratus fuiſſet in ventre ejus,ad diem quo excitabuntur* homines. *Et eduximus eum* (piſcem) *in locum deſertum: Ipſe verò infirmus erat: Et produximus ei arborem expaſſam,miſimúſque eum ad centena millia,& ultrá. Et crediderunt,& uſuram illis* bonorum noſtrorum *conceſſimus ad tempus.*

Quamdiu Ionas in ventre ceti fuerit. Quamdiu Jonas in viſceribus ceti fuerit moratus,diſputant Arabes. واختلف في مدة لبثه فقيل بعض يوم وقيل ثلثة ايام وقيل سبعة ايام وقيل عشرون وقيل اربعون * *Variant authores de tempore commorationis ejus.* Alii *tres dies*: Alii *ſeptem*: Alii *viginti ponunt*: Alii *quadraginta.* Vide,quàm ſint obſcura omnia,& lubrica,ubi à Scripturæ tramite diſceditur! *Nomen ceti.* Quale eſt & illud apud *Keſſæum* pag.103. اسم ذلك الحوت في التوراة الرتا وفي الزبور مالوثا وفي الانجيل موهبة وفي القران الطن * *Vocatur piſcis ille* (Jonæ) *in lege* Retha: *In Pſalmis* Malutha: *In Evangelio* Mauhaba: *Et in Alkorano* Tenna. λῆροι καὶ λόγοι. Reſtat,ut Ara-

Quid per Kikajon intelligant.

Digitized by Google

bum etiam de planta illa קיקיון judicia audiamus. Qui enim putant, verba Alkor. شجرة من يقطين arborem ipſum denotare, ſenſum Muhammedis non videntur aſſequi. *Giggæus* in Theſauro ſuo يقطين *cucurbitam* ſignificare exiſtimat. Ita etiam ſumpſiſſe videtur *Elmacinus*. Sed repugnat ipſe Beidavi, qui annotat يقطين eſſe arboris Epitheton à قطن ſubſtitit, ſtabilis fuit. Unde vertimus: *Arborem expaſſam.* Sed quæ illa? *Beidavi* ait: والاكثر على انها الدبا Liber 1. de orig. Muh.

غطته باوراقها عن الذباب وقيل التين وقيل الموز

يغطي بورقه ويستظل باغصانه ويفطر علي ثماره *

Plerique exiſtimant (arborem, vel plantam, Kikajon) *fuiſſe cucurbitam, quæ foliis ſuis eum à culicibus texerit*: Alii *malunt ficum*: Alii *Mauz, cujus foliis tegi, ramis inumbrari, cujúsque fructibus frui potuerit.* Quid ſit Mauz, diſcimus ex *Sionita* de urbib. & moribus Oriental. pag. 55. *In hac* (Tripoli) *feliciter, ut cæteras omittamus, creſcit arbor quædam ſeu potius frutex Almauz dicta, vulgò poma Adami, éſtque ſtipite viridi, folia habens in digitorum modum protenſa, nullos tamen producens ramos præterea folia, quæ ſunt tam longa & lata, ut quisque facilè uno tantùm tegi atque cooperiri poſſit.* Mauz quid.
Ejuſmodi me aliquando videre memini Lugduni Batavorum in ædibus celeberrimi viri, D. Jacobi Golii, quod ex Syria tunc acceperat. *Fructus à ſtipite pendentes fabarum recentium ſiliquis inſtar, ſemel arbor hæc profert, híque ſunt ſapore delicati ac dulces, gratíque palato, colore, dum maturi ſunt, ſubflavo, odore roſis non abſimiles, guſtúque ferè peponibus, forma oblonga, cortice craſſa, quæ facile veluti ficus detrahitur.* Et *Giggæus* in Theſ. Arab. الموص *Mauz, fructûs genus: Uva*

Liber 1. de orig. Muh.

Damaſcena (Syrus) Arbor vitæ. Elmacinus in Hiſtoria Jonæ retinet Alkorani vocabulum, exiſtimans nomen eſſe arboris, fruticis aut plantæ, cùm tamen ut diximus يقطين ſit Epitheton ſeu adjectivum, obſcurum quidem, ſed ab ipſis Arabibus, *Beidavi* præſertim, explicatum. *Elmacini* verba ita ſonant:

Elmacini ſententia de Kikajon.

وانبت الله شجرة من يقطين ليمنع عنه السموم وفي اليوم الرابع امر الله دودة وقطعت اصل اليقطين *

Et produxit Deus arborem expaſſam (ſic verto, non quod Elmacini hæc mens ſit, ſed quòd Alkorani verba, quæ author αὐτολεξεὶ retinet, hunc ſenſum exigant & explicationem) *ut ab eo prohiberet æſtum aëris venenoſi. Die verò quarto vermiculus, mandato Dei, decerpſit* (derofit) *radicem cucurbitæ.* Qua quidem re ſic indignatus fuit Jonas, ut hujus vitæ pertæſus mori petierit. Hanc ei μεμψιμοιρίαν Deus gravibus exprobrat verbis: *Tu parcis iſti ricino,* (ita vertit *Iunius*, cujus rei rationem habes in Notis) *pro quo non laborâſti & quem non educaviſti: qui una nocte extitit, & una nocte periit: Et ego non parcerem Nineveh, in qua ſunt plures duodecim myriadibus hominum, qui non nôrunt diſcrimem inter dextram ſuam & ſiniſtram ſuam?* Muhamedani ſimilibus intempeſtivam & inconſideratam Jonæ, propter arefactum Kikajon ſeu *ricinum*, querelam illuſtrant & exaggerant. *Keſſæus* in vitis Patrum pag. 103. فعلم يونس أن ضرب الله مثلا بقومه وانتهي الي قرية اخري فتلقا جبريل عليه السلام في صورة ادمي واضافه فرا في دارة فخارا كثيرا يريد ان يشويه فاوحي الله تعالي الي يونس ان قل الي هذا الراجل ان يكسر فخاره فقال له ذلك فقال

Similibus Iona μεμψιμοιρία exprobratur.

فقال له جبريل عليه السلام اني ظننت فيك الخير Liber 1. de orig. Muh.
وما اراك الا مجنونا فاخرج من داري واخرجه بالليل
وقال الاهي انك تعلم ما كان مني ومن هوا
صاحب الفخار فاوحي الله اليه انت قلت له ذلك في
فخاره فسبك واخرجك وانت بعثت رسولا الي ماية
الف او يزيدون ودعوتنا عليهم ولم تشفق علي هلاكهم
فقال الاهي لا اعود لمثلها * id eſt, *Novit autem Jonas, quòd Deus ſibi in populo ſuo ſimilitudinem propoſuiſſet.* 1. *A vaſis figlinis.* *Cùm igitur ad aliam perveniſſet urbem, occurrit ei Gabriel in forma humana, qui hoſpitio eum excepit. Vidit autem (*Jonas*) in ædibus ejus (*Gabrielis*) multa vaſa figlina, quæ coquere voluit: Et inſpiravit Deus excelſus Jonæ: Dicito huic viro, ut vaſa ſua confringat. Quod cùm dixiſſet, reſpondit ei Gabriel: Putabam te bonum eſſe virum, ſed comperio te inſanum: Exi ædibus meis. Et expulit eum noctu. Tunc dixit Jonas: Deus mi, tu nôſti, quid mihi cum hoc figulo rei fuerit. Et inſpiravit illi Deus: Te, qui ipſi hoc dixiſti de vaſis ejus, (*id eſt, qui voluiſti, ut vaſa tantùm ſua teſtacea confringeret*) criminatus eſt, & expulit, tu verò qui miſſus eras ad hominum centena millia, & ultrà, nos contra eos invocâſti, neque exitii eorum fuiſti miſertus! Dixit igitur Jonas: Deus mi, non faciam deinceps ſimiliter.* Et iterum: ولما اصبح مر بزرع يزرع
فقال الزارع يا يونس ادعوا الله ان يبارك لي في
زرعي فدعا له يونس فانبته الله من ساعاته وفرح به
الراجل واتابه الي منزله فاضافه تلك الليلة فاوحي الله
اليه

Liber 1. de orig. Muh.

اليه يا يونس اني اريد ان ارسل الجراد على هذا الزرع فقال يا رب دعوتك واستجبت دعاي فاسلك يا رب لا ترسل الجراد عليه فاوحي الله اليه يا يونس حزنت على ارسال الجراد على زرع لم تزرعه فلما لا حزنت على ارسال العذاب على مائة الف او يزيدون * id eſt,

2. *A ſemine.*

Orto autem diluculo tranſivit ſementim jam jam factam. Et dixit ſator: O Jona, invoca Deum, ut benedicat ſementi meæ. Et cùm oraviſſet pro ipſo, è veſtigio Deus incrementa dedit (produxit, germinare fecit ſemen) *qua re homo ille ita fuit lætatus, ut eum, ſecum domum deductum, illa nocte hoſpitio exceperit. Et inſpiravit ei Deus: O Jona, ego locuſtam huic ſementi immittam. Dixit Jonas: O Domine, invocavi te, túque meam orationem exaudiviſti, rogo igitur te, ut ne ſuper eam locuſtam mittas. Inſpiravit autem ei Deus: O Jona, triſtaris, propterea quòd immittere conſtitui locuſtam ſementi, quam non ſeviſti, non autem triſtaris quod infligere volui pœnam centum millibus hominum, & ultrá?* Hæc de Jona.

Imran. Turpis Muham. ἀνιστορησία.

عمران *Imran) Sunt apinæ tricæq́; & ſi quid vilius iſtis*, pleraque quæ Muhammed, verè *μυον κανθαρὶς* in ſuo habet Alkorano. Exempla hactenus eruimus ex ſcripto illo incondito & barbaro non pauca, vix tamen prodigioſius eſt aut ineptius hoc ipſo, cujus veſtigia noſter oſtendit Genealogus. Imranem immediatè præmittit. B. Mariæ Θεοτόκῳ, quaſi filiæ patrem, anachroniſmo turpiſſimo & ex Alkorano ipſo petito. Quæras autem, unde Muhammed, ὁ *βατταλόγος* in tam turpem inductus fuit errorem? *Reſp.* Moſi Patrem ſcriptura *Exod.* VI. v. 20. tribuit Amram, ſororem Miriam vel Mariam: quo cognito, impoſtor abſque ulteriori veritatis ſcrutinio ineptè in Alkoranum ſuum infarſit, *Mariam Θεοτόκον eſſe Imranis filiam,*

Digitized by Google

liam, Aharonis ſororem. Atque hinc totum caput Alkorani III. quod de Chriſto & beata Virgine agit, ال عمرن *familia Imran*, inſcribitur. Ineptias has, quaſi ex tripode allatum eſſent oraculum, Muhammedani ita avidè arripuerunt, ut cùm deinceps monerentur erroris, omnem ejus defendendi & excuſandi inierint rationem. Sed quàm frigidè, quàm jejunè etiam doctiſſimi quique eorum offuciarum harum ſuſceperint patrocinium, vel ex nuda recenſione liquebit. Præmittemus autem ipſum de hoc Imrano Alkorani textum, ex c. III. depromtum: ان الله اصطفي ام ونوحا وال ابرهيم وال عمران علي العالمين دريه بعضها من بعض والله سميع عليم اذ قالت امراة عمران ربي اني ندرت لك ما في بطني محررا فتقبل مني انك انت السميع العليم ولما وضعتها قالت ربي اني وضعتها انثي والله اعلم بما وضعت وليس الذكر كالانثي واني سميتها مريم واني اعيذها بك وذريتها من الشيطان الرجيم * id eſt, *Equidem Deus elegit Adamum, & Noachum, & familiam Abrahami, & familiam Imrani ſupra homines cæteros in progeniem, alios ex aliis* (id eſt, progeniem ſibi ſequentem) *Deus autem audit, novítque omnia. Cùm dixit mulier Imrani: Domine mi, equidem ego vovi tibi quicquid in ventre meo fuerit deſtinatum* tuo cultui: *hoc autem accipe à me, ſiquidem tu audis & nôſti omnia. Cùm verò genuiſſet filiam eam, dixit: Domine mi, equidem ego peperi famellam (novit autem Deus quod peperiſſet) neque maſculus eſt ut famella, eam quidem vocavi ego Mariam, juſsíque auxilium tuum implorare pro ſe & generatione ſua contra Satanam maledictum.* Sed quomodo

Liber 1. de orig. Muh.

Q

Liber 1. de orig. Muh.

modo Imran pater Mariæ θεοτόκου, ipſa verò ſoror Aharonis? Id Arabes ſe docent: Ita enim ad verba امراة عمران *uxor Imran*, commentatur *Beidavi*: وهذه حنة بنة فاقود جدة عيسي وكانت لعمران بن يصهر بنة اسمها مريم اكبر من هارون * *Eſt hæc Anna, filia Phakud, avia Iſa* (Jeſu) *Habuit autem Imran filius Iizhar filiam, cujus nomen Maria, quæ natu major erat Aharone.* Nónne verò hoc eſt ἀεροβατεῖν, vel potiùs κορυβαντιᾶν; Annam quidem rectè vocat aviam Mariæ, ſed quàm turpiter hallucinatur, cùm Imranem appellat filium Iizharis, cujus frater erat, *Exod.* VI. v. 18? Quid commune filia ejus Maria habet, cum Maria θεοτόκῳ? Ipſi Arabes vident incerta hæc eſſe, & à veritate aliena. Hinc idem *Beidavi* ſuam ἐποχὴν clarè ſatis & perſpicuè ſequentibus innuit verbis: موسي وهارون ابنا عمران بن يصهر بن قاهت بن لاوى بن يعقوب او عسني امة مريم بنة عمران بن ماتان بن اسعازار بن ابيوز بن ربنايل بن ساليان بن يوحيا بن اوشا بن اموزا بن ميشكن بن حارفا بن احار بن يونام بن عزريا بن ساقط بن ايشي بن راجعم بن سليمان بن داوود بن عويد بن سلمون بن بلعز بن يحشون بن عمياد بن رام بن حصروم بن فارص بن يهودا بن يعقوب وكان بين العمرانين الو وثمانماية سنة * id eſt, *Moſes & Aharon duo filii erant Imran, filii Iizhar, filii Kahath,*

Quomodo Maria vocetur filia Imranis ipſi ignorant Arabes.

Kahath, filii Levi, filii Jacob. Aut fortè mater Mariæ fuit filia Imran, filii Matthan, filii Iſazar (Eleazar) *filii Abiuz* (Eliud) *filii Rabnail, filii Saliun, filii Juchia, filii Vſa, filii Amuzar, filii Maiſcen, filii Harepha, filii Achar, filii Jonam, filii Azaria, filii Sakat, filii Iſchai, filii Roboam, filii Solomon, filii David, filii Obed, filii Salmon, filii Baaz,* (Boaz) *filii Jachſchon* (Naaſſon) *filii Amiad* (Aminadab) *filii Ram,* (Aram) *filii Hezron, filii Pharez, filii Jehuda, filii Jacob: Interceſſerunt autem inter duos Imranes anni mille octingenti.* Deſumta eſt hæc Genealogia ex Matth. c. 1. ſunt tamen pleraque nomina, quia propria ſunt, ut mutationi & corruptioni cumprimis obnoxia, ita corrupta, truncata, transpoſita, inverſa, ut *κοσκίνῳ μαντεύεσθαι* debeat, qui nitori ſuo & nativæ lectioni reſtituere ea ſategerit. Neque verò id eſt neceſſe. Liber 1. de orig. Muh.

Sufficiat *ἐν παρόδῳ* notâſſe perverſam Muhammedanorum indolem. Placet iis Genealogia Matthæi, eam Beidavi *κατὰ πόδα*, corruptis licèt & nonnunquam transpoſitis nominibus, ſequitur: at, ut obtineat Imrahem avum eſſe Servatoris, *δόξῃ* ſaltem, & opinione hominum, ubi ad Matthanem pervenit, ſubſiſtit, Jacobum, Joſephi patrem omittit, ejúsque loco Imranum ſubſtituit. Notoria profectò impietas, & inſigne pravitatis hæreticæ exemplum. Illi enim id ſolùm ex Sacra Scriptura admittunt, quo erroribus ſuis fucum facere tentant, cætera rejicientes, aut contemtim prætereuntes. Quo verò, ut noſtrum inſtitutum perſequamur, & quæ ad ſcopum faciunt, ex recitatis teſtimoniis excerpamus, tectorio nugas ſuas, & turpem *ἀνιστορησίαν* incruſtant? Duos fingit *Beidavi* Imranes, alterum in Veteri, alterum in N. Teſtamento. Illum Muhammedani ſubtiliores patrem conſtituunt Moſis, Aharonis & Mariæ: hunc Aharonis & Mariæ. Quàm verò ſententia hæc nova, ab omni Scripturæ probatíve authoris teſtimonio aliena, ſit, non ignorant, quî vel à limine ſaltem hiſtorias ſacras ſalutârunt. In ea verò quantum ſibi miſeri Muhammedis aſ-

Specimen perverſitatis Muhammedicæ.

Duos fingunt Amranes.

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.
Aharon quomodo frater Mariæ.
Nugæ Ahmedis.

ſeclæ blandiantur, difficile dictu eſt. *Ahmed* Ibn-Edris præ cæteris in hoc ſolvendo nodo ſe torquet. In omnes partes ſe verſat, & magno conatu maximas agit nugas. Objectioni enim, *quomodo Aharon ſit frater Mariæ* θεοτόκου, ita reſpondet,

روي انه كان في زمانها عابد يسمي هارون
وكان في غاية العباده ولما جات بعيسي عليه
السلام من غير زوج واهتمها عليها السلام بني
اسرايل بالزنا قيل لها يا اخت هارون اي في العباده *

id eſt, *Dicitur: fuiſſe tempore ejus* (Mariæ) *devotus, nomine Harun, cultui ſacro impensè deditus: Cúmque Iſam, ſuper quo ſit pax, genuiſſet abſque conjunctione viri, eámque, ſuper qua pax filii Iſraël ſcortationis inſimulâſſent, dictum illi fuit: O' ſoror Aharonis, cultus videlicet reſpectu, ſeu devotionis.* Multis deinceps probat exemplis Arabes, vocabula اخ & اخت *frater* & *ſoror*, ad denotandum ſimilitudinem vel perſonarum, vel rerum adhibere: quaſi verò Arabicè locuti eſſent Judæi? Exceptio profectò teſtis contritis magis frivola cenſenda, quales etiam reliquæ ſunt, quas vel adduxiſſe, refutâſſe erit. Sic ergo pergit *Ahmed*: قيل كان في ذلك الزمان فاسقا
يسمي هارون فلما اعتقدوا فيها الهمة جعلوها
اختها اي في ذلك الفعل القبيح وقيل انها من
ذرية موسي عليه السلام وهو اخو هارون وقيل لها
اخت هارون * id eſt, *Ajunt; fuiſſe eo tempore hominem perditum, nominatum Harun, cúmque* (Judæi) *crederent, veram eſſe de illa prava concupiſcentia famam, poſuerunt eam ſororem iſtius, in facinore videlicet illo turpi. Alii dicunt, eam*

Digitized by Google

eam fuiſſe ex generatione Moſis, ſuper quo pax, qui frater erat Aharonis, atque propterea eam vocari Aharonis ſororem. Liber 1. de orig. Muh.
Idem *Ahmed*, περίληψιν, quo ſenſu Imran ſit Mariæ θεοτόκου pater, cùm diſtent ſex integris ſeculis, pari felicitate cum reliquis fidei ſuæ conſecraneis expedit. Attende ad acumen! Putat *primò* nihil abſurdi eſſe, ſi vel maximè Mariæ pater Imran vocetur, quod nomen commune illi eſſe potuerit cum altero illo Imrane. Ita ſuffenus ſibi eſt ὁ μανιώδης, ut putet, contra omnium ſcriptorum ſuffragium & conſenſum, confingere ſibi aut mentiri licere nova veterum Sanctorum nomina, hunc tantùm in finem, ut puerili Pſeudoprophetæ ſui errori κρησφύγετον inveniat. Sed ipſe ſtatim videns, parùm hac ſua ſe proficere reſponſione, alia arripit arma, & ad homonymiam vocabuli *pater, avus* &c. confugit. Scribit enim: وسلمنا ان اسم ابيها لبس عمران الا ان عمران ابو موسي عليه السلام جدها لانها من بني اسرايل والانسان يصاف لجده البعيد كما يصاف لجد القريب ولو لا ذلك لبطلت التورية في تسمية البطون والاشعار المتا خرة عن يعقوب عليه السلام بني اسرايل لان يعقوب عليه السلام هو اسرايل الله ولم يلدهم بل بينه وبينهم المبون من السنين وكذلك كل انسان يوجد الي يوم القيامة يسمى ابن ادم عليه السلام ولم يزل العرب وغيرها من الامم تضف الانسان الي احد اجداده دون ابيه اذا كان اشرف واشهر وعمران

Quomodo Maria ſit filia Imran reſpondet Ahmed.

Liber 1. de orig. Muh.

وعمران عليه السلام كان في غاية الشهرة ولذلك اضيفت اليه * id eſt, *Conceſſo autem, nomen patris ejus* (Mariæ) *non fuiſſe Imran, fuit tamen Imran pater Muſa, ſuper quo pax, avus ejus. Erat enim illa ex filiis Iſraël. Denominatur autem homo ab avo ſuo remoto non ſecùs, atque ab avo propinquo, aliâs enim falſa eſſet Lex, quando poſtremam ſtirpem ſeu familiam à Jacobo, ſuper quo pax, denominat filios Iſrael, etſi Jacob, ſuper quo pax, ſit Iſraël Dei, qui eos non genuit, ſed inter hunc & illos aliquot annorum centuriæ intercedant. Ita etiam accidit, ut ad diem uſque reſurrectionis omnis homo vocetur filius Adami, ſuper quo pax. Neque Arabes ceſſant, & aliæ gentes, ſe denominare* (prop. referre) *ab uno aliquo avorum, omiſſo patre, ſi celebrior ille fuerit & nobilior: Imran autem, ſuper quo pax, admodùm fuit celebris, atque propterea ab eo illa denominatur.* Hæc Ahmed Ibn-Edris, quæ omnia ita ſunt frigida & jejuna, carioſo conjecturarum fundamento innixa, ut reſponſione operoſa, ne nugas ejusmodi vel aliquo ſaltem loco habere videamur, opus minimè ſit. Nuda negâſſe inficiatione ſufficit, quod nuda ille, ſine exemplo, aſſerit affirmatione. Id verò, Arabis hujus exemplo, diſcamus, quàm facilè præjudicia cordatos etiam & doctos in transverſum abripiant. Fuit Ahmed ille, vir, inter ſuos, honoratus, lectionis plurimæ, quíque contextum ſacrum non translatum tantùm, ſed & in originali lingua legit: rerum inſuper Religionem concernentium adeò gnarus ac peritus, ut parùm abſit, quin credam, inter Chriſtianos eum & Judæos fuiſſe nutritum. Noverat proinde ex ſacrarum literarum (quas diligenter ſatis evolvit) indagine, non tantùm ἀρνητικῶς probari poſſe, Imranem parentem, vel avum Mariæ θεοτόκου non fuiſſe, ſed & θετικῶς, Mariam, ſororem Moſis patrem habuiſſe Amram. Noverat, Mariam θεοτόκον oriundam ex tribu Juda, non verò Levi,

Præjudicia quid poſſint Muhammedis diſcimus exemplo.

Levi, ac proinde inſulſam eſſe rationem, quâ Mariam Imrani filiam dictam vult, quòd ex tribu ejus originem ſuam duceret. Noverat, Genealogiam Servatoris, à Matthæo & Luca deſcriptam, nihil tale habere. His tamen poſthabitis, præjudicio & inſano Muhammedismi amore faſcinatus, ſomnia hæc ὁ ὀνειροπωλῶν ſpargere audet.

Liber 1. de orig. Muh.

Noverat, fraudem Muhammedis & hîc & alibi ita manifeſtam eſſe & notoriam, ut ficulneis ejusmodi foliis tegi non poſſet. Sed ô miſellum illum, & ſtupidum prophetam, cujus ſcripta Prophetica ita ſunt contorta ut ineptias, & contradictiones, quas conciliare ipſe non queat, imò ne cogitet, ab aliis hoc officii expectare debeat! Muhammedi certè nunquam in mentem venerat, Imranem hoc ſenſu, quo vult Ahmed, patrem aut avum dici Mariæ: ſufficiebat illi Barbaris ſuis Arabibus; quos facilè prævidebat nunquam exactius Alkorani examen aggreſſuros; ſignificâſſe, *Mariam eſſe filiam Imran*, quod verum quidem erat, ſed falſum, (ingenio tamen Muhammedis conveniens) Mariam illam fuiſſe virginem θεοτόκον. Aſſeclæ verò impoſtoris, cum viderent, hunc nævum nimis conſpicuum eſſe & turpem, varias confingunt ad eum eluendum ratiunculas, eásque Prophetæ ſuo, de quibus tamen ille ne per febrim cogitavit, affingunt, quod & aliâs factum. Muhammedem, verbi gratiâ, Paradiſi ſui voluptates oſtendere corporales & illicitas, inferiùs à nobis probabitur. Poſteri verò ejus, Philoſophi cumprimis, ſententiæ hujus abſurditatem animadvertentes, negant, hunc locorum Alcorani, vitam æternam in Peredeſiam & Bibeſiam convertentium, ſenſum eſſe. Allegoricè & impropriè Muhammedem locutum. Vides, quantum ſuperſtitioni & impietati patrocinentur præjudicia! Viderunt, inter Arabes non pauci, farraginem eſſe Alkoranum multarum ineptiarum & contrarietatum, nihilominus novæ hujus religionis nectare inebriati, eas excuſant, emolliunt, perſuadere nobis conantes, talem Muhammedis ſtylum fuiſſe & mentem, qua-

Interpretes Alkorani Muhammedi affingunt ſenſum, de quo ipſe nunquam cogitavit.

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

qualem ille ſponte; ne ex Judæorum aut Chriſtianorum ſcriquicquam hauſiſſe videretur; declinavit, qualémque illi multis ſeculis pòſt, cùm à Chriſtianis urgeri cœpiſſent, per δ' ὑστέρας φροντίδας excogitârunt. Egregios Muhammedis interpretes, qui non quæ Muhammed dixit, ſcripſit, cogitavit; ſed quæ, ut dixiſſet, ſcripſiſſet, cogitâſſet, optârunt, eidem etiam imprudenter aſcribunt, quo ipſo tum malitiam, tum Religionis ſuæ infirmitatem manifeſtiſſimè produnt, adeóque deridendam propinant.

Zacharias.

زكريا *Zacharias*) Zachariæ hiſtoriam in *Alk.* Sur. III. legimus his verbis: هنالك دعا زكريا ربه قال رب
هب لي من لدنك ذرية طيبة انك سميع الدعا فنادته
الملايكة وهو قايم يصلي في المحراب ان الله يبشرك
بيحيا مصدقا بكلمة من الله وسيدا وحصورا ان نبيا
من الصالحين قال رب يكن لي غلام وقد بلغني
الكبر وامراتي عاقر قال كذلك الله يفعل ما يشا قال
رب اجعل لي اية قال ايتك الا تكلم الناس ثلاثة ايام الا
رمزا واذكر ربك كثيرا وسبح بالعشي والابكار *

i.e. *Ibi quidam Zacharias invocavit Dominum ſuum, dicens: Domine mi, concede mihi à te progeniem bonam, tu enim audis orationes. Vocârunt autem illum Angeli, cùm ſtaret preces faciens in ſacello: Equidem Deus tibi annuntiat Johannem, verificantem Dei verbum, & Dominum, continentem & Prophetam ex numero piorum. Dixit: Domine mi, quo pacto erit mihi puer, poſtquam attigi ſenectutem, & mulier mea ſterilis? Dixit: Ita facit Deus, quicquid cupit. Dixit: Domine mi, pone*

Digitized by Google

ne mihi ſignum. Dixit: Signum tuum, quòd non loqueris hominibus per tres dies, niſi per nutum, & commemora Dominum tuum multum, & lauda veſperi & mané. Johannis Epitheton eſt حصور quod *cælibem, à muliere ſe continentem, παρθενεύοντα* notat, à verbo حصر cum Keſre in medio: Si enim Phatha habet, ſignificat, *obſedit, concluſit.* Quo ſignificatu *Beidavi* hoc loco ſumit: حصورا مبالغا في حبس النفس عن الشهوات والملاهي روي انه مر في صباه بصبيان فدعوه الى اللعب فقال ما للعب خلقت * id eſt, *Hazura, ſignificat eum qui valde cuſtodit ſe & continet à cupiditatibus & luſibus. Refertur enim, eum in pueritia ſua quosdam præteriiſſe pueros, qui ad luſum ipſum vocârint, reſpondiſſe autem illum: Non ſum creatus ad luſum.* Occurrit etiam Zachariæ mentio *Sur.* XX. p. 180. وزكريا اذ نادي ربه ربي لا تذرني فردا وانت خير الوارثين واستجبنا له ووهبنا له يحي * id eſt, *Et Zachariam, cùm vocavit ad Dominum ſuum: Domine mi, ne me ſolitarium relinquas: tu autem hæredum optimus es. Et exaudivimus eum, & dedimus ei Johannem.* Huc pertinent verba *Zamhaſchari*, viri inter Arabes doctiſſimi, quíque à continuo peregrinationum Meccenſium ſtudio جار الله vicinus Dei, fuit appellatus, in libro, *Revelatio* (Commentaria ſunt in Alkoranum aliquot tomis abſoluta) dicto: لان زكريا بن ادن وعمران بن ماثان كان في عصر واحد *Zacharias, filius Adan, & Imran filius Mathan eodem fuerunt tempore.* Idem ſentit

Liber 1. de orig. Muh.

Iohannes vocatur حصور

Et cur

Imran Zacharia coætaneus juxta Zamhaſchari & Keſſæum.

Liber 1. de orig. Muh. *ſæus* in vitis patrum, capite حديث زكريا ابن ادان وعمران ابن ماثان وعيسى ابن مريم ويحي ابن زكريا ✱ *Hiſtoria Zachariæ, filii Adan : Et Imran, filii Matthan : Et Iſa, filii Mariæ : Et Jachia, (*Johannis*) filii Zachariæ*, ubi inter alia de Zacharia : وبينما زكريا جالسا في محراب داوود اذا نزل عليه جبريل عليه السلام وسلم عليه ورد عليه السلام فقال جبريل يا زكريا ان الله يقريك السلام ويقول لك اني بعثتك رسولا الي بني اسرايل وصر اليهم وادعيهم الي عبادتي ولا تنساني فان من نساني نسيته فخر ساجدا الله وخرج الي بني اسرايل ودعاهم الي طاعة الله وصدقه بعضهم وكذبه بعضهم واقام يدعوهم الي عبادة الله وعمران

Zacharia miſſio. معه ✱ id eſt, *Interea dum Zacharias ſedebat in ſacello Davidis, deſcendit ad eum Gabriel, ſuper quo pax, qui ſalutantem ipſum reſalutavit. Dixítque Gabriel: ô Zacharia! Salutem tibi dicit Deus, ſignificátque: Ego miſi te legatum ad filios Iſraël: Abi ad eos, eóſque ad cultum meum invita. Ne obliviſcaris mei: qui enim mei fuerit oblitus, ejus & ego obliviſcar. Incurvavit igitur ſe proſternendo, poſteáque ad filios Iſraël egreſſus, eos vocavit ad obedientiam Dei. Et verificaverunt eum alii, alii mendacii inſimulârunt, ipſe nihilominus vocare eos perrexit ad cultum Dei, cúmque eo Imran.* Coætaneos ponunt *Zamhaſchari* & *Keſſæus* Zachariam & Imranem,

nem, ignari planè illius *σοφοῦ φαρμάκου* cujus modò ex Ahmede meminimus. Liber 1. de orig. Muh.

شمشم بيغمبر عليه السلام *Schamſcham Propheta, ſuper quo pax*) Samſonem Genealogus exprimere voluit. Reperio nomen Herois illius Iſraëlitici ita ſcriptum in Chronico Samaritano, capite خبر ابتدي الضلالة *Narratio initii erroris, ſeu apoſtaſiæ*, quâ videlicet ratione, quibúsve initiis corruptio doctrinæ & morum in populo Iſraël irrepſerit. Authoris *αὐτεκδότου* verba ita habent: لما توفى شمشم ملك الزمان وهو كان الحاكم على بني اسرايل اثر في الامم اثارات عظيمات وهلك جماعة منهم فلما اتصل بهم موته اجتمعوا واختلفوا واخذهم غيرة عظيمة وقروا في كتب بلعام ان هاولاي القوم لا يهلكوا ابدا الا بالكفر والنجس ✻ i.e. *Cùm mortuus eſſet Schamſcham* (Simſon) *Rex illius temporis, quiq; Judex fuit ſuper filios Iſrael, & victorias magnas contra gentes reportavit, multosq; ex iis perdidit. Poſtquam verò ejus mors ad illos perveniſſet, congregati fuerunt, multúmque inter ſe diviſos magna cepit æmulatio. Legerunt autem in libris Bileami, gentem iſtam* (Judæos) *non perituram, niſi infidelitate, & ſcortatione*, &c. Hoc deinceps effectum dediſſe, Iſraëlitas pellexiſſe, adeóque à vero Deo avulſiſſe gentes vicinas, ſcribit Chronici noſtri author. Sed & præcedenti capite Schamſchami meminit. وكان اخرهم شمشم الملك *Horum* (Judicum Iſraëlis) *ultimus fuit Schamſcham Rex.*

Schamſcham eſt Samſon, ut ex Chronico Samaritano colligimus.

مريم *Mariam, Maria*) Nomen eſt τῆς ἀειπαρθένου καὶ Maria.

Liber 1. de orig. Muh.

θεοτόκου, κεχαριτωμένης & εὐλογημένης ἐν γυναιξὶν. Hæc enim Epitheta ſunt, quæ, cum Scriptura & Antiquitate primæva, Eccleſia Reformata Beatiſſimæ Mariæ Virgini jure meritóque tribuit. In deſcriptione vitæ, rerúmque geſtarum Mariæ Muhammedani multi ſunt, nos, ut onus voluminis temperemus, certis aphoriſmis potiora tantùm proponemus. Scribunt autem.

De ea ſequentia obſervant Arabes.

1. Nomen Mariæ devotam ſignificare.

I. Nomen *Mariæ* devotam ſignificare & religioſam: unde ad verba *Sur.* III. واني سميتها مريم *Ego vocavi eam Mariam*, notat Beidavi, وانما ذكرت ذلك لربها تقربا اليه وطلبا لان يعصمها ويصلحها حتي يكون فعلها مطابقا لاسمها فان مريم في لغتهم بمعني العابدة وفيه دليل علي ان الاسما المسمي والتسمية امور متغايرة ※ id eſt, *Mentionem autem* (uxor Imran, mater Mariæ) *hujus facit* denominationis *Domino ſuo, ut propiùs ad eum accederet, eúmque rogaret, ut ſuffulciat & proſperet eam, quo facta ejus reſponderent nomini: ſignificat enim* Mariam *linguâ eorum* cultricem (devotam, religioſam) *Atque hinc patet, nomina rerum denominatarum, & ipſam denominationem eſſe reciproca.* Vult, convenire fatis nomina ſæpe ſuis. Errat tamen, linguæ Hebrææ imperitus, ſicut plures alii, Chriſtiani etiam, qui in vocis hujus Etymologia ita ſunt verſati, ut damni hinc non parùm acceperit ipſa purior Theologia. Vide ὁδηγοῦ noſtri P. II. p. 182.

2. Parentes Mariæ Annam eſſe & Imran.

II. *Parentes Mariæ Hannam fuiſſe & Imranum*, quorum alterum incertum eſt (vide ὁδηγὸν noſtrum P. II. p. 156.) alterum falſiſſimum. Hannæ nomen Arabes mutuaſſe videntur ex fabula, quam ſic recenſet *Beidavi*: روى انها كاس

كانت عاقرا عجوزا فبينما هي في ظل شجرة اذ Liber 1. de orig. Muh.
رات طايرا يطعم فرخه فحنت الي الولد وتمنته فقالت
اللهم ان لك علي نذرا ان رزقتني ولدا ان
الصدق به علي بيت المقدس ويكون من خدمه*

id eſt, *Ajunt, fuiſſe eam* (Matrem Mariæ) *ſterilem, vetulam. Cúmque aliquando recubaret ſub umbra arboris, atque videret volucrem, quæ pullum ſuum cibavit, magno deſiderio, & amore fruendæ prolis incenſam eam* (verbum حنت alluſivum eſt ad nomen حنة) *dixiſſe: O Deus, votum tibi ſuper me: ſi prolem mihi conceſſeris, cui Aedi Sacræ* (Templo) *operam ſuam locare liceat, erit illa ex miniſtris ejus.*

III. *Mariam à Zacharia fuiſſe ſuſtentatam.* Suratâ III. 3. *Mariam à Zacharia fuiſſe ſuſtentatam.*
وكفلها زكريا كلما دخل عليها زكريا
المحراب وجد عندها رزقا قال يا مريم اني لك هذا
قالت هو من عند الله ان الله يرزق من يشي بغير
حساب * id eſt, *Et educavit eam Zacharias.* Quotiescunque autem ingreſſus eſt ad eam in ſacellum, *inveniens apud illam alimentum, dixit: O Maria, quomodo tibi contigit hoc?* Unde hi tibi fructus, cùm nemo præter me te inviſat, & intempeſtivi illi ſint? *Dixit illi, hoc quidem eſt à Deo, ſuſtentat quippe Deus quem vult ſine supputatione.* Beidavi in Comment. occaſionem recéns natæ Mariæ, Zachariæ commiſſæ, ita deſcribit: روي ان حنة لما ولدتها لفعها في خرقة :
حملتها الي المسجد ووضعتها عند الاحبار وقالت
دونكم

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

دونكم هذا النذيرة فتانسوا فيها لانها كانت بنت امامهم وصاحب قربانه فان نبي ماثان كانت روس بني اسرايل وملوكهم وقال زكريا انا احق بها عندي خالتها فابوا الا القرعة وكانوا سبعة وعشرين فانطلقوا الي نهر فالقوا فيه اقلامهم وتكفلها*

id eſt, *Ajunt, Hannam, cùm* (Mariam) *peperiſſet, laciniæ illam veſtis involviſſe, eámque in templum portatam ſacerdotibus propoſuiſſe, atque dixiſſe: Indignum eſt vobis, quòd cultui ſacro deſtinavi* (Nam, ut *Keſſæus* ſcribit, لم يكونوا يحرروا الا الولاد الذكور *non ſolebant ſervitio templi dicare niſi maſculos*) *Illi verò eam cognoverant filiam Antiſtitis ſui, cognatione ſibi juncti* (*erant enim filii Matthan capita filiorum Iſraël, & reges eorum.*) *Dixítque Zacharias; Mihi utique optimo jure illa cedit, qui ſum avunculus ejus: ſed nolebant cæteri* conſentire, *niſi ſorte* eam obtineret. *Fuerúntque numero viginti ſeptem, qui, abeuntes ad fluvium, projecerunt in illum calamos ſuos, atque demum fidei ejus atque ſuſtentationi fuit adjudicata.* Sed *Keſſæum* etiam audi, & judica quàm ſint in fucandis ſuis fabulis artificioſi Muhammedani, quámque omnia ad explicationem Alkorani ſui referre ſtudeant, ea etiam quæ ex Apocryphis Chriſtianorum ſcriptis deſumpta ſunt, ejusmodi eſſe, quæ hactenus de beatæ Virginis Naſireatu (ita enim commodiſſimè Arabica vox reddi poteſt) diximus, infrà probabimus. قالت رب اني قد نذرت لك ما في بطني محررا فتقبل مني انك انت السميع وقال لها زوجها عمران ويحك ما صنعت ارايت ما

سع

Liber 1. de orig. Muh.

في بطنك الا انثى وعورة لا تصلح لذلك ولم يكونوا
يحرروا الا الولاد الذكور لان الجارية لا تصلح لخدمة
المسجد لاجل الحيض ولما قال لها ذلك اغتمت الي
ان ولدت فقالت كما قال تعالي رب اني وضعتها
انثى والله اعلم بما وضعت وليس الذكر كالانثى
واني سميتها مريم فاني اعيذها بك وذريتها من
الشيطان الرجيم قال فتقبلها ربها بقبول حسن
حملتها امها واتت بها الي بيت المقدس وزكريا
في المسجد مع عباد بني اسرايل فقال لها ما هذه
يا حنة قالت ابنتي مريم وقد جعلتها محررة فان
الله قد قبلها مني فاقبلوها انتم مني ولا تردوها
فقالوا العباد الي زكريا من يكفل هذه الجارية فقال
انا احق به ولكن نقترع وكل من خرجت
القرعة عليه كفلها فالقوا اقلامهم في الما فقالوا
اللهم بين لنا من يكفل هذه فظهر قلم زكريا يكفلها
فاسترضع لها بعض نسا بني اسرايل ومات ابوها
عمران وانبتها الله نباتا حسنا في اليوم مثل الشهر
وفي الشهر مثل السنة وبنا لها زكريا في وسط بيت
المقدس بنا رفيعا لا يصعد اليه الا بسلم وكان
يصعد

Liber 1. de orig. Muh. يصعد اليها زكريا وابن خال لها يقال له يوسف النجار وكان من الزهاد المتحررين كان زكريا اذ صعد اليها وجد عندها رزقا فاجد فكهة الصيفة في الشتا وفاكهة الشتا في الصيف فتعجب من ذلك وقال لها يوما اني لك هذا قالت هو من عند الله ان الله يرزق من يشا بغير حساب * id eſt, *Dixit* (Hanna) *Domine mi: Vovi tibi, quod in ventre meo eſt, miniſterio tuo penitus conſecratum, hoc autem à me accipe, tu enim audiens es. Dixit autem ei maritus ejus Imran: Væ tibi! Quid feciſti? Nónne vides te in utero geſtare famellam? Famella autem huc non convenit. Neque enim alios cultui ſacro deſtinare ſolebant quàm maſculos, puellæ autem miniſterio templi non devovebantur propter menſtrua. Poſtquam hoc dixiſſet, contriſtata illa fuit uſque dum genuit. Tunc in verba erupit, quæ habet Deus Excelſus* (hac Muhammedani utuntur formula, quoties teſtimonium ex Alkorano citant) *Domine mi: utique ego peperi* (Sur. III. verba hæc extant) *famellam: Novit autem Deus, quod peperiſſet, neque maſculus eſt ut famella, eam ego vocavi Mariam, faciámque eam implorare auxilium tuum, ejúsque generationem à Satana maledicto. Dixit: Et accepit eam Dominus ejus acceptione grata* (vultu ſereno) *& portavit eam mater ejus, venítque cum ea in Aedem Sanctam: Zacharias autem erat in Proſeuche cum miniſtris filiorum Iſraël, dixítque ad eam: Quid hoc, ô Anna? Reſpondit: Filia mea eſt Maria, quam cultui ſacro totam deſtinavi, eámque Deus jam accepit à me, vos eam à me itidem accipite, neque repellite eam. Dixerunt autem miniſtri Zachariæ: quis educabit puellam hanc? Reſpondit: Mihi quidem jure*

Digitized by Google

jure hoc optimo conveniret: Verùm ſortem jaciamus, & quemcunque ſors tetigerit (pro quocunque ſors fuerit egreſſa) *ſuſtentabit eam. Et projecerunt calamos ſuos in aquam, dixeruntque: O Deus, manifeſta nobis, qui hanc nutriturus ſit, & apparuit calamus Zachariæ pro educatione ejus. Et quæſivit ei quasdam mulieres ex filiis Iſraël, quæ eam lactarent. Mortuo autem parente ejus Imran, creſcere eam fecit Deus in germen pulchrum, uno die quantum in menſe, & in menſe, quantum in anno. Extruxit autem ei in medio templi Zacharias ædificium altum, quod nonniſi ſcalis conſcendere poterat Zacharias. Erátque ei conſobrinus, Joſephus dictus,* artificio *faber lignarius, qui itidem fuit ex religioſis, deſtinatis ſacro cultui. Cúmque Zacharias ad eam aſcendiſſet, alimentum penes eam reperit, invenítque fructus æſtivos in hyeme, & fructus hybernos in æſtate, quam rem admiratus ille, dixit quodam die: Unde tibi hoc? Reſpondit: Hoc à Deo eſt. Deus enim ſuſtentat quem vult absque ſupputatione.* Ultima hæc verba ex Alkorano ſunt petita, quorum explicationem *Beidavi* ſuppeditat talem: روي انها كان لا يدخل عليها غيره واذا خرج اغلق عليها سبعة ابواب وكان يجد عندها فاكهة الشتا في الصيف وبالعكس * id eſt, *Referunt, ad eam, excepto Zacharia, neminem fuiſſe ingreſſum: quotiescunque verò egreſſus, clauſiſſe dicitur ſeptem oſtiis. Repererat autem apud eam fructus hyemales in æſtate, & vice verſa.*

Liber 1. de orig. Muh.

IV. Credunt, *Mariæ ſtatum & conditionem, ſupra fœminei ſexus ſortem communem, beatam eſſe, felicem & honorabilem.* Unde in *Alk.* Sur. III. يا مريم ان الله اصطفيك وطهرك واصطفيك على نسا العالمين i.e. *O Maria, equidem Deus elegit*

4. Mariam cæteris mulieribus præſtare.

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

qualem ille ſponte; ne ex Judæorum aut Chriſtianorum ſcriptis quicquam hauſiſſe videretur; declinavit, qualémque illi multis ſeculis pòſt, cùm à Chriſtianis urgeri cœpiſſent, per δευτέρας φροντίδας excogitârunt. Egregios Muhammedis interpretes, qui non quæ Muhammed dixit, ſcripſit, cogitavit; ſed quæ, ut dixiſſet, ſcripſiſſet, cogitâſſet, optârunt, eidem etiam imprudenter aſcribunt, quo ipſo tum malitiam, tum Religionis ſuæ infirmitatem manifeſtiſſimè produnt, adeóque deridendam propinant.

Zacharias.

زكريا *Zacharias*) Zachariæ hiſtoriam in *Alk.* Sur. III. legimus his verbis: هنالك دعا زكريا ربه قال رب
هب لي من لدنك درية طيبة انك سميع الدعا فنادته
الملايكة وهو قايم يصلي في المحراب أن الله يبشرك
بيحيا مصدقا بكلمة من الله وسيدا وحصورا ان نبيا
من الصالحين قال رب يكن لي غلام وقد بلغني
الكبر وامراتي عاقر قال كذلك الله يفعل ما يشا قال
رب اجعل لي اية قال ايتك الا تكلم الناس ثلاثة ايام الا
رمزا واذكر ربك كثيرا وسبح بالعشي والابكار *

i.e. *Ibi quidam Zacharias invocavit Dominum ſuum, dicens: Domine mi, concede mihi à te progeniem bonam, tu enim audis orationes. Vocârunt autem illum Angeli, cùm ſtaret preces faciens in ſacello: Equidem Deus tibi annuntiat Johannem, verificantem Dei verbum, & Dominum, continentem & Prophetam ex numero piorum. Dixit: Domine mi, quo pacto erit mihi puer, poſtquam attigi ſenectutem, & mulier mea ſterilis? Dixit: Ita facit Deus, quicquid cupit. Dixit: Domine mi, pone*

Digitized by Google

ne mihi ſignum. Dixit: Signum tuum, quòd non loqueris hominibus per tres dies, niſi per nutum, & commemora Dominum tuum multùm, & lauda veſperi & manè. Liber 1. de orig. Muh. Johannis Epitheton eſt حصور quod *cælibem, à muliere ſe continentem, παρθενεύοντα* notat, à verbo حصر cum Keſre in medio: Si enim Phatha habet, ſignificat, *obſedit, concluſit.* Quo ſignificatu *Beidavi* hoc loco ſumit: حصورا مبالغا في حبس النفس عن الشهوات والملاهي روي انه مر في صباه بصبيان فدعوه الي اللعب فقال ما للعب خلقت * id eſt, *Hazura, ſignificat eum qui valde cuſtodit ſe & continet à cupiditatibus & luſibus. Refertur enim, eum in pueritia ſua quoſdam præteriiſſe pueros, qui ad luſum ipſum vocârint, reſpondiſſe autem illum: Non ſum creatus ad luſum.* Occurrit etiam Zachariæ mentio *Sur.* XX. p. 180. وزكريا اذ نادي ربه ربي لا تذرني فردا وانت خير الوارثين واستجبنا له ووهبنا له يحي * id eſt, *Et Zachariam, cùm vocavit ad Dominum ſuum: Domine mi, ne me ſolitarium relinquas: tu autem hæredum optimus es. Et exaudivimus eum, & dedimus ei Johannem.* Huc pertinent verba *Zamhaſchari*, viri inter Arabes doctiſſimi, quíque à continuo peregrinationum Meccenſium ſtudio جار الله vicinus Dei, fuit appellatus, in libro, *Revelatio* (Commentaria ſunt in Alkoranum aliquot tomis abſoluta) dicto: لان زكريا بن ادن وعمران بن ماتان كان في عصر واحد *Zacharias, filius Adan, & Imran filius Mathan eodem fuerunt tempore.* Idem ſentit

Iohannes vocatur حصور

Et cum

Imran Zacharia coætaneus juxta Zamhaſchari & Keſſaum.

Liber 1. de orig. Muh. ſæus in vitis patrum, capite حديث زكريا ابن اذان وعمران ابن ماثان وعيسي ابن مريم ويحي ابن زكريا * *Hiſtoria Zachariæ, filii Adan : Et Imran, filii Matthan : Et Iſa, filii Mariæ : Et Jachia, (*Johannis*) filii Zachariæ*, ubi inter alia de Zacharia : وبينما زكريا جالسا في محراب داوود اذا نزل عليه جبريل عليه السلام وسلم عليه ورد عليه السلام فقال جبريل يا زكريا ان الله يقريك السلام ويقول لك اني بعثتك رسولا الي بني اسرايل وصر اليهم وادعيهم الي عبادتي ولا تنساني فان من نساني نسيته فخر ساجدا الله وخرج الي بني اسرايل ودعاهم الي طاعة الله وصدقه بعضهم وكذبه بعضهم واقام يدعوهم الي عبادة الله وعمران

Zacharia miſſio. معه * id eſt, *Interea dum Zacharias ſedebat in ſacello Davidis, deſcendit ad eum Gabriel, ſuper quo pax, qui ſalutantem ipſum reſalutavit. Dixítque Gabriel : ô Zacharia! Salutem tibi dicit Deus, ſignificátque : Ego miſi te legatum ad filios Iſraël : Abi ad eos, eóſque ad cultum meum invita. Ne obliviſcaris mei : qui enim mei fuerit oblitus, ejus & ego obliviſcar. Incurvavit igitur ſe proſternendo, poſteáque ad filios Iſraël egreſſus, eos vocavit ad obedientiam Dei. Et verificaverunt eum alii, alii mendacii inſimulârunt, ipſe nihilominus vocare eos perrexit ad cultum Dei, cúmque eo Imran.* Coætaneos ponunt *Zambaſchari* & *Keſſæus* Zachariam & Imranem,

nem, ignari planè illius *σοφοῦ φαρμάκου* cujus modò ex Ahmede meminimus. Liber 1. de orig. Muh.

شمشم بيغمبر عليه السلام *Schamſcham Propheta, ſuper quo pax*) Samſonem Genealogus exprimere voluit. Reperio nomen Herois illius Iſraëlitici ita ſcriptum in Chronico Samaritano, capite خبر ابتدي الضلالة *Narratio initii erroris, ſeu apoſtaſiæ*, quâ videlicet ratione, quibúsve initiis corruptio doctrinæ & morum in populo Iſraël irrepſerit. Authoris *αὐτοδότου* verba ita habent : لما توفي شمشم ملك الزمان وهو كان الحاكم علي بني اسرايل اثر في الامم اثارات عظيمات وهلك جماعة منهم فلما اتصل بهم موته اجتمعوا واختلفوا واخذهم غيرة عظيمة وقروا في كتب بلعام ان هاولاي القوم لا يهلكوا ابدا الا بالكفر والنجس * i. e. *Cùm mortuus eſſet Schamſcham* (Simſon) *Rex illius temporis, quiq́; Judex fuit ſuper filios Iſrael, & victorias magnas contra gentes reportavit, multosq́; ex iis perdidit. Poſtquam verò ejus mors ad illos perveniſſet, congregati fuerunt, multúmque inter ſe diviſos magna cepit æmulatio. Legerunt autem in libris Bileami, gentem iſtam* (Judæos) *non perituram, niſi infidelitate, & ſcortatione*, &c. Hoc deinceps effectum dediſſe, Iſraëlitas pellexiſſe, adeóque à vero Deo avulſiſſe gentes vicinas, ſcribit Chronici noſtri author. Sed & præcedenti capite Schamſchami meminit. وكان اخرهم شمشم الملك *Horum* (Judicum Iſraëlis) *ultimus fuit Schamſcham Rex.*

Schamſcham eſt Samſon, ut ex Chronico Samaritano colligimus.

مريم *Mariam, Maria*) Nomen eſt τῆς ἀειπαρθένου καὶ Maria.

Liber 1. de orig. Muh.

θεοτόκου, κεχαριτωμένης καὶ εὐλογημένης ἐν γυναιξὶν. Hæc enim Epitheta ſunt, quæ, cum Scriptura & Antiquitate primæva, Eccleſia Reformata Beatiſſimæ Mariæ Virgini jure meritóque tribuit. In deſcriptione vitæ, rerúmque geſtarum Mariæ Muhammedani multi ſunt, nos, ut onus voluminis temperemus, certis aphoriſmis potiora tantùm proponemus. Scribunt autem.

De ea ſequentia obſervant Arabes.

1. Nomen Mariæ devotam ſignificare.

I. Nomen *Maria* devotam ſignificare & religioſam: unde ad verba *Sur.* III. واني سميتها مريم *Ego vocavi eam Mariam*, notat Beidavi, وانما ذكرت ذلك لربها تقربا اليه وطلبا لان يعصمها ويصلحها حتي يكون فعلها مطابقا لاسمها فان مريم في لغتهم بمعني العابدة وفيه دليل علي ان الاسما المسمي والتسمية امور متغايرة ✱ id eſt, *Mentionem autem* (uxor Imran, mater Mariæ) *hujus facit* denominationis *Domino ſuo, ut propiùs ad eum accederet, eúmque rogaret, ut ſuffulciat & proſperet eam, quo facta ejus reſponderent nomini*: *ſignificat enim* Mariam *linguâ eorum* cultricem (devotam, religioſam) *Atque hinc patet, nomina rerum denominatarum, & ipſam denominationem eſſe reciproca.* Vult, convenire fatis nomina ſæpe ſuis. Errat tamen, linguæ Hebrææ imperitus, ſicut plures alii, Chriſtiani etiam, qui in vocis hujus Etymologia ita ſunt verſati, ut damni hinc non parùm acceperit ipſa purior Theologia. Vide ὁδηγοῦ noſtri P. II. p. 182.

2. Parentes Mariæ Annam eſſe & Imran.

II. *Parentes Mariæ Hannam fuiſſe & Imranum*, quorum alterum incertum eſt (*vide* ὁδηγὸν noſtrum P. II. p. 156.) alterum falſiſſimum. Hannæ nomen Arabes mutuaſſe videntur ex fabula, quam ſic recenſet *Beidavi*: روي انها كانت

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

كانت عاقرا عجوزا فبينما هي في ظل شجرة اذ
رات طايرا يطعم فرخه فحنت الي الولد وتمنته فقالت
اللهم ان لك علي نذرا ان رزقتني ولدا ان
الصدق به علي بيت المقدس ويكون من خدمه *

id eſt, *Ajunt, fuiſſe eam* (Matrem Mariæ) *ſterilem, vetulam. Cúmque aliquando recubaret ſub umbra arboris, atque videret volucrem, quæ pullum ſuum cibavit, magno deſiderio, & amore fruendæ prolis incenſam eam* (verbum حنت alluſivum eſt ad nomen حنة) *dixiſſe: O Deus, votum tibi ſuper me: ſi prolem mihi conceſſeris, cui Aedi Sacræ* (Templo) *operam ſuam locare liceat, erit illa ex miniſtris ejus.*

III. *Mariam à Zacharia fuiſſe ſuſtentatam.* Suratâ III.

3. Mariam à Zacharia fuiſſe ſuſtentatam.

وكفلها زكريا كلما دخل عليها زكريا
المحراب وجد عندها رزقا قال يا مريم اني لك هذا
قالت هو من عند الله ان الله يرزق من يشي بغير
حساب * id eſt, *Et educavit eam Zacharias.* Quotiescunque autem ingreſſus eſt ad eam in ſacellum, *inveniens apud illam alimentum, dixit: O Maria, quomodo tibi contigit hoc?* Unde hi tibi fructus, cùm nemo præter me te inviſat, & intempeſtivi illi ſint? *Dixit illi, hoc quidem eſt à Deo, ſuſtentat quippe Deus quem vult ſine ſupputatione.* Beidavi in Comment. occaſionem recéns natæ Mariæ, Zachariæ commiſſæ, ita deſcribit: روي ان حنة لما ولدتها لففتها في خرقة
حملتها الي المسجد ووضعتها عند الاحبار وقالت
دونكم

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh. دونكم هذا النذيرة فتانسوا فيها لانها كانت بنت امامهم وصاحب قربانه فان نبي ماثان كانت روس بني اسرايل وملوكهم وقال زكريا انا احق بها عندي خالتها فابوا الا القرعة وكانوا سبعة وعشرين فانطلقوا الي نهر فالقوا فيه اقلامهم وتكفلها

id eſt, *Ajunt, Hannam, cùm (*Mariam*) peperiſſet, laciniæ illam veſtis involviſſe, eámque in templum portatam ſacerdotibus propoſuiſſe, atque dixiſſe: Indignum eſt vobis, quòd cultui ſacro deſtinavi (*Nam, ut *Keſſæus* ſcribit, لم يكونوا يحرروا الا الولاد الذكور *non ſolebant ſervitio templi dicare niſi maſculos) Illi verò eam cognoverant filiam Antiſtitis ſui, cognatione ſibi juncti (erant enim filii Matthan capita filiorum Iſraël, & reges eorum.) Dixítque Zacharias; Mihi utique optimo jure illa cedit, qui ſum avunculus ejus: ſed nolebant cæteri* conſentire, *niſi ſorte* eam obtineret. *Fuerúntque numero viginti ſeptem, qui, abeuntes ad fluvium, projecerunt in illum calamos ſuos, atque demum fidei ejus atque ſuſtentationi fuit adjudicata.* Sed *Keſſæum* etiam audi, & judica quàm ſint in fucandis ſuis fabulis artificioſi Muhammedani, quámque omnia ad explicationem Alkorani ſui referre ſtudeant, ea etiam quæ ex Apocryphis Chriſtianorum ſcriptis deſumpta ſunt, ejuſmodi eſſe, quæ hactenus de beatæ Virginis Naſireatu (ita enim commodiſſimè Arabica vox reddi poteſt) diximus, infrà probabimus. قالت رب اني قد نذرت لك ما في بطني محررا فتقبل مني انك انت السميع وقال لها زوجها عمران ويحك ما صنعت ارايت ما

سح

في بطنك الا انثى وعورة لا تصلح لذلك ولم يكونوا Liber 1. de orig. Muh.
يحرروا الا الولد الذكور لان الجارية لا تصلح لخدمة
المسجد لاجل الحيض، ولما قال لها ذلك اغتمت الي
ان ولدت فقالت كما قال تعالي رب اني وضعتها
انثى والله اعلم بما وضعت وليس الذكر كالانثى
واني سميتها مريم فاني اعيذها بك وذريتها من
الشيطان الرجيم قال فتقبلها ربها بقبول حسن
حملتها امها واتت بها الي بيت المقدس وزكريا
في المسجد مع عباد بني اسرايل فقال لها ما هذه
يا حنة قالت ابنتي مريم وقد جعلتها محررة فان
الله قد قبلها مني فاقبلوها انتم مني ولا تردوها
فقالوا العباد الي زكريا من يكفل هذه الجارية فقال
انا احق به ولاكن نقترع وكل من خرجت
القرعة عليه كفلها فالقوا اقلامهم في الما فقالوا
اللهم بين لنا من يكفل هذه فظهر قلم زكريا يكفلها
فاسترضع لها بعض نسا بني اسرايل ومات ابوها
عمران وانبتها الله نباتا حسنا في اليوم مثل الشهر
وفي الشهر مثل السنة وبنا لها زكريا في وسط بيت
المقدس بنا رفيعا لا يصعد اليه الا بسلم وكان
يصعد

Liber 1. de orig. Muh. يصعد اليها زكريا وابن خال لها يقال له يوسف
النجار وكان من الزهاد المتحررين كان زكريا
اذ صعد اليها وجد عندها رزقا فاجد فكهة الصيفة
في الشتا وفاكهة الشتا في الصيف فتعجب من
ذلك وقال لها يوما اني لك هذا قالت هو من عند
الله ان الله يرزق من يشا بغير حساب * id eſt, *Dixit* (Hanna) *Domine mi: Vovi tibi, quod in ventre meo eſt, miniſterio tuo penitus conſecratum, hoc autem à me accipe, tu enim audiens es. Dixit autem ei maritus ejus Imran: Væ tibi! Quid feciſti? Nónne vides te in utero geſtare famellam? Famella autem huc non convenit. Neque enim alios cultui ſacro deſtinare ſolebant quàm maſculos, puellæ autem miniſterio templi non devovebantur propter menſtrua. Poſtquam hoc dixiſſet, contriſtata illa fuit uſque dum genuit. Tunc in verba erupit, quæ habet Deus Excelſus* (hac Muhammedani utuntur formula, quoties teſtimonium ex Alkorano citant) *Domine mi: utique ego peperi* (Sur. III. verba hæc extant) *famellam: Novit autem Deus, quod peperiſſet, neque maſculus eſt ut famella, eam ego vocavi Mariam, faciámque eam implorare auxilium tuum, ejúsque generationem à Satana maledicto. Dixit: Et accepit eam Dominus ejus acceptione grata* (vultu ſereno) *& portavit eam mater ejus, venítque cum ea in Aedem Sanctam: Zacharias autem erat in Proſeuche cum miniſtris filiorum Iſraël, dixítque ad eam: Quid hoc, ô Anna? Reſpondit: Filia mea eſt Maria, quam cultui ſacro totam deſtinavi, eámque Deus jam accepit à me, vos eam à me itidem accipite, neque repellite eam. Dixerunt autem miniſtri Zachariæ: quis educabit puellam hanc? Reſpondit: Mihi quidem jure*

Digitized by Google

jure hoc optimo conveniret: Verùm ſortem jaciamus, & quemcunque ſors tetigerit (pro quocunque ſors fuerit egreſſa) *ſuſtentabit eam. Et projecerunt calamos ſuos in aquam, dixerúntque: O Deus, manifeſta nobis, qui hanc nutriturus ſit, & apparuit calamus Zachariæ pro educatione ejus. Et quæſivit ei quaſdam mulieres ex filiis Iſraël, quæ eam lactarent. Mortuo autem parente ejus Imran, creſcere eam fecit Deus in germen pulchrum, uno die quantum in menſe, & in menſe, quantum in anno. Extruxit autem ei in medio templi Zacharias ædificium altum, quod nonniſi ſcalis conſcendere poterat Zacharias Erátque ei conſobrinus, Joſephus dictus,* artificio *faber lignarius, qui itidem fuit ex religioſis, deſtinatis ſacro cultui. Cúmque Zacharias ad eam aſcendiſſet, alimentum penes eam reperit, invenítque fructus æſtivos in hyeme, & fructus hybernos in æſtate, quam rem admiratus ille, dixit quodam die: Vnde tibi hoc? Reſpondit: Hoc à Deo eſt. Deus enim ſuſtentat quem vult absque ſupputatione.* Ultima hæc verba ex Alkorano ſunt petita, quorum explicationem *Beidavi* ſuppeditat talem: روي انها كان لا يدخل عليها غيره واذا خرج اغلق عليها سبعة ابواب وكان يجد عندها فاكهة الشتا فى الصيف وبالعكس * id eſt, *Referunt, ad eam, excepto Zacharia, neminem fuiſſe ingreſſum: quotiescunque verò egreſſus, clauſiſſe dicitur ſeptem oſtiis. Repererat autem apud eam fructus hyemales in æſtate, & vice verſa.*

Liber 1. de orig. Muh.

IV. Credunt, *Mariæ ſtatum & conditionem, ſupra fæminei ſexus ſortem communem, beatam eſſe, felicem & honorabilem.* Unde in *Alk.* Sur. III. يا مريم ان الله اصطفيك وطهرك واصطفيك على نسا العالمين i. e. *O Maria, equidem Deus ele-*

4. Mariam cæteris mulieribus præſtare.

S *git*

Liber 1. de orig. Muh.

git te, & mundavit te, & elegit te ſupra mulieres ſeculi. Quæ verba *Zambaſchari* ſic explicat: فان قلت لم قيل عيسي بن مريم والخطاب لمريم قلت لان الابنا ينسبون الي الابا لا الي الامهات فاعلمت بنسبته اليها انه يولد من غير اب ولا ينسب الا الي امة فبذلك فضلت واصطفيت علي نسا العالمين ✱ id eſt, *Quòd ſi objeceris:*

Quia peperit Virgo.

Cur vocatur Iſa filius Mariam, & cur ſermo dirigitur ad Mariam? Reſpondeo: *Filii denominantur à patribus, non verò à matribus; quòd verò hic* (Iſa) *ab ea denominatur, docetur hinc, eum naſciturum abſque patre, neque ab alio, quàm à matre denominatum. Atque in hoc illa præſtat aliis, & electa eſt ſupra æminas ſeculi.* Idem ferè alii notant commentatores: *Elegit te ſupra fæminas ævi*, id eſt, وهب لك عيسي من غير اب ولم يكن ذلك لاحد من النسا ✱ *dedit tibi Iſam ſine patre, quod nulli mulierum contigit. Andreas Rivetus* Apol. pro Sanct. Mar. Virg. cap. 18. l. 1. p. 146. meminit Pontificiorum quorundam, Muhammedis quoque ſuffragium pro Mariæ impeccabilitate urgentium. *Verùm*, ut appoſitè reſpondet magnus ille Theologus, *ſi hoc alicujus momenti eſſet teſtimonium, causâ caderent.* Quòd ſi favere ſibi exiſtiment in citato Alkorani textu verbum طهرك טהרך *mundavit te*, turpiter ſe falli ſciant: quo enim ſenſu intelligi illud velint Muhammedani, ipſa nos docent Arabum commentaria. *Purgavit te*, nempe مما يستقذر من الافعال ومما قرفتك اليهود *ab iis operibus, quæ averſantur* homines ob immunditiem videlicet, & *ab eo, cujus te inſimulant Judæi.* Ab his te mundavit,

An Muhammed labe eam peccati originalis exemerit.

Digitized by Google

vit,mundam pronunciavit,purgavit. Convitia autem in B. Virginem à Judæis conjecta quàm atrocia ſint & fœda, illi nôrunt,qui ſecretiores eorum libros legerunt. Tribuit quidem *Beidavi* Muhammedi aliquid, quod illorum ſententiæ,qui Mariam labis originalis expertem credunt,patrocinari videtur: ſed,vel ipſo interprete,ſenſum longè alium illa verba habent. *Surat.*III.legimus, واني اعيذها بك وذريتها من الشيطان الرجيم *Et ego feci eam tuum implorare auxilium,ejúsque generationem à Satana maledicto,*propriè *lapidando,*vel,*digno,qui lapidibus obruatur.* Quia enim quæ veteres execrari vellent,lapidibus petebant,lapidatio ipſa propterea inter ſummi probri & execrationis ſupplicia habita fuit: factum hinc,ut ἀντονομαστικῶς *lapidatio* pro ipſa poneretur *execratione.* Hoc verò Epitheto Sathanæ,Muhammed, dubio procul,alluſit ad ſacra illa Meccana,ubi,jactis lapidibus,ſolenni velut ritu,Diabolum fidei ejus aſſeclæ reprobant & execrantur.

Liber 1. de orig. Muh.

Quid verò hæc tota in Alkorano loquendi formula,juxta Muhammedem,ſibi vult? Id *Beidavi* ſequentibus explicat verbis: عن النبي عليه السلام ما من مولود يولد الا والشيطان يمسه حين يولد فيستهل من مسه الا مريم وابنها ومعناه ان الشيطان يطمع في اغوا كل مولود بحيث يتاثر منه الا مريم وابنها والله تعالى عصمها ببركة هذه الاستعاذه * i. e. *Propheta, ſuper quo pax* (Muhamedem intelligit) *dictum,ſeu apophthegma fuit:Nemo ex natis naſcitur, quem, tempore nativitatis,Sathan non contrectet,quo contactu deformis homo redditur,*

Liber 1. de orig. Muh. *ditur, Mariâ exceptâ, & filio ejus.* Senſus eſt: *Sathanam ſeductionem ſeu depravationem intentare omni homini ἀρτιγεννήτῳ, ita ut* veſtigia *facilè ſentiat, exceptâ Mariâ, & filio ejus, quos Deus protexit benedictione hujus implorati auxilii.* Ex his fortè cineribus ædificium ſuum erigere conabuntur Franciſcani, negantes in peccato originali Mariam B. Virginem conceptam eſſe & natam, (quam opinionem integris defenderunt libris Pontificii quidam Doctores, quorum meminit *Auguſt. Barb.* Coll. Concil. Trident. pag. 11. aliis reclamantibus, vide ὁδηγὸν noſtrum P. II. p. 160. & deinceps) ſed ſciant 1. Peccatum originale à Muhammedanis aboleri & tolli, non in Maria tantùm, ſed & omnibus hominibus. Vide *Ahmed* p. 153. Excipio tamen Alkoranum, in quo quædam occurrunt loca, quæ de corruptione generis humani clarè ſatis agunt. 2. Controverſiam hanc demum poſt Muhammedis tempora inter Chriſtianos fuiſſe motam: Patribus priſcis in eam ſemper ſententiam inclinantibus, neminem, ne ipſam quidem B. Virg. à labe originalis peccati excipi. Etſi nec hoc negemus, in ipſa ſtatim Eccleſiæ primitivæ infantia, multa de Beata Virgine, animo non omnino malo, dicta eſſe, quæ novis deinceps dogmatibus anſam præbuerunt. Ea præſertim, quæ ad hanc immunitatem peccati originalis ſpectant, diu ſatis clam agitata ſunt, priùs quàm in publicam diſſidii flammam eruperint. Quod poſt milleſimum demum à nato Chriſto obtigit annum, animorum tanta acerbitate & contentione, ut *Antonius à Trejo*, Regis Hiſpaniarum Orator in Pauli V. ſinum graviſſimam depoſuerit querelam, non poſſe non hæc iis diſſidia à Reformatis exprobrari, quòd in mutua quaſi nimis importunè ſævirent viſcera, & ruptis concordiæ repagulis, tenaciores foverent ſimultates & iras, quàm quæ cum laude concordiæ Catholicæ ſubſiſtere poſſent. Vide *VVaddingi* legat. p. 103. 104. Scribit quidem *Felix Malleol.* de empt. & vendit. p. m. 149. b. Jam ſuo tempore *de conceptione virginis per mille annos & ultra*

Digitized by Google

ultra fuiſſe diſputatum: ſed fallitur. *De hac enim conceptione immaculata*, ut rectè notat *Rivet.* in Apolog. p. 22. *nec in Scriptura, nec in Scriptoribus Eccleſiaſticis per integrum millenarium ne veſtigium quidem apparet. Sancti omnes*, monet *Canus* Loc. Comm. lib. VII. c. 1. *qui in ejus rei mentionem incidere uno ore aſſeverârunt B. Virg. in peccato originali conceptam.* Non ergò locus Alkorani de immunitate B. Virg. ab hac labe intelligi poteſt. Aut ſi ita ſit, primus certè fuiſſet Muhammed, qui inſolens hoc in Eccleſiam dogma invexit, quòd quomodo hyperaſpiſtæ ejus ſint defenſuri, ipſi viderint. Sed hæc loci hujus non ſunt. Liber 1. de orig. Muh.

V. *Mariæ ſimilem eſſe Phatimam Muhammedis filiam.* 5. *Maria confertur Phatimæ filiæ Muhammedis.*

A. Reſpectu *perfectionis*, juxta illud: كمل من الرجال كثير ولم يكمل من النسا الا اربع اسية بنة مراحم ومريم بنة عمران وخديجة بنة خويلد وفاطمة بنة محمد ✱ id eſt, *Inter viros multi perfecti fuerunt: Inter mulieres autem perfectæ fuerunt quatuor tantùm: Aſia,, filia Meraham: Maria filia Imran: Chadigha, filia Hubald: Phatima filia Muhammed.*

B. *Miraculoſæ cibationis.* Hinc *Beidavi*: روي عن النبي صلي الله عليه وسلم ان فاطمة رضي الله عنها اهدت لرسول الله رغيفين وبضعة لحم ورجع بها اليها وقال هلمي يا بنية وكشفت من الطبق واذا هو مملو خبزا ولحما فقال اني لك هذا فقالت هو من عند الله ان الله يرزق من يشا بغير حساب

Liber 1. de orig. Muh. فقال الحمد لله الذي جعلك شبيهة سيدة نسا بني اسرايل ✱ id eſt, *Ajunt; Propheta, ſuper quo preces & pax Dei, ſic referente; Phatimam; in qua Deus acquieſcat; attuliſſe Apoſtolo Dei (*Muhammedi*) duas placentas & fruſtum carnis, quibus cum ille ad eam reverſus dixit: Age, ô filia! Illa verò cum vas ſuum detegeret, plenum illud habuit pane & carne. Dixit igitur: Vnde tibi hoc? Reſpondit: Hoc à Deo eſt. Deus autem ſuſtentat quem vult absque numero.* (computatione, menſura aut merito) *Regeſſit* Muhammed: *Laus Deo, qui ſimilem te poſuit Dominæ mulierum filiorum Iſraël,* id eſt, B. Virgini. Vide ſuprà. p. 133.

6. *Defendunt Mariæ ἀειπαρθενίαν.*

VI. *Ἀειπαρθενίαν* tandem ſanctiſſimæ Virginis contra Judæos & alios Antidico-Marianitas fortiter defendunt Muhammedani. Locus illuſtris occurrit *Sur.* III. de familia Imranis: اذ قالت الملايكة يا مريم ان الله يبشرك بكلمة منه اسمه المسيح عيسي ابن مريم وجيها في الدنيا والاخرة ومن المقربين ويكلم الناس في المهد وكلها ومن الصالحين قالت رب اني يكون لي ولد ولم يمسسني بشر قال بذلك الله يخلق ما يشا اذا اقضي امرا فانما يقول له كن ويكون ✱ *Cùm dixerunt Angeli: O Maria, equidem Deus annunciat tibi Verbum ex ſe ipſo, cujus nomen erit Meſſias, Iſa, filius Mariæ, qui futurus eſt ſpectabilis in mundo, & in cœlo, ſeu in altera vita, & ex appropinquantium numero, quíque loquetur hominibus in cunis & adoleſcens, & ex numero proſperè agentium. Dixit illa: Domine mî, quomodo erit mihi proles, cùm non attigerit me ullus homo? Dixit: ita Deus creat quicquid vult, cùm decrevit*

crevit negotium aliquod tantùm dicit illi, Eſto, & extitit. Liber 1. de
Suratâ XX. p. 18. expreſsè meminit conceptionis Chriſti ex orig. Muh.
Spiritu Sancto. والتي احصنت فرجها فنفخنا فيها
من روحنا وجعلناها وابنها اية العالمين * id eſt, *Illi
verò, quæ ſuam defendit virginitatem, inſpiravimus de ſpiritu
noſtro, eámque & filium ejus poſuimus ſignum hominibus.*
Mirum, quantum in vocibus نفخنا فيها من روحنا
Inſpiravimus ei de ſpiritu noſtro, Arabici interpretes ſe torſerint!
Zamhaſchari & *Beidavi* verba hæc duobus modis explicant.
1. نفخنا الروح في عيسى فيها احياناه في
جوفها *Inſpiravimus Spiritum in Iſa, qui in ea fuit*, id eſt,
vitam ei conceſſimus in ventre ejus. 2. نفخنا اي فعلنا
النفخ في مريم من جهة روحنا وهو جبريل صلى
الله عليه لانه نفخ في جيب درعها فوصل النفخ
الي جوفها *Inſpiravimus*, id eſt, *fecimus flatum ſeu ſpiramen
in Mariam per quendam Spiritum noſtrum, qui Gabriel
eſt, pro quo Deus oret. Is enim inſpiravit ſinui brachii ejus,
quod deinde ſpiramen venit in ventrem ejus.* Sic etiam *Keſſaus*
p.m. 113. فمد جبريل اصبعه الي جانبها ونفخ
فيها فبلغت النفخة الي بطنها وحملت لوقتها
وساعاتها بعيسى عليه السلام * id eſt, *extendit Gabriel
digitum ſuum versùs latus ejus, & inſpiravit illi* ſpiraculum;
*& pertigit illud in ventrem ejus, & concepit è veſtigio
Iſa s. q. p. Beidavi* verò ſcribit, intelligere Deum hoc loco Spiritum

ritum

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh. ritum الذي هو بامرالله وحده *qui ipſius tantùm juſſa obſervet*, der allein und eigentlich auff ihne warte / vel, qui per mandatum & juſſum ſolius Dei exiſtat. Neſcio an Theologorum ἐκπορεύεσθαι exprimere voluerit. Eſſent & alia de tempore & loco hujus partus virginei obſervanda, nî tempus aliò nos vocaret. Vide interim Compend. Muhammed. de Chriſto & Chriſtiana Relig. *Lev. VVarneri* pag. 6. 7. *Keſſ.* vit. Pat. pag. 116.

Iohannes Baptiſta. يحيى *Jahia*, id eſt, *Johannes*) Johannis hujus non niſi honorificentiſſimè meminerunt Alkoraniſtæ. In ipſo Alkorano ejus expreſſa fit aliquot locis mentio, *Sur.* III. & *Sur.* XIX. Sed aphoriſticè agamus.

I. Hiſtoriam annuntiationis *Keſſæus* in vitis patrum pag. 107. & deinceps ita prolixè recenſet, ut repetitionis ferè tædeat. Vide quæ ſuprà ex *Alkor.* citavimus p. 128.

II. De nativitate ejusdem ſic ſcribit idem pag. 114. فلما تمت ايام حملها وضعت يحيى عليه السلام وله نور ساطع *Cúmque abſolverentur dies conceptionis, peperit Johannem, s.q. ſupra quem lumen micabat.*

III. Scribunt Arabes Johannem & Chriſtum fuiſſe patrueles. Vid. ſup. p. 107. Sic *Beidavi* & *Zamhaſchari* وكان يحيى وعيسى ابني خالة من الاب *Erant autem Jachia & Iſa filii patrueles:* Matrueles tamen, ſeu conſobrinos fuiſſe Chriſtiani probabiliter aſſerunt, quos S. Scriptura Συγγενεῖς in genere appellat.

Propheta. بيغمبر عليه السلام *Propheta ſuper quo pax ſit*) Nomen Prophetæ ei expreſsè tribuitur in *Alkorano* Sur. III. Quàm verò turpiter in deſcriptione vitæ ejus, Prophetico cumprimis & ſacerdotali munere, hallucinentur, quámque ineptè

eptè cum Elia eundem confundant,ex *Keſſæo* diſcemus. Sic illc in vitis Pat.p.132.& deinceps. *Mortuo Zachariæ ſucceſſit Jahja,filius* (Judæi certè etiam eum כהן גרול *ſacerdotum magnum* appellant. Unde R. *David Gans* in Zem.Dav.P.1.f.36. הורודס לקח את אשת אחיו פוליפוס בעודנו חי לו לאשה ויוחנן כג בעבור הוכיחו על זה הרגו בחרב עם רבים מחכמי ישראל id eſt, *Herodes accepit conjugem fratris ſui Pilipus* (Philippi) *dum adhuc ille viveret in uxorem; & Johannem Sacerdotem maximum,eò quòd ipſum redarguiſſet,occidit gladio,cum multis aliis ſapientibus Iſraël*) *regnante Achabo & Azbile,cujus manus non tantùm ſanguine Prophetarum & Juſtorum madebat,ſed & Veneris mancipium erat. Septem illa habebat viros,quos Rex omnes oppugnabat. Ipſa verò ſpecioſa admodùm abſentis,aut bello occupati Regis vices ſuſcipiebat; in bellum nonnunquam prodibat, & in omnibus ferè negotiis Principis alicujus perſonam agebat. Jahja interim graviter eam reprehendit,exprobratâ ipſi tyrannicâ Prophetarum maritorum & Juſtorum lanienâ: Illa verò,irâ efferveſcens,in carcerem illum compingit,* ثم انها دات يوم اعرضت اهل السجن عليها فرات فيها شابا جميلا من ابنا الملوك وكان رهينا عند زوجها ثم فعسقته وامرت صاحب السجن باكرامه وان تجري عليه نفقته وتجعل له منزلا واسعا وكان يدخل اليها ليلا ويبات معها واذا كان الصبح عاد الي سجنه فعلم يحيي بذلك ووعظ الشاب ذكره فلما قال له ذلك نقل خبره الي الزبيل وغضبت وحدثت نفسها بقتل يحيي وخافت

Liber 1. de orig. Muh. *Martyrii ejus meminerunt 1. Iudæi.*

2. Arabes.

Liber 1. de orig. Muh. وخافت ان يفشي سرها ولما قدم زوجها من سفره
ركبت وركبت معها ابنته وكانت اكبر
اولاده وكان الملك ابوها يحبها محبة شديدة
وكان لها راي جزيل ولم تكن تلتفتيه في سفر
قبله قط وقال لها الملك احب يا بنية استوجبت اليوم
تحفة من ابيك بخروجك للقايه وتعظيمك لحقه فاسل
مني ما شيت لانك لم تسلني شيا الا بلغتك اياه
وقالت يا والدي ما لي حاجة الي شي ولكن نريد
ان توهب لي اهل السجن فامرت بهم فخرجوا
فاعرضوهم عليها فلما مر بها يحيي امرت به ازبيل
ان يذبحوه في طست فذبحوه كما تذبح الشاة *

id eſt, *Quodam verò die præſentes ſiſtebant ſe captivi, quos inter vidit adoleſcentem, formoſum, ex filiis regiis, quem herus ejus obſidis loco habebat. Illa verò, accenſa in ipſum amore, in mandatis dedit* δεσμοφύλακι, *ut honorem ei deferret, ſumptus ſuppeditaret, & habitaculum amplum aſſignaret. Ipſe quoq;, noctu ad eam ingreſſus, cum eadem pernoctavit, manè verò in carcerem rediit. Quo cognito, Jahia hortatus eſt juvenem, cúmque* officii *monuit. Ille verò, cùm hoc ei dixiſſet, ſtatim detulit famam ejus AZbili* (Jezabeli) *quæ commota cogitare cœpit Jahia* (Johannem) *occidere: Metuit enim, ne ſecretum ejus proderet. Cúmque maritus ejus ex itinere rediret, equum conſcendit ſecúmque filiam, quæ natu maxima inter liberos ejus* (Achabi) *erat, aſſumſit, quam pater ejus, Rex, impendiò diligebat.* Ipſa autem ſagax *cùm eſſet, ad patrem*

trem in itinere faciem priùs non convertit (aut, *avertit*: utrumque enim vox Arabica notat) *quàm ei Rex Agab* (Achab) *dixiſſet: O filia! merita es hodie donum à patre tuo, quòd egreſſa in occurſum adventum ejus honorâſti. Pete igitur à me, quicquid volueris: Neque enim quicquam à me petes, quod non ſim tibi indulturus. Dixit: ô parens, nullius rei ſum indiga: Optem autem te mihi concedere captivos. Poſteaquam autem in hos illi poteſtatem dediſſet, egreſſi illi ſe ſtiterunt præſentes. Cùm verò Jahia* (Johannes) *tranſiret, eum Azbil in amplo cratere mactare* (propr. *ſacrificare*) *juſſit: mactârunt autem eum, ſicut ovis mactatur.* Addit poſtea, filiam caput Johannis ſanguinem ſemper ſtillans in patina patri obtuliſſe, eique dixiſſe, donum ſe, vel hoſtiam ei nunc offerre, qualis hactenus regi nulli obtigerit. Cúmque rogâſſet quid igitur haberet, reſpondit: هو يحيي ابن زكريا *Hic Jahia eſt, filius Zachariæ.* Tunc Rex: اهلكت اباك وامك وقومك *Perdidiſti patrem tuum, matrem tuam & populum tuum.* Quomodo? ſubjungit فلم يزالوا يتعارفون بالتغيير والتقصير من عند الله يوما بعد يوم حتي اباده الله وسلط عليهم عدوا فذبحها فذبح اباها وامها وجميع من فرح لقتل يحيي * *Neque ceſſârunt zelotypiâ certare, & divinitus de die in diem debilitari, uſque dum Deus eos perdidit, adverſariúmq; ſuper eos dominari fecit, qui mactavit eam* (filiam) *patrem, matrem, & omnes eos, qui morte Jahia ſunt delectati.* Tandem concludit, Johannis ſanguinem à Rege ſepultum ita ebulliiſſe, ut ædes regiæ & loca vicina eo redundârint. Sed ecce *ἐχθροὶ θεοῦ ὄμμα!* وسلط الله عليهم

Liber 1. de orig. Muh.

Liber 1. de orig. Muh.

عليهم عدوا ثايرا بدم يحيى عليه السلام فلم يزل
يقتلهم والدم يغلي حتى قتل منهم سبعون الفا
فسكن غليان الدم وكفوا عنهم السيف ❋ id eſt, *Et Dominari fecit Deus ſuper eos hoſtem, vindicem ſanguinis Jahia, ſuper quo pax, qui non deſtitit eos oppugnare, neque ſanguis ebullire, uſque dum occidit hominum ſeptuaginta millia. Tunc ceſſavit ſanguinis ebullitio, & ipſi gladium ab iis continuerunt. Ahmed Ibn-Edris*, ſanguinis vindicem nobis oſtendit Nebucadnezarem. Cauſam tamen ſupplicii ſeu martyrii Johannis idem rectiùs aperit. Verba ejus p. 257. ſunt:

ان يحيى بن زكريا صلوات الله عليهما وسلامه
انكر على ملك بني اسرايل في زمانه زواجه لابنة
امراته فضرب عنقه فبقي دمه كلما ازدم فان الدم
طول الايام حتى قدم بختنصر فقال ما هذا الدم فقيل
انه يفور كلما ردم فقال انه يقول خذوا بثاري
وقتل من بني اسرايل عليه سبعين الفا وسكن الدم ❋

id eſt, *Jahia, filius Zachariæ, ſuper quibus preces Dei & pax, improbavit in rege filiorum Iſraël ſui temporis conjugium filiæ uxoris ſuæ. Et amputavit cervicem ejus. Sanguinem verò ejus obſervavit, quotieſcunque fluxit*, (apparuit enim *ſanguis omnibus diebus uſque dum venit Bacht-nezar*) *dixítq́; : Quis hic ſanguis? Reſponſum eſt ei. Intumeſcit, quotieſcunque fluit. Dixit* Bacht-nezar*: Ait utique: vindictam de me ſumite. Et occiſi ſunt per ipſum Iſraëlitæ ſeptuagies mille. Atque ſic ſanguis quievit.* Diſſolutas has fabularum Muhammedicarum ſcopas afferre placuit, ut Lectori conjecturas, quas jam

jam in præcedentibus habuimus,quæque remotæ aliâs videri poſſent, faciliùs probaremus. Quis enim,niſi talpâ cæcior, non videt,hanc unam de Johanne hiſtoriam in Arabum monumentis centonem eſſe,cujus laciniæ planè ſint כלאים hetero-geneæ ? Quædam ex Veteri,alia ex Novo Teſtamento, nec pauca ex mendacii hominum cerebro aſſuta. Unde ipſimet in ejusmodi hiſtoriarum recenſione ita inconſtantes ſunt & incerti,ut,quæ mendacii proprietas eſt,tot inter ipſos antilogiæ,quot capita. Sed ad quartam & ultimam Genealogiæ noſtræ ætatem pergendum. Liber 1. de orig. Muh.

Quarta Ætas à Chriſto ad Muhammedem.

جرجس نبي عليه السلام Gergis,i.e.	عيسي بيغمبر عليه السلام
Georgius Propheta,ſuper quo pax.	Iſa Propheta,ſuper quo pax.

Sequuntur Reges Perſici nonnulli ex poſterioribus.

1. اردشير بابكان شابور ذوالاكتاف هرمز ملك

Hormos Rex Dulactaph Schabur Babecan Ardſchir

2. توس بهرم ملك هرمز ملك

Hormos Rex II. Rex Bahram Thus

3. شابور ملك بهرم ملك شابور ملك

Rex III.Schabur Rex II.Bahram Rex II.Schabur.

جرجس نبي عليه السلام *Gergis Propheta ſuper quo pax*) Ne diutius immoremur in inveſtigando novo hoc Pro- *Gerges ſeu Georgius.*

Liber 1. de orig. Muh. Propheta Gergis, dicimus citra ambages Georgium eum eſſe, Divum illum Pontificiorum ὑποβολιμαῖον, vel incertum ſaltem, quem Muhammedanis ea ipſa Acta & Martyrium commendârunt, quæ omnibus ferè linguis olim plebejorum manibus terebantur, quorum vernaculâ noſtrâ linguâ ſcriptum exemplar in Bibliotheca civica aſſervatur: de quibus tamen

Acta ejus ſunt Apocrypha juxta Baronium ipſe *Baronius* in Martyrol. Rom. p. 275. ſic ſcribit: *Leguntur in iisdem alia nonnulla indigna martyre: ut phanatica quædam & portentoſa, ſuſpectum contubernium viduæ, ars doloſa ejusdem ad perdendos Gentilium magos, atque enecandos Gentiles quosque, innumera præterea tormentorum genera, quibus agitatus Georgius nec mori potuit; ut præter equuleos, ungulas, crates ferreas ignitas, rotámque mucronibus undique præfixam, calceósque armatos clavis, quæ & in aliis leguntur actis, etiam arca ferrea clavorum cuſpidibus intus ad feriendum aptata, præcipitium, contuſiones malleis ferreis iteratæ, columna ingentis ponderis ſuper eum poſita, ingentísque molis ſaxum ſuper caput revolutum, ferreum ignitum ſtratum, liquens plumbum ſuper effuſum, 40. igniti clavi, quibus eſt confoſſus, æneus bos candens, merſio in puteum, ingentis ponderis ſaxo ad collum ligato; quibus nec quidem occidi Martyrem potuiſſe tradunt. Ad hæc inſuper fingitur ibi Dacianus quidam Imperator, qui Perſis dominetur, & 75. Regibus imperet, ſub quo Georgius paſſus ſit, & alia multa, quæ potius delirantium ſomnia, quàm ſinceram hiſtoriam Martyris præ ſe ferant.* Hæc Baronius. Quemadmodum verò Muhammed & Muhammedani, araneas imitati, id ipſum maximè ex Chriſtianorum ſcriptis hauſerunt, quod vel apocryphum fuit, vel verum quidem, ſed animo maligno depravatum, planéque à mente authoris detortum: Ita ex univerſa Eccleſiaſtica hiſtoria vix aliud in Alkorano & Arabum ſcriptis reperias, quàm incerta quædam & Apocrypha ἀποσπασμένα, cujusmodi eſt fabula de Georgio, & ſeptem dormientibus, quarum illâ turpiter

Digitized by Google

ter contra dogma Trinitatis venerandum ſunt abuſi. Ita enim Comment.in Alkor.habent: ومن بعض العلما انه إسر بالروم فقال لهم لم تعبدون عيسي قالوا لانه لا اب له قال فادم اولي لانه لا ابويـن له قالوا يحي الموت قال فحزقيال اولي لان عيسي احيا اربعة نفر واحيا حزقيال ثمانية الاف قالوا كان يبري الاكمه والابرص قال فجرجيس اولي لانه طبك واحرق ثم قام سالما ✱ id eſt, *Refertur de quodam docto, quòd Romæ captus dixerit iis: Cur colitis Iſa? Reſponderunt: quia patrem non habet. Tunc ille: Potior ergò eſt Adam, qui nec patrem habuit nec matrem. Regerunt: Mortuos excitavit. Reſpondit: Et ſic prior eſt Ezechiel. Iſa enim tantùm excitavit quatuor homines, at Ezechiel hominum octo millia. Dixerunt: Sanavit cæcos & leproſos. Reponit: Etiam hic potior Georgius eſt, ut qui lixatus & combuſtus eſt, poſtea ſalvus evaſit.* Videant igitur Pontificii ubi ſuum illi habeant Martyrem Georgium: hunc enim Muhammedani ſuum faciunt. Unde ejus hiſtoria plenè in vitis patrum â *Keſſæo* deſcribitur. Refert de eo انه كان عبد صالحا ولم يكن نبيا وكان في زمانه ملك من ابنا الاعاجم يسكن ببلد الموصل ✱ *quòd religioſus fuerit (ſervus* Dei *pius) nec tamen Propheta; quódque tempore ejus vixerit Rex ex filiis Barbarorum, qui in terra Mauzal habitârit.* Etſi verò miraculis clarus valde fuerit, fidem tamen ei, ſcribit, neminem habuiſſe, tribus exceptis, امراة الملك والعجوزة التي حبس في بيتها والمراة التي احياها

Liber 1. de orig. Muh. Gergis hujus mentio. 1. in Comment. in Alkor.

2. in Keſſæo.

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh. ✻ احباها تورها *uxore regis: Vetulâ illâ, in cujus iſte ædibus vinctus continebatur: & muliere, cujus taurum vitæ reſtituit.* Quæ verò *Keſſæus* & alii Muhammedani de hoc Gergis commemorant, illa, ex Chriſtianorum ſcriptis & auditione habent. Etſi enim Acta Georgii pridem jam graviſſimâ notârit cenſurâ *Papa Gelaſius*, ſemper tamen à plebe credula recepta ſunt, ipsáque ſuperſtitio adeò crevit, ut qualem nunc Pontificii venerantur Georgium, parabolicum aut tropologicum χῆμα eſſe ipſi concedant adverſarii. Vide ὁδηγῦ P. II. pag. 243. Porrò hunc Muhammedanorum Gergis ſine controverſia Georgium eſſe, dubitare nos non ſinit luculentus *Patricidis* contextus, qui pag. 100. in Hiſt. Eccl. ſic habet: وقتل من النصاري ما لا يحصا عددهم الا الله واستشهد في ايامهم الوف الوف من الشهدا وعذبوا مار جرجيس باصناف العذاب وقتلوه بفلسطين وجنس مار جرجس

3. Patricide. ✻ من مدينة قبادوكية *Et occiſi ſunt tot Chriſtiani, ut numerum eorum, præter Deum, nemo poſſit inire: Et martyrium ſubierunt diebus eorum (*Diocletiani & Maximiani*) martyrum multæ chiliades: Et cruciârunt Mar-Gergis (*Dominum Georgium*) variis cruciatibus, eúmque occiderunt in Palæſtina. Genus autem Mar-Gergis (*Syriacum vocabulum eſt ܡܪܝ מר, quo utuntur Syri, quoties Doctorum ſuorum meminerunt*) erat ex provincia Cappadociæ.* Ex ejusmodi ſcriptis, à quorum lectione Muhammedani non arcentur, mentio *Gergis* ſeu *Georgii* in hanc Genealogiam irrepſit. In Elmacino

4. Elmacino. etiam Georgii Martyrium pag. m. 221. his verbis reperitur: وفي السنة التاسعة من ملكه عصي عليه اهل مصر واسكندرية

والسكندرية وقتل منهم خلقا كثيرا وكتب بغلق Liber 1. de orig. Muh.
الكنايس وامر بعبادة الاصنام واثار علي النصاري بلايا
شديدا وقتل منهم ما لا يحصي عدده واستشهد في
ايامه القديس مار جرجس وكان من اولاد البطارقة
لانه طلب منه ان يرجع عن النصرانية ويعبد الاوثان
ولم يقبل منه فعذبه عدة سنين باصناف العذاب
ولما اعياه امر بضرب عنقه * id eſt, *Anno nono regni ipſius* (Diocletiani) *rebellârunt contra ipſum Aegyptii & Alexandrini, & occidit ex iis populum magnum: ſcripſit ut clauderentur templa, juſſitque colere Idola, & concitavit contra Chriſtianos multas calamitates, quos tanto numero trucidavit, ut recenſeri non poſſint. Martyrio autem affectus eſt Sanctus Mar-Gerges, qui filius fuit Patriarchæ* (vel *Chiliarchæ*, utroque enim modo Arabica vox ſumitur) *à quo ille petiit, ut relicto Chriſtianiſmo Idola coleret: quod cùm facere nollet, eum aliquot annos variis tormentis cruciavit: Tandem, cùm ipſum delaſſâſſet, decollari eum juſſit.*

عيسي پيغمبر عليه السلام *Iſa*, id eſt, Jeſus, *Propheta ſuper quo pax*) Quæ Muhammedanorum de Jeſu Nazareno, unico generis humani Servatore ſit fides, compendioſiſſimè diſcimus ex fragmento *Sur.* III. quod ſic habet: اذ قالت الملايكة يا مريم ان الله يبشرك بكلمة منه اسمه المسيح عيسي ابن مريم وجيها في الدنيا والاخرة ومن المقربين ويكلم الناس في المهد وكهلا ومن الصالحين *Iſa, id eſt, Ieſus.* *Fides Muhammedanorum de Ieſu.*

V

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

الصالحين قالت رب اني يكون لي ولد ولم يمسسني
بشر قال كذلك الله يخلق ما يشي اذا اقضي امرا
فانما يقول له كن ويكون فيعلمه الكتاب والحكمة
والتورية والانجيل ورسولا الي بني اسرايل قد جيتكم
باية من ربكم اني اخلق لكم من الطين كهية الطير
فانفخ فيه فيكون طيرا باذن الله وابري الاكمه
والابرص واحي الموتي باذن الله وانبيكم بما تاكلوا وما
تدخرون في بيوتكم ان في ذلك لاية لكم ان كنتم
مومنين ومصدقا لما بين يدي من التورية ولاحل
لكم بعد الذي حرم عليكم وجيتكم باية من ربكم فاتقوا
الله فاطيعون ان الله ربي وربكم فاعبدوه هذا صراط
مستقيم فلما احس عيسي منهم الكفر قال من انصاري
الي الله قال الحواريون نحن انصار الله امنا بالله واشهد
بانا مسلمون ربنا امنا بما انزلت واتبعنا الرسول
واكتبنا مع الشاهدين ومكروا ومكر الله والله كبير
الماكرين اذ قال الله يا عيسي اني متوفيك ورافعك
الي ومطهرك من الذين كفروا وجاعل الذين اتبعوك
فوك الذين كفروا الي يوم القيمة ثم الي مرجعكم فاحكم
بينكم

بينكم فيما كنتم فيه تختلفون فاما الذين كفروا فاعذبهم عذابا شديدا في الدنيا والاخرة فما لهم من ناصرين فاما الذين امنوا وعملوا الصالحات فيوفيهم اجورهم والله لا يحب الظالمين ذلك تتلوه عليك من الايات والذكر الحكيم ان مثل عيسي عند الله كمثل ادم خلقه من تراب ثم قال له كن ويكون الحق من ربك ولا تكن من الممترين فمن حاجك فيه من بعد ما جاءك من العلم فقل تعالوا ندع ابنانا وأبناكم ونسانا ونساكم وانفسنا وانفسكم ثم نبتهل فنجعل لعنة الله علي الكاذبين ✻ id eſt, *Cùm dixerunt Angeli, ô Maria, equidem Deus annuntiat tibi verbum ex ſe ipſo, cujus nomen erit Meſſias, Iſa, filius Mariæ, qui futurus eſt ſpectabilis in mundo, & in altera vita ex appropinquantium numero, quíque loquetur hominibus in cunis & adoleſcens, & ex numero proſperè agentium. Dixit illa: Domine mî, quomodo erit mihi proles, cùm non attigerit me ullus homo? Dixit: ita Deus creat quicquid vult, cùm decrevit negotium aliquod, tantùm dicit illi, eſto, & extitit. Docebit autem Deus illum librum & ſapientiam, & legem Moſaicam & Evangelium, & legatum ad filios Iſraël,* dicentem: *utique ego veni ad vos cum miraculo à Deo veſtro. Vtique ego creabo vobis de luto ad formam avium, & inſpirabo illi, fiéntque aves permiſſione Dei: Et ſanabo cæcum & leproſum, ad vitam revocacabo mortuos permiſſione Dei: Et explicabo vobis quid eſuri, quídque in theſaurum repoſituri ſitis in ædibus veſtris: Equi-*

Liber 1. de orig. Muh.

Liber 1. de orig. Muh.

dem in eo ſignum vobis eſt, ſi eſtis credentes. Et confirmabitur quod coram me eſt de lege, utq; licita vobis faciam quædam eorum, quæ vetita fuerunt vobis, veniámque ad vos cum ſigno (alio) *à Domino veſtro. Timete autem Deum & obedite mihi. Equidem Deus Dominus meus, & Dominus veſter, ideóque adorate eum: Hæc quidem via eſt recta, cùm verò perſenſiſſet Jeſus ab iis infidelitatem, dixit: Quínam aſſeclæ mei apud Deum? Dixerunt Apoſtoli nos adjutores Dei, & credimus in Deum: Tu verò teſtare, quòd ſimus Moſelmani. Domine noſter, credimus in illud quod cælitus demiſiſti, & ſequimur legatum, ideóque adſcribe nos teſtibus. Et cùm fraudulenter egiſſent, fruſtravit eos Deus, quando dixit: O Jeſu equidem animam tuam diſſolvam, & attollam te ad me, & ſanctificabo te ab iis, qui credere noluerunt, & conſtituam qui ſecuti ſunt te ſuper eos qui noluerunt credere in Chriſtum. Deinde reducam vos ad me, & judicabo inter vos de eo in quo fuiſtis inter vos diſſentientes. At verò qui fuerunt infideles, eos puniam ſupplicio gravi in mundo & altera vita, neque iis erunt adjutores ulli. Qui autem crediderint & fecerint opera bona, iis Deus præſtabit mercedes ipſorum: neque enim Deus amat injuſtos. Hoc* (diſputationem nempe hanc de natura & officio Meſſiæ) *dictavimus tibi de ſignis & commemoratione ſapientiæ plena. Equidem ſimilitudo Iſa apud Deum, ſicut ſimilitudo Adami, quem creavit ex terra, deinde dixit: Exiſte & extitit. Veritas à Domino tuo, neque eſto ex iis, qui aliquid addunt. Et ei qui diſputaverit tecum, poſt quam ad te pervenit ſapientia dicito: Accedite quo vocabimus liberos noſtros & liberos veſtros, & mulieres noſtras, & mulieres veſtras, & animas noſtras, & animas veſtras, deinde ſincero animo precemur, & imponamus maledictionem Dei mentientibus.* Colligimus ex hoc Alkorani fragmento poriſmata ſequentia.

Muhammedanis non eſt ignotum 1. Nomen Jeſu.

I. *Muhammedanis nomen Jeſu non eſſe ignotum.* Non quidem Muhammed in ſanctiſſimo hoc exprimendo nomine voca-

vocales, & conſonantes eo planè retinet ordine, quem nominis Etymologia requirit, ſed, mori ſuo indulgens, literis tranſpoſitis عيسي *Iſa*, vel, *Iſai* eum appellat. Quid verò hoc nominis? Aqua iis hæret, & præter alluſivas quaſdam, imò ridiculas originationes comment. eorum nihil ſuppeditant. Rectè quidem *Beidavi:* عيسي معرب ايشوع Iſa *Arabizatum eſt, ex* Iſchua, *Syriaco.* Mox tamen cœleſtem hanc Nomenclaturam eſſe ignorans, ejus ab Arabibus accerſit Etymologiam, & quidem à عيس quod *fuſcum, albo, ruſóque variegatum* notat. Vide quid ſit genuinam vocum originem ignorare! Quid ſi diceremus, Muhammedi, nihil tale cogitanti, impoſitum fuiſſe à marrucino ſuo Judæo Abdalla, qui Talmudiſtarum ſuorum incoctus blaſphemiis didicerat, impium illum παραλληλισμὸν inter עשו *Eſavum*, & ſanctiſſimum mundi Servatorem (vide Lex. Talmud. *Cl. Buxt.* pag. 32.) Jeſum, quem ille blaſphema hac συνωνυμίᾳ exprimere voluit. Nec Judæorum malitia, nec Muhammedis perverſa indoles hanc nobis vero abſimilem reddit conjecturam. Liber 1. de orig. Muh.

II. *Meſſiæ quoque cognomentum apud eos & venerabile eſſe & frequens.* Illud verba *Beidavi* confirmant: المسيح لقبة وهو من الالقاب المشرفة Meſſia *cognomentum eſt ex cognomentis nobilioribus*: Hoc uſus probat & ubique Servatoris noſtri hoc nomine obvia mentio. Incunabula vocis ſi quæras; rectè ea in Judæa oſtendunt. *2. Meſſiæ ſeu Chriſti.*

Hebræam enim vocem eſſe *Beidavi* concedit. At ubi ad ſignificationem deventum eſt, iterum produnt ſuam in hac Theologiæ parte Μυστηριωδεστάτῃ ignorantiam. Nam illi quoque, qui originem vocis Hebræam non ignorant, à *benedictione* ſic appellatum eum conjecturant. Cæteri vocem Meſſiæ ex Arabum ſignificatione explicant, Audiamus ipſum *Beidavi:*

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh. *davi:* من المسح لانه مسح بالبركة او بما ظهره من الذنوب او مسح الارض ولم يقم في موضع او مسحه جبريل id eſt, Dicitur Maſiho (Meſſias) *à quòd ſit creatus in benedictione:* aut, *quòd Deus purum eum ſervaverit à peccatis:* aut, *quòd peragrârit orbem, nullo in loco ſubſiſtens:* aut, *quòd eum unxerit Gabriel.* Rem ipſam ſi ſpectes & controverſiam, quæ cum Judæis nobis intercedit, an Jeſus Nazarenus ſit verus Meſſias, diximus jam in *Theſaur. Philol.* p. 163. Muhammedanos à Chriſtianorum ſtare partibus.

3. Λόγος Ἰηῦ. III. *Λόγον, ſeu Sermonem Chriſtum ἐξόχως ab iiſdem appellari.* Dubitandum non eſt, quin ἐπίθετον hoc Servatoris noſtri, vel potiùs Χαρακτῆρα οὐσιώδη deſumpſerit Muhammed ex *Joh.* c. 1. v. 1. Aliò tamen torquent Arabes, & ineptam planè Nominis hujus confingunt rationem سمي بذلك عيسي لانه وجد بامره تعالي دون اب وشابه البدعيات التي هي عالم الامر * *Sic appellatur Iſa,* ſcribit Beidavi, *quia ad verbum, ſeu mandatum Dei extitit absque patre, & juventus ejus miraculis conſpicua fuit, quæ quidem nota ſunt viri ex benedictione divina probi, & rerum copia affluentis.* Ita enim verti poteſt; vel; *quæ indicium ſunt imperii,* quod Chriſtus habuit in omnes creaturas. Memini, Oxonii cùm eſſem, in Muſeo viri doctiſſimi, *D. Gravii,* Linguæ Arabicæ & Mathematum Profeſſoris meritiſſimi in Lexico quodam Arab. cui nomen اجماع اللغة me legere, Chriſtum vocari كلمة الله *verbum Dei;* لما انتفع في الدين كما قيل فلان سيف الله اسد الله *

quòd

quòd utilis fueris Religioni (Religionis promotor fuerit) *quemadmodum diciur* (de aliis) *hic eſt Gladius Dei, Leo Dei.* Liber I. de orig. Muh.

IV. *Chriſtum uſitatè filium Mariæ appellari.* Propterea quòd, ut *Beidavi* ſcribit, يولد من غير اب اذ الاولاد تنسب الي الابا ولا تنسب الي الام الا اذا قتل الاب* *naſcetur absque patre. Liberi aliâs denominantur à patribus, & non à matribus, niſi pater occiſus fuerit.* Vide ſup. p. 138. 4. *Chriſtus vocatur filius Mariæ.*

V. *Emphaticum valde eſſe, quòd idem Servator* وجيه *vocatur*, id eſt, illuſtris, *& in hoc, & in futuro ſeculo.* Quo ſenſu illud Arabes intelligant, ex *Beidavi* proferemus. الوجاهة في الدنيا النبوة وفي الاخرة الشفاعة* *Præſtantia illa in hoc mundo conſiſtit in Prophetia* (munere Prophetico) *in altera verò in interceſſione.* Concorditer enim Arabes docent, *Chriſtum in cælo, ſeu vita æterna Mediatoris*, ſeu ἱκέτου *munere fungi.* Unde ad finem *Suratæ* LIII. monet *Beidavi*: 5. *Illuſtris.*

من قرا سورة الصف كان عيسي مصليا عليه ومستغفرله ما دام في الدنيا وهو يوم القيامة رفيقه*

id eſt, *Qui legit Suratam* الصف, *pro eo Iſa orat, veniámque peccatorum pro illo petit, quamdiu ſupereſt in mundo: die autem Reſurrectionis ſocius ejus eſt.* Sic Sur. VII. vocatur من المقربين quod paſſivum quidem eſt, quo ad formam, ſed neutrum, quo ad ſignificationem: *Ex appropinquantium numero* communiter reddunt, propterea; ita Arabes explicant; quòd propinquus Deo Chriſtus vocetur في علو درجته في الجنة اورفعته الي السما وصحبة الملايكة* *propter excel-*

Liber 1. de orig. Muh.

celſum gradum quem ille occupat in Paradiſo: aut propter elevationem & aſſociationem cum Angelis. Ego verò non dubito, quin ipſe Muhammed aliò hîc loci reſpexerit, & interceſſionem Chriſti pro fidelibus ſuis intellexerit. Memini me à Clariſſimo Præceptore & Hoſpite meo, *D. Golio*, audire, vocem قرب hoc loco uſurpari, vel ad æternum deſignandum Chriſti ſacerdotium (nam قرب in Conjug. 2. eſt *offerre, ſacrificare*) vel, quòd Chriſtus homines Deo adducat, id eſt, conciliet. Unde colligo, in exemplaribus quibusdam cum formam activam inveniſſe: quòd ſi ita fuerit, locus certè hic dignus eſt, qui diligenter obſervetur. Eſſent inimici veritatis, teſtes ejusdem & approbatores. Plura ex Alkorani textu elicere poſſemus poriſmata, ſed aliò nos ea jubet rejicere inſtituti ratio. Hoc tantùm, ne curſum demorer ipſe, obſervent adverſarii Pontificii, à quibus plumbeos mucrones defendendi Papatum, animas ſuas & facultates deponendo aut oppignerando, mutuârint, à vertumno videlicet & agyrta Arabum, Muhammede. Is, ut ex citato Alkorani textu clariſſimè patet, ſubſidiis & armis S.S. Trinitatem oppugnandi deſtitutus, ultimum quærit effugium in uſitata illa & recepta apud pontificios elabendi rima, execratione nempe ſui & ſuorum. Agite; (non vulgi tantùm, ſed & cleri ſæpe Pontificii vox eſt) Deus iratus, ipſe imò Satan, judicet de Religionis utriusque vel veritate, vel falſitate. Auferat, diſcerpat, dilaniet me malignus ille ſpiritus, niſi, quæ credit Eccleſia Romana, vera ſint, Catholica ſint, Orthodoxa ſint ad unguem omnia. Muhammedis hæ ſunt præſtigiæ, quem ſequi, aliud nihil eſt quam cauſæ infirmitatem prodere. Quàm verò inventis his malis artibus facile fuerit aliquid addere, & quàm multis paraſangis impietatem hanc Muhammedis ſuperent nonnunquam Jeſuitæ, diſces ex iis, quæ habemus in ὁδηγῷ P.III. p. 3.4.

Se-

Digitized by Google

Sequuntur nunc in Genealogia noſtra aliquot Reges Perſici poſteriores, de quibus, cùm prolixè, &, ut ajunt, ex profeſſo, agat *Schikhardus* in ſuo Taarich, ſeu ſerie Regum Perſiæ, multa ſcribere nihil attinet. Meſſem dedit *Schikhardus* uberrimam, nos ſpicilegium promittimus. Ubi tamen notandum. 1. Plures nos hîc dare Perſarum Reges, quàm Genealogia recenſeat. 2. Non Genealogiam per omnia præſentem, ſed ſcriptores alios, fide dignos, & in hiſtoria Perſica bene verſatos nos ſequi.

Liber 1. de orig. Muh. *Catalogus Regum Perſiæ.*

Primus eſt أزدشير *Azdeſchir*: Ita enim ab Elmacino Hiſt. Arab. pag. m. 206. conſtantiſſimè appellatur, exemplo Genealogi noſtri. *Shikhardus* verò & *Teixera* habent *Ardſir*. *Agathias, Herodianus, Zoſimus* & *Lampridius* Artaxerxem eum appellant; *Eutropius* & *Jornandes* Xerxem; *Rufus* Darſem; *Hebræi* أورشير Orſchir, id eſt, *Ahaſuerum*. Hunc cum Romanis bellum geſſiſſe ſcribit *Schikhardus* Severo Imperante: quem tamen *Elmacinus* ad Commodi Imperat. refert annos. Hiſtoriam de eodem recenſet memorabilem, quòd filiam cujusdam regis, ob traditam & proditam arcem Rahel, conjugio ſibi copulatam (metuens ne & ipſe quoque ejus perfidiam experiri cogeretur) diro ſupplicio è medio ſuſtulerit:

1. *Azdeſchir.*

De quo memorabilis hiſtoria.

فاحضر فرسين وشدها في اذنابها واطلقها وتقطعت عضوا عضوا * *Afferri juſſit duos equos, eámque caudis eorum alligatam dimiſit, & conciſa eſt* (diſcerpta eſt) *membratim.* De proximo ejus parente, ſcribit Schikhardus p. 107. *Variant ſcriptores: pleriq; illum vel ignorant, vel reticent. R. Abraham vocat eum* بابك Babek: *noſter verò Turca* بايك Bajek, *procul dubio unius punctuli redundantis errore: Idémque avum nominat* ساسان Saman: Additque, *ſi quid in exemplari corrigere*

 rigere

Liber 1. de orig. Muh.

rigere fas eſt, ambos ego unius filii Patres, Saman quidem verum & genuinum: Babecum verò putatitium fuiſſe judicarem? Quid ſi verò pro ساسمان legamus ساسان *Saſan*: Ita enim corrigere nos jubet *Elmacin.* qui Azdeſchirem vocat ابن بابك ابن ساسان *filium Babeci, filii Saſani.*

2. Schabur, qui Dulaktaph dicitur.

Secundus eſt شابور ذوالاكتاف *Schabur Dulaktaph.* quod eſt ὠμοκρατὴς, quo nomine Perſarum ille Rex appellatus fuit, tum ob ſtaturam giganteam & latos humeros, tum ob immanem crudelitatem ſcribit *Schikhardus*; de quo nos póſt. Judæis tamen benignior fuit. Corruptè eum *Teixera* Tabelketaf nuncupat. *Nicephoro Caliſto* eſt Coſroes, qui Valerianum Imper juſſit excoriari. *Elmacinus* pag. m. 211. 213. eum nuncupat ابن ازدشير *filium Azdeſchir*, eíque tribuit سيرة عادلة *Imperium juſtum.* Hiſtoriam expugnatæ Nizebin fuſè idem deſcribit, notátque, واما سابور ابن ازدشير ملك الفرس فان مملكته عظمت جدا وسار الي الشام وفتح مدن كثيرة وقتل وسبي سبيا عظيما وفتح قبادوقية وقالوقيا ✱ *Saporem, filium Azdeſchir, Regem Perſarum imperium ſuum valde dilatâſſe, in Syriam conceſſiſſe, multa oppida occupâſſe, trucidâſſe, captivos multos duxiſſe, Cappadociam & Ciliciam ſubegiſſe.* Cæterùm, quod ἐπίθετον, cujus Genealogus noſter meminit, attinet, non Sapori vel Schaburo primo, ſed ſecundo, cujus infrà mentio fiet, â Scriptoribus Orientalibus *Elmacino* & *Patricide* tribuitur. Acturi tamen ὕστερον πρότερον Genealogiæ veſtigia hîc legemus, causámque, cur *Schabur* filius Norſa, ſeu *Schabur Poſthumus*, vel ſecundus ذو الكتاف *Dulaktaph* nuncupatus fuerit,

Sed malè: Eſt enim hoc Epitheton Schaburi II. ſeu Poſthumi.

ex

ex Patricide audiemus. Sic ille ſcribit: وفي السنة الخامسة Liber 1. de orig. Muh.
من ملكه مات هرمز ابن نرسي ملك الفرس ولم يكن
له ولد يجعله مكانه وكانت امراة من نسايه حامل
فسالوها القوم هل تعلمون انك حامل بغلام ام
بجارية فقالت اري تحريك الجنين في الجنب اليمين
مع خفة الحمل وهو دليل علي ان يكون ذكرا ففرحوا
بذلك وعقدوا التاج علي بطن تلك الامراة فولدت
غلاما فسمي سابور وهو الذي لقب بذي الاكتاف
وانما سمي بذي الاكتاف لانه اذا ظهر بملك من
الملوك خلع كتفه * id eſt, *Anno quinto Imperii ejus* (Aurelii) *mortuus eſt Hormos, filius Norſa, Rex Perſarum, nullo relicto filio, qui ſuccederet ipſius loco. Erat autem mulier ex conjugibus ejus gravida, & interrogaverunt eam quidam: Neſcis utrum puerulum geſtes, an puellam? Illa verò reſpondit: Sentio moveri embryonem in latere dextero cum allevatione uteri, id quod indicium eſt, fore puellum. Gaviſi igitur impoſuerunt ventri illius mulieris coronam. Cúmque puerum genuiſſet, nomen illi dederunt* Sabur, *cognomen verò* Dul-aktaph, *propterea quòd, quotieſcunque regem vicit ex regibus, ei humerum luxavit.* Habet hæc *Patricides* p. 109. Et *Elmacinus* p. 219. Tale quid ex Hebræorum monumentis refert *Schikhard.* in *Taar.* Idem ille *Patricides* pag. 113. 114 fusè recenſet, qua ratione, reluctantibus licèt conſiliariis, Romam venerit, convivio à filio Imperatoris Maximini, tyranni & Perſecutoris Chriſtianorum, ipſis quoque Perſis exo-

X 2 ſi, in

Liber 1. de orig. Muh. *De quo ſequentia referuntur.*

ſi, in lixarum & calonum, ipſorum denique mendicorum gratiam inſtituto interfuerit, ex imagine poculis inſculptâ agnitus, ad ingenuam confeſſionem adactus, & pelli vaccinæ inſutus, in ipſam Perſiam fuerit abductus. Memorabilis cumprimis eſt Saporis per Patricidem deſcripta liberatio. Cùm enim Romani non tantùm Perſis oppugnandis, ſed & ventri vacarent & ſacris ſuis, cuſtodes, Sapori dati, captæ ſuæ, & ſtabulo ferreo (ut habet *Elmac.*) incluſæ vaccæ ἐσχηματισμένης, planè obliviſcuntur: Interea كان حوله ممن اسرته الروم من
اهل الاهواز اناس كثير فسمع سابور كلامهم
وعرف لغتهم وكان عندهم زقاق فيها زيت فلما
كان الليل قام ودعا بعض الاسرا فقال له خذ زق
من هذا الأزقاق فافرغه علي ففعل ذلك وابتل القد
الذي كان موثقا به فخرج يدب دبيب الدواب
حتي دنا من باب المدينة فصاح فصرحوا به الحراس
فاكبرهم بلسانه فعرفوا صوته ففتحوا له باب المدينة
ولما دخل المدينة اشتد سرورهم به وارتفعت اصواتهم
بحمد الله وتسبيحه * *Erant circa eum, quos ceperunt Romani, Ahuazai* (اهواز juxta Giggæum eſt regio quædam Perſiæ, in qua ſi quis per annum moratur, dementatur) *non pauci, quorum verba Sabur audivit, linguámque intellexit. Habebant autem illi ſecum utres oleo plenos. Noctè ergò ſurgens vocavit quendam ex captivis, cui dixit: Sume quendam ex his utribus, eúmque ſuper me effunde: quo facto divulſum eſt* (cedit enim oleo quicquid lentum eſt, contritum aut contra-

tractum) *vinculum, quo ligatus erat* (aut, diſſuta eſt *pellis* vaccina, aut aſtrigmenta ejus) *Egreſſus igitur reptilis in morem repſit, usque dum ad portam urbis* (quam Romani tum obſidione cingebant) *appropinquans, clamavit. Cúmque inclamarent ipſum cuſtodes, indicavit iis nomen ſuum: Illi verò ejus cognoſcentes vocem aperuerunt ei portam urbis. Vbi autem urbem fuit ingreſſus, confirmabatur gaudium eorum in illo, vocésque ſuas in laude & celebratione Dei elevârunt.* Erumpens poſtea Schabur cum copiis ſuis Romanos, magna edita ſtrage, in fugam convertit. Eadem habet *Elmac.* p. 223. Liber 1. de orig. Muh.

Tertius in Genealogia noſtra ponitur هرمز *Hormoz,* quem *Agathias* Ormiſdam appellat. *Teixera* ſubjicit Xupuri fratrem Baharon regem Kermen. *Elmacinus* & *Patricides,* hìc iterum variant. Scribunt enim وملك بعده بهرام ابن هرمز ابن سابور *Regnavit poſt eum* (Schabur, filium Azdeſchir) *Bahram, filius Hormoz, filii Schabur*; cui trium annorum, triúmque menſium Imperium tribuit. 3. *Hormoz.*

Quartus eſt توس *Tus,* vel, ut *Schikhardus* corrigit *Nors,* quòd *Narſen,* multi authores agnoſcant, qui coætaneus fuit Diocletiani; unde non malè colligit in hac quoque ſerie turbatum Imperatorum ordinem; quod in gente hac barbara, exterarum hiſtoriarum non ſemper æquè gnara, mirari non debemus. Malim igitur *quarto loco* cum *Patricide* pag. 106. ponere بهرام ابن بهرام *Bahram, filium Bahram.* الكبير *Magnus* ab *Elmacin.* pag. 217. appellatur, qui ſeptendecim regnavit annos. De eodem ſcribit pag. 108. & *Elmac.* pag. 217. 4. *ponitur Nors,* *ſed malè pro Bahram.*

خرج ابنه ليقاتل الفرس فاستاسروه الفرس وصاروا
به الي بهرام ابن بهرام ملك الفرس وضرب عنقه *

Egreſſus autem eſt filius ejus (Galieni Imperat. Romani) *ut*

Liber 1. de orig. Muh. *oppugnaret Perſas: acciditque ut vinctum eum adducerent Bahramo, filio Bahram Regi Perſarum, qui amputavit ei cervicem.* Quæ contra شهرمان *Schaharman* inſignem Magum geſſerit, recitat *Elmac.* p. 217. Manetem etiam, hominem verè μανιώδη & immanem, impietatis & blaſphemiarum ſuarum pœnas ſub hoc Imperatore luiſſe *Patricidis* & *Elmacini* commemorant annales. Ita ille pag. 106. وفي ايامه ظهر

Qui Manetem è medio ſuſtulit juxta 2. Patricid.

رجل فارسي يقال له ماني فاظهر دين المنانية فزعم
انه نبي فاخذه بهرام ابن بهرام ملك الفرس فشقه
نصفين واخذ من اصحابه وممن يقول بمقالته مايتي
رجل فغرس روسهم في التين منكسين حتي ماتوا وقال
قد عملت بستانا فغرست فيه ناسا بدل الاشجار *

Diebus ejus (Bahram, filii Bahram) *apparuit vir quidam Perſa, cui nomen Manes, author ſectæ Manichæorum. Putavit is, ſe Prophetam eſſe. Eum igitur accepit Bahram filius Bahram, Rex Perſarum, eúmque in duas partes diſcerpſit: De ſociis verò ejus, & illis qui ſententiam ejus ſequebantur, ducentos ſumſit viros, quorum capita infixit luto inverſa, uſque dum mortui ſunt, poſteáque dixit: utique feci hortum, in quo plantavi homines loco arborum. Hic* verò pag. 214. وفي ايامه ظهر

b. Elmacinum.

ماني رجل فارسي فادعي النبوة واظهر دين المنانية
فقتله بهرام ابن هرمز ملك الفرس وشقه نصفين
وجعل كل شقة من جسده علي باب من ابواب
المدينة واخذ من اصحابه المنانية مايتي نفر وغرس
روسهم

Digitized by Google

روسهم في الارض رصلب ارجلهم علي الخشب وقال هذا بستان غرسه بهرام ابن هرمز ملك الفرس * id eſt, *Diebus ejus* (Bahram, filii Hormoz: ita enim *Elmacinus* ſentit) *manifeſtatus fuit Manes, vir quidam Perſa, qui ad Prophetiam homines invitabat, Manichæorúmque religionem producebat. Eum autem occidit Bahram filius Hormoz, Rex Perſarum, eúmque in duas partes dilaceravit, unaquaque parte corporis ejus in portis urbis poſita. Accepítque de ſociis Manetis ducentos homines, quorum capita infixit terræ, pedes verò ſuſpendit de arboribus, dicens: Hic hortus eſt, quem plantavit Bahram filius Hormoz, Rex Perſarum.* Ita etiam *Muhammed ben Iſaac*, libello Mſc. de hæreſi Manichæorum: وقتل ماني في مملكة بهرام بن شابور ولما قتله صلبه نصفين الصنف الواحد علي باب الاخر علي باب الاخر من مدينة جند شابور ومسمي الموضعان المان الاعلي والمان الاسفل ويقال انه كان في مجلس شابور فلما مات شابور اخرجه بهرام ويقال بل مات في الحبس والصلب لا شك فيه * id eſt, *Interfectus eſt Manes in Regno Bahram, filii Schabur, quem occiſum ſuſpendit: partem quidem ejus ad unam, partem verò ad alteram urbis Ghond-Schabur portam: unde loca iſta appellantur Manes ſuperior, & Manes inferior. Dicunt nonnulli, fuiſſe eum in ſolio Schabur, quem Braham, mortuo Schabur, ejecerit. Alii volunt eum in carcere obiiſſe: Verùm, de ſuſpenſione ejus dubium non eſt.* Græci tamen & Hebræi aliter ejus ſupplicium deſcribunt. *Suidas*: ὃν ὁ βασιλεὺς ἐξέδειρε ζῶντα, ὡς αἴτιον θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ γενόμενον, *quem Rex vivum excoriavit,* *pro-*

Liber 1. de orig. Muh.

c. Muhammed fil. Iſaac.

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

من المسح لانه مسح بالبركة او بما ظهر *davi*: من الذنوب او مسح الارض ولم يقم في موضع او مسح مسحه جبريل id eſt, Dicitur Maſiho (Meſſias) *à quòd ſit creatus in benedictione:* aut, *quòd Deus purum eum ſervaverit à peccatis:* aut, *quòd peragrârit orbem, nullo in loco ſubſiſtens:* aut, *quòd eum unxerit Gabriel.* Rem ipſam ſi ſpectes & controverſiam, quæ cum Judæis nobis intercedit, an Jeſus Nazarenus ſit verus Meſſias, diximus jam in *Theſaur. Philol.* p. 163. Muhammedanos à Chriſtianorum ſtare partibus.

3. Λόγος θεοῦ.

III. *Λόγον, ſeu Sermonem Chriſtum ἐξόχως ab iisdem appellari.* Dubitandum non eſt, quin ἐπίθετον hoc Servatoris noſtri, vel potiùs Χαρακτῆρα οὐσιώδη deſumpſerit Muhammed ex *Joh.* c. 1. v. 1. Aliò tamen torquent Arabes, & ineptam planè Nominis hujus confingunt rationem سمي بذلك عيسي لانه وجد بامره تعالي دون اب وشابه البدعيات التي هي عالم الامر * *Sic appellatur Iſa,* ſcribit Beidavi, *quia ad verbum, ſeu mandatum Dei extitit absque patre, & juventus ejus miraculis conſpicua fuit, quæ quidem nota ſunt viri ex benedictione divina probi, & rerum copia affluentis.* Ita enim verti poteſt; vel; *quæ indicium ſunt imperii,* quod Chriſtus habuit in omnes creaturas. Memini, Oxonii cùm eſſem, in Muſeo viri doctiſſimi, *D. Gravii,* Linguæ Arabicæ & Mathematum Profeſſoris meritiſſimi in Lexico quodam Arab. cui nomen اجماع اللغة me legere, Chriſtum vocari كلمة الله *verbum Dei*; اما انتفع في الدين كما قيل فلان سيف الله اسد الله *

quòd

quòd utilis fueris Religioni (Religionis promotor fuerit) *quemadmodum diciur* (de aliis) *hic eſt Gladius Dei, Leo Dei.* Liber I. de orig. Muh.

IV. *Chriſtum uſitatè filium Mariæ appellari.* Propterea quòd, ut *Beidavi* ſcribit, يولد من غير اب اذ الاولاد تنسب الى الابا ولا تنسب الى الام الا اذا قتل الاب * *naſcetur absque patre. Liberi aliâs denominantur à patribus, & non à matribus, niſi pater occiſus fuerit.* Vide ſup. p. 138. 4. *Chriſtus vocatur filius Mariæ.*

V. *Emphaticum valde eſſe, quòd idem Servator* وجيه 5. *Illuſtris.* *vocatur*, id eſt, illuſtris, *& in hoc, & in futuro ſeculo.* Quo ſenſu illud Arabes intelligant, ex *Beidavi* proferemus. الوجاهة في الدنيا النبوة وفي الاخرة الشفاعة * *Præſtantia illa in hoc mundo conſiſtit in Prophetia* (munere Prophetico) *in altera verò in interceſſione.* Concorditer enim Arabes docent, *Chriſtum in cœlo, ſeu vita æterna Mediatoris*, ſeu ἱκέτου *munere fungi.* Unde ad finem *Suratæ* LIII. monet *Beidavi*: من قرا سورة الصف كان عيسى مصليا عليه ويستغفر له ما دام في الدنيا وهو يوم القيامة رفيقه * id eſt, *Qui legit Suratam* الصف, *pro ea Iſa orat, veniámque peccatorum pro illo petit, quamdiu ſupereſt in mundo: die autem Reſurrectionis ſocius ejus eſt.* Sic Sur. VII. vocatur من المقربين quod paſſivum quidem eſt, quo ad formam, ſed neutrum, quo ad ſignificationem: *Ex appropinquantium numero* communiter reddunt, propterea; ita Arabes explicant; quòd propinquus Deo Chriſtus vocetur في علو درجته في الجنة او رفعة الى السما وصحبة الملايكة * *propter excel-*

Liber 1. de orig. Muh. *celſum gradum quem ille occupat in Paradiſo: aut propter elevationem & aſſociationem cum Angelis.* Ego verò non dubito, quin ipſe Muhammed aliò hîc loci reſpexerit, & interceſſionem Chriſti pro fidelibus ſuis intellexerit. Memini me à Clariſſimo Præceptore & Hoſpite meo, *D.Golio*, audire, vocem قرب hoc loco uſurpari, vel ad æternum deſignandum Chriſti ſacerdotium (nam قرب in Conjug. 2. eſt *offerre, ſacrificare*) vel, quòd Chriſtus homines Deo adducat, id eſt, conciliet. Unde colligo, in exemplaribus quibusdam eum formam activam inveniſſe: quòd ſi ita fuerit, locus certè hic dignus eſt, qui diligenter obſervetur. Eſſent inimici veritatis, teſtes ejusdem & approbatores. Plura ex Alkorani textu elicere poſſemus poriſmata, ſed aliò nos ea jubet rejicere inſtituti ratio. Hoc tantùm, ne curſum demorer ipſe, obſervent adverſarii Pontificii, à quibus plumbeos mucrones defendendi Papatum, animas ſuas & facultates deponendo aut oppignerando, mutuârint, à vertumno videlicet & agyrta Arabum, Muhammede. Is, ut ex citato Alkorani textu clariſſimè patet, ſubſidiis & armis S.S. Trinitatem oppugnandi deſtitutus, ultimum quærit effugium in uſitata illa & recepta apud pontificios elabendi rima, execratione nempe ſui & ſuorum. Agite; (non vulgi tantùm, ſed & cleri ſæpe Pontificii vox eſt) Deus iratus, ipſe imò Satan, judicet de Religionis utriusque vel veritate, vel falſitate. Auferat, diſcerpat, dilaniet me malignus ille ſpiritus, niſi, quæ credit Eccleſia Romana, vera ſint, Catholica ſint, Orthodoxa ſint ad unguem omnia. Muhammedis hæ ſunt præſtigiæ, quem ſequi, aliud nihil eſt quam cauſæ infirmitatem prodere. Quàm verò inventis his malis artibus facile fuerit aliquid addere, & quàm multis paraſangis impietatem hanc Muhammedis ſuperent nonnunquam Jeſuitæ, diſces ex iis, quæ habemus in ὁδηγῷ P.III.p.3,4.

Se-

Sequuntur nunc in Genealogia noſtra aliquot Reges Perſici poſteriores, de quibus, cùm prolixè, &, ut ajunt, ex profeſſo, agat *Schikhardus* in ſuo Taarich, ſeu ſerie Regum Perſiæ, multa ſcribere nihil attinet. Meſſem dedit *Schikhardus* uberrimam, nos ſpicilegium promittimus. Ubi tamen notandum. 1. Plures nos hîc dare Perſarum Reges, quàm Genealogia recenſeat. 2. Non Genealogiam per omnia præſentem, ſed ſcriptores alios, fide dignos, & in hiſtoria Perſica bene verſatos nos ſequi. *Liber 1. de orig. Muh. Catalogus Regum Perſiæ.*

Primus eſt ازدشير *Azdeſchir*: Ita enim ab Elmacino Hiſt. Arab. pag. m. 206. conſtantiſſimè appellatur, exemplo Genealogi noſtri. *Shikhardus* verò & *Teixera* habent *Ardſir*. *Agathias*, *Herodianus*, *Zoſimus* & *Lampridius* Artaxerxem eum appellant; *Eutropius* & *Jornandes* Xerxem; *Rufus* Darſem; *Hebrai* اورشير Orſchir, id eſt, *Ahaſuerum*. Hunc cum Romanis bellum geſſiſſe ſcribit *Schikhardus* Severo Imperante: quem tamen *Elmacinus* ad Commodi Imperat. refert annos. Hiſtoriam de eodem recenſet memorabilem, quòd filiam cujusdam regis, ob traditam & proditam arcem Rahel, conjugio ſibi copulatam (metuens ne & ipſe quoque ejus perfidiam experiri cogeretur) diro ſupplicio è medio ſuſtulerit: *1. Azdeſchir.* *De quo memorabilis hiſtoria.*

فاحضر فرسين وشدها في اذنابها واطلقها وتقطعت عضوا عضوا * *Afferri juſſit duos equos, eámque caudis eorum alligatam dimiſit, & conciſa eſt* (diſcerpta eſt) *membratim.* De proximo ejus parente, ſcribit Schikhardus p. 107. *Variant ſcriptores: pleriq; illum vel ignorant, vel reticent. R. Abraham vocat eum* بابك Babek: *noſter verò Turca* بايك Bajek, *procul dubio unius punctuli redundantis errore: Idémque avum nominat* ساسان Saman: Additque, *ſi quid in exemplari cor-*

Liber 1. de orig. Muh.

rigere fas eſt, ambos ego unius filii Patres, Saman quidem verum & genuinum: Babecum verò putatitium fuiſſe judicarem? Quid ſi verò pro سامان legamus ساسان *Saſan*? Ita enim corrigere nos jubet *Elmacin.* qui Azdeſchirem vocat ابن بابك ابن ساسان *filium Babeci, filii Saſani.*

2. Schabur, qui Dulaktaph dicitur.

Secundus eſt شابور ذوالاكتاف *Schabur Dulaktaph.* quod eſt ὠμοχεςτὴς, quo nomine Perſarum ille Rex appellatus fuit, tum ob ſtaturam giganteam & latos humeros, tum ob immanem crudelitatem ſcribit *Schikhardus*; de quo nos póſt. Judæis tamen benignior fuit. Corruptè eum *Teixera* Tabelketaf nuncupat. *Nicephoro Caliſto* eſt Coſroes, qui Valerianum Imper juſſit excoriari. *Elmacinus* pag. m. 211. 213. cum nuncupat ابن ازدشير *filium Azdeſchir*, eíque tribuit سيرة عادلة *Imperium juſtum.* Hiſtoriam expugnatæ Nizebin fuſè idem deſcribit, notátque, واما سابور ابن ازدشير ملك الفرس فان مملكته عظمت جدا وسار الي الشام وفتح مدن كثيرة وقتل وسبي سبيا عظيما وفتح قبادوقية وقالوقيا * *Saporem, filium Azdeſchir, Regem Perſarum imperium ſuum valde dilatâſſe, in Syriam conceſſiſſe, multa oppida occupâſſe, trucidâſſe, captivos multos duxiſſe, Cappadociam & Ciliciam ſubegiſſe.* Cæterùm, quod ἐπίθετον, cujus Genealogus noſter meminit, attinet, non Sapori vel Schaburo primo, ſed ſecundo, cujus infrà mentio fiet, â Scriptoribus Orientalibus *Elmacino* & *Patricide* tribuitur. Acturi tamen ὕστερον πρότερον Genealogiæ veſtigia hîc legemus, causámque, cur *Schabur* filius Norſa, ſeu *Schabur Poſthumus*, vel ſecundus ذو الكتاف *Dulaktaph* nuncupatus fuerit,

Sed malè: Eſt enim hoc Epitheton Schaburi II. ſeu Poſthumi.

ex

Digitized by Google

ex Patricide audiemus. Sic ille ſcribit: وفي السنة الخامسة Liber 1. de orig. Muh.
من ملكه مات هرمز ابن نرسي ملك الفرس ولم يكن
له ولد يجعله مكانه وكانت امراة من نسايه حامل
فسالوها القوم هل تعلمون انك حامل بغلام ام
جارية فقالت اري تحريك الجنين في الجنب اليمين
مع خفة الحمل وهو دليل علي ان يكون ذكرا ففرحوا
بذلك وعقدوا التاج علي بطن تلك الامراة فولدت
غلاما فسمي سابور وهو الذي لقب بذي الاكتاف
وانما سمي بذي الاكتاف لانه اذا ظهر بملك من
الملوك خلع كتفه * id eſt, *Anno quinto Imperii ejus* (Aurelii) *mortuus eſt Hormos, filius Norſa, Rex Perſarum, nullo relicto filio, qui ſuccederet ipſius loco. Erat autem mulier ex conjugibus ejus gravida, & interrogaverunt eam quidam: Neſcis utrum puerulum geſtes, an puellam? Illa verò reſpondit: Sentio moveri embryonem in latere dextero cum allevatione uteri, id quod indicium eſt, fore puellum. Gaviſi igitur impoſuerunt ventri illius mulieris coronam. Cúmque puerum genuiſſet, nomen illi dederunt* Sabur, *cognomen verò* Dul-aktaph, *propterea quòd, quotiescunque regem vicit ex regibus, ei humerum luxavit.* Habet hæc *Patricides* p. 109. Et *Elmacinus* p. 219. Tale quid ex Hebræorum monumentis refert *Schikhard.* in *Taar.* Idem ille *Patricides* pag. 113. 114. fuſè recenſet, qua ratione, reluctantibus licèt conſiliariis, Romam venerit, convivio à filio Imperatoris Maximini, tyranni & Perſecutoris Chriſtianorum, ipſis quoque Perſis exoſi, in

Liber 1. de orig. Muh. *De quo ſequentia referuntur.*

ſi, in lixarum & calonum, ipſorum denique mendicorum gratiam inſtituto interfuerit, ex imagine poculis inſculptâ agnitus, ad ingenuam confeſſionem adactus, & pelli vaccinæ inſutus, in ipſam Perſiam fuerit abductus. Memorabilis cumprimis eſt Saporis per Patricidem deſcripta liberatio. Cùm enim Romani non tantùm Perſis oppugnandis, ſed & ventri vacarent & ſacris ſuis, cuſtodes, Sapori dati, captæ ſuæ, & ſtabulo ferreo (ut habet *Elmac.*) incluſæ vaccæ ἐσχηματισμένης, planè obliviſcuntur: Interea كان حوله ممن اسرته الروم من اهل الاهواز اناس كثير فسمع سابور كلامهم وعرف لغتهم وكان عندهم زقاق فيها زيت فلما كان الليل قام ودعا بعض الاسرا فقال له خذ زق من هذا الازقاق فافرغه علي ففعل ذلك وابتل القد الذي كان موثقا به فخرج يدب دبيب الدواب حتي دنا من باب المدينة فصاح فصرحوا به الحراس فاكبرهم باسمه فعرفوا صوته ففتحوا له باب المدينة ولما دخل المدينة اشتد سرورهم به وارتفعت اصواتهم بحمد الله وتسبيحه * *Erant circa eum, quos ceperunt Romani, Ahuazai* (اهواز juxta Giggæum eſt regio quædam Perſiæ, in qua ſi quis per annum moratur, dementatur) *non pauci, quorum verba Sabur audivit, linguámque intellexit. Habebant autem illi ſecum utres oleo plenos. Nocte ergò ſurgens vocavit quendam ex captivis, cui dixit: Sume quendam ex his utribus, eúmque ſuper me effunde: quo facto divulſum eſt* (cedit enim oleo quicquid lentum eſt, contrictum aut contra-

tractum) *vinculum, quo ligatus erat* (aut, diſſuta eſt *pellis* vaccina, aut aſtrigmenta ejus) *Egreſſus igitur reptilis in morem repſit, usque dum ad portam urbis* (quam Romani tum obſidione cingebant) *appropinquans, clamavit. Cúmque inclamarent ipſum cuſtodes, indicavit iis nomen ſuum: Illi verò ejus cognoſcentes vocem aperuerunt ei portam urbis. Vbi autem urbem fuit ingreſſus, confirmabatur gaudium eorum in illo, vocésque ſuas in laude & celebratione Dei elevârunt.* Erumpens poſtea Schabur cum copiis ſuis Romanos, magna edita ſtrage, in fugam convertit. Eadem habet *Elmac.* p. 223. Liber 1. de orig. Muh.

Tertius in Genealogia noſtra ponitur هرمز *Hormoz*, quem *Agathias* Ormiſdam appellat. *Teixera* ſubjicit Xupuri fratrem Baharon regem Kermen. *Elmacinus* & *Patricides*, hîc iterum variant. Scribunt enim وملك بعده بهرام ابن هرمز ابن سابور *Regnavit poſt eum* (Schabur, filium Azdeſchir) *Bahram, filius Hormoz, filii Schabur*; cui trium annorum, triúmque menſium Imperium tribuit. 3. *Hormoz.*

Quartus eſt توس *Tus*, vel, ut *Schikhardus* corrigit *Nors*, quòd *Narſen*, multi authores agnoſcant, qui coætaneus fuit Diocletiani; unde non malè colligit in hac quoque ſerie turbatum Imperatorum ordinem; quod in gente hac barbara, exterarum hiſtoriarum non ſemper æquè gnara, mirari non debemus. Malim igitur *quarto loco* cum *Patricide* pag. 106. ponere بهرام ابن بهرام *Bahram, filium Bahram:* الكبير *Magnus* ab *Elmacin.* pag. 217. appellatur; qui ſeptendecim regnavit annos. De eodem ſcribit pag. 108. & *Elmac.* pag. 217. 4. *ponitur Nors, ſed malè pro Bahram.*

فخرج ابنه ليقاتل الفرس فاستاسروه الفرس وصاروا
به الي بهرام ابن بهرام ملك الفرس وضرب عنقه *

Egreſſus autem eſt filius ejus (Galieni Imperat. Romani) *ut*

Liber 1. de orig. Muh.

oppugnaret Perſas: acciditque ut vinctum eum adducerent Bahramo, filio Bahram Regi Perſarum, qui amputavit ei cervicem. Quæ contra شهرمان *Schaharman* inſignem Magum geſſerit, recitat *Elmac.* p. 217. Manetem etiam, hominem verè *μανιώδη* & immanem, impietatis & blaſphemiarum ſuarum pœnas ſub hoc Imperatore luiſſe *Patricidis* & *Elmacini* commemorant annales. Ita ille pag. 106. وفي ايامه ظهر رجل فارسي يقال له ماني فاظهر دين المنانية فزعم انه نبي فاخذه بهرام ابن بهرام ملك الفرس فشقه نصفين واخذ من اصحابه وممن يقول بمقالته مايتي رجل فغرس روسهم في التبن منكسين حتي ماتوا وقال قد عملت بستانا فغرست فيه ناسا بدل الاشجار *

Qui Manetem è medio ſuſtulit juxta 2. Patricid.

Diebus ejus (Bahram, filii Bahram) *apparuit vir quidam Perſa, cui nomen Manes, author ſectæ Manichæorum. Putavit is, ſe Prophetam eſſe. Eum igitur accepit Bahram filius Bahram, Rex Perſarum, eúmque in duas partes diſcerpſit: De ſociis verò ejus, & illis qui ſententiam ejus ſequebantur, ducentos ſumſit viros, quorum capita infixit luto inverſa, uſque dum mortui ſunt, poſteáque dixit: utique feci hortum, in quo plantavi homines loco arborum. Hic* verò pag. 214. وفي ايامه ظهر ماني رجل فارسي فادعي النبوة واظهر دين المنانية فقتله بهرام ابن هرمز ملك الفرس وشقه نصفين وجعل كل شقة من جسده علي باب من ابواب المدينة واخذ من اصحابة المنانية مايتي نفر وغرس روسهم

b. Elmacinum.

روسهم في الارض وصلب ارجلهم علي الخشب وقال Liber 1. de orig. Muh.
هذا بستان غرسه بهرام ابن هرمز ملك الفرس *

id eſt, *Diebus ejus (*Bahram, filii Hormoz: ita enim *Elmacinus* ſentit*) manifeſtatus fuit Manes, vir quidam Perſa, qui ad Prophetiam homines invitabat, Manichæorúmque religionam producebat. Eum autem occidit Bahram filius Hormoz, Rex Perſarum, eúmque in duas partes dilaceravit, unaquaque parte corporis ejus in portis urbis poſita. Accepítque de ſociis Manetis ducentos homines, quorum capita infixit terræ, pedes verò ſuſpendit de arboribus, dicens: Hic hortus eſt, quem plantavit Bahram filius Hormoz, Rex Perſarum.* Ita etiam *Muhammed ben Iſaac,* libello Mſc. de hæreſi Manichæorum : *c. Muhammed fil. Iſaac,*

وقتل ماني في مملكة بهرام بن شابور ولما قتله صلبه
نصفين الصنف الواحد علي بلب الاخر علي باب الاخر
من مدينة جند شابور ومسمي الموضعان المان
الاعلي والمان الاسفل ويقال انه كان في مجلس
شابور فلما مات شابور اخرجه بهرام ويقال بل مات
في الحبس والصلب لا شك فيه * id eſt, *Interfectus eſt Manes in Regno Bahram, filii Schabur, quem occiſum ſuſpendit: partem quidem ejus ad unam, partem verò ad alteram urbis Ghond-Schabur portam: unde loca iſta appellantur Manes ſuperior, & Manes inferior. Dicunt nonnulli, fuiſſe eum in ſolio Schabur, quem Braham, mortuo Schabur, ejecerit. Alii volunt eum in carcere obiiſſe: Verùm, de ſuſpenſione ejus dubium non eſt.* Græci tamen & Hebræi aliter ejus ſupplicium deſcribunt. *Suidas :* ὃν ὁ βασιλεὺς ἐξέδειρε ζῶντα, ὡς αἴτιον θανάτου τῷ υἱῷ αὐτοῦ γενόμενον, *quem Rex vivum excoriavit,* pro-

Liber 1. de orig. Muh. *propterea quòd cauſa fuerit mortis filii ejus.* Vide *Zæmach David* p. 35. & *Epiphanium* in Panar. hær. 66.

5. *Bahram fil. Bahram.* *Quintò* ſequitur بهرام *Bahram*, quem Hiſtorici noſtri *Varanem* dicunt. De hoc *Patricid.* pag. 108. وملك بعده بهرام ابن بهرام ايضا ويقال شاهان شاه * *Regnavit poſt eum* (Bahram, filium Bahram) *etiam Bahram, filius Bahram, qui & Schahan-Schah dicitur. Schikhardus legit* سكان شاه *Sigan-Schah*, quaſi Segeſtanorum, quos vicerit, Regem voces. Vide p. 113. *Elmacinus* etiam ſcribit شاهن شاه aitque quatuor, menſium ejus fuiſſe imperium.

6. *Hormoz aut Nors.* *Sextus* eſt in Genealogia هرمز *Hormoz*, Bahrami frater. Eum tamen *Patricid.* p. 108. & *Elmacin.* p. 217. نرسي *Norſa* appellant, eum ipſum, dubio procul, intelligunt, quem nos ſuprà loco quarto habuimus. *Patricidis* verba ſunt: وملك بعده اخوه نرسي ابن بهرام ابن شابور ابن ازدشير ابن تابك ابن شاشان وملك على الفرس تسع سنين * id eſt, *Et regnavit poſt eum frater ejus Norſa,* (*Elmac.* habet Mors, pro Nors) *filius Bahram, filii Schabur, filii Azdeſchir, filii Tajek* (Babek, per additionem & tranſpoſitionem punctorum) *filii Saſan, præfuítque Imperio Perſico annos novem.* Elmacinus verò annos tantùm aſſignat ſeptem.

7. *Hormoz.* *Septimò* venit *Hormoz* alter, qui filius fuit Nors, ſeu Norſa, juxta *Patricid.* pag. 108. *Elmac.* pag. 217. Annos regnavit ſeptem & menſes quinque.

8. *Schabur.* *Octavò* ſequitur شابور *Schabur*, filius Hormoz, cui planè

Digitized by Google

nè *Schikhardus* p.116. ea tribuit, quæ nos, ex *Patricide*, ſuprà in Schabure priori obſervavimus: quòd nempe antequam naſceretur in utero matris coronatus fuerit, embryo etiam ad regnum deſtinatus. Eum quidem Patricides etiam vocat filium Hormozi, ſed quia Dulaktaphi cognomentum obtinuit, Genealogiæ ſeriem ſecuti, ad priorem Schaburem, quæ dicenda eſſent, retulimus. Quanquam & *Elmacinus* p.219. & *Patricides* pag. 109. conſtanter hunc ſecundum Schaburem Dulaktaph appellant. Nec malè profectò. Fuit enim Schabur hic Poſthumus, ut longævus (cœpit enim ante Conſtantinum, & ſuperſtes fuit Juliani, Joviani, & Valentis temporibus) ita etiam ſupra modum crudelis, ut vel ſatiùs fuiſſet nunquam eſſe natum, aut in juventute ipſa extinctum. Judæos pariter perſecutus eſt & Chriſtianos. Vide *Schikhard.* pag. 117. Repete etiam, quæ ſuprà p.162. diximus: Ex quibus facilè colliges, huic præ reliquis nomen *Dulaktaph* benè convenire. De variis ædificiis, oppidis, pontibus, &c. ab eo hinc inde conditis ſcribit *Elmacinus* p. 234. additque: ولما كبر وضعفت قوته وقل بصره ارسل الى ملك الهند وطلب منه طبيبا كان في بلاده مشهور بحسن الصناعة وجودة المعالجة فارسله اليه فعالجه حتى ارتد بصره * Et de loco mortis: واختار له جند سابور سكنا فسكنها الى ان مات وعمره اثنان وسبعون سنة * i.e. *Cùm conſenuiſſet, virtus ejus debilitata fuiſſet, viſúſque defeciſſet, miſit ad Regem Indiæ, petiítque ab eo Medicum, qui in terra ipſius celebris eſſet practicus, & in curationibus excellens. Miſítque illi aliquem,* (*Patricides* pag.129. eum *Gerges* appellat ſeu *Georgium*) *qui curato ipſi viſum reſtituit. Elegit autem*

Liber 1. de orig. Muh

Qui Dulaktaph dicitur, de quo ſupra p. 162.

Liber 1. de orig. Muh. *tem poſtea ſibi Ghond-Schabur* (urbs eſt,cujus ipſe ille conditor) *in domicilium,habitavítque ibi uſque dum fuit mortuus, anno ætatis* 72.

9.Schaburi filius, Azdeſchir. *Nonus* Perſarum Monarcha valde controverſus eſt. Agathias vult Schaburo ſecundo ſucceſſiſſe *Artaxerxen* fratrem Germanum. Sed vapulat *Schikhardo : quomodo enim is*, inquit, pag. 120. *fratrem habuerit Germanum,qui primogenitus ſimul eſt & Poſthumus?* Sequitur igitur is Genealogum, qui *Bahramum alterum* ſucceſſorem Schaburo aſſignat,cum quo tamen *Elmacinus* pag. 235. divortium facit, ſcribens, Schaburo ſucceſſiſſe *Azdeſchir*, (non Bahramum alterum, qui jam antè regnavit: vide pag: 165.) filium,qui regno annos quatuor præfuerit. Idem ſentit *Patricid*.pag.130. Quos,quia ſententia eorum omni difficultate caret,tutò ſequi licebit.

10.Schabur III. Azdeſchiro huic ſucceſſit شابور *Schabur*,frater ejus,filius Schaburi ſecundi,ut *Elmac*.habet pag.235.& *Patricid*.p.130. Conſentit etiam *Agathias*.Imperavit quinquennium,& menſes quatuor. Mortuus eſt anno 10.Theodoſii.

11. Bahram filius Schabur. *Vndecimus* eſt بهرام ابن شابور *Bahram , filius Schabur*, juxta *Elmacin*.p.243.& *Patricid*.pag.150.qui ad gubernacula regni ſedit undecim annos. *Schikhardus* tamen ſuperiori ſubjungit يزدجرد *Jazdigerdem*, quem differentiæ causâ *exoſum* denominat,ut qui Perſis fuerit inviſus,vel ob hoc ipſum,quòd à Romanis amaretur.

12. Iazdigerd. Hic verò ab *Elmac*.pag.245. *duodecimus* numeratur Perſarum Rex; *Bahrami filius*,cognomento الاسمر *fuſcus* : At *Patricid*.pag.154. وفي اربع سنين من ملكه ملك يزدجرد ابن بهرام يقال له الاثيم على الفرس *

Anno

Anno quarto Imperii ejus (Arcadii) *regnavit Iazdigerd, filius Bahram, cognomento* Scelestus, *Perſis.* Perſæ nempe; quòd benignior eſſet Chriſtianis, iisque in regno ſuo locum conceſſiſſet, tyrannum eum, crudelem, ſuperbum, inexorabilem, avarum, nullis precibus ad miſericordiam flexibilem appellârunt. Arcadius ipſe morti vicinus, curam ei Imperii & tutelam per teſtamentum detulit. *Elmacinus* tamen pag. 248. & *Patricides* p. 178. de Iazdigerde hoc præter tyrannidem, violentiam, ſtupra nihil commemorant. Unde & eundem è medio tollere Perſæ ſatagentes, opportunam aliquando nacti ſunt occaſionem, quam ita deſcribit *Elmacin.* فاما يزدجرد ابن بهرام المعروف بالاسمر ملك الفرس فانه كان ردي السيرة كثير الجور والعسف وكلف رعيته تكاليف كثيرة لا يقدروا عليها ولما استحكم ظلمه قيل انه استحضر خيله لينظرها فان فيها فرسا استحسن صورته وتمام خلقته فقام اليه وامر ان يعمل عليه سرج ودنا منه ومسح وجهه بمنديل كان في يده اراد ان يمسح كفله وهو قايم خلفه فرفسه في انثيه ومات لوقته * id eſt, *Porrò Jazdigerd, filius Bahram, aliâs* Fuſcus, *Rex Perſarum, pravus fuit converſatione, tyrannidi & violentiæ deditus, qui ſubditos multis oneravit moleſtiis, quas ſuſtinere non poterant. Cúmque vires jam acquiſiviſſet iniquitas ejus, ajunt, eum adduci ſibi juſſiſſe equos ſuos* (vox Arab. ſingularis eſt, *equorum catervam* ſignificans) *ut illos conſpiceret: inter eos autem equum fuiſſe formoſum valde, & ſuprà modum ele-*

Liber 1. de orig. Muh.

Liber 1. de orig. Muh. *gantem, ad quem ille ſtans juſſerit ei imponi ephippium. Ipſum verò, ad eum propius accedentem, tergere voluiſſe vultum ejus pallio, quod in manibus habebat, tergere etiam voluiſſe paniculum ejus* (eſt rubedo turbida in vultu ſeu oculo Cameli vel Equi) *dum autem poſt eum* (equum) *ſtaret, calcavit teſtes Regis, ut ſubitò mortuus conciderit: Patricides* equum hunc aliunde ſubornatum ſcribit, aítque ita eum regi placuiſſe, ut mandârit ليسرج ليركبه ثم دنا منه ومسح وجهه واخذ بناصيته وعرفه ثم اراد يمسح عجزه ولما استوا خلفه رمحه رمحة اصابت كبده ومات * *eidem imponere ephippium, ut equitare poſſet. Poſtea verò appropinquans, terſo vultu ejus, arripuit jubam: deinceps verò tergere volens caudam ejus, ſtetit retrò eum. At is calce jecur illius ita percuſſit, ut mortuus fuerit.*

13. *Bahram Ghur.* De ſucceſſore, adeóque *decimo tertio* Perſarum Monarcha, quæ ſcribit *Schikhardus* p. 123. relinquemus intacta, iis contenti quæ *Patricides* nobis ſuppeditat & *Elmacinus*. Refert ergo *Elmacinus* ſimpliciter p. 248. *Jazdigerdi ſucceſſiſſe filium Bahram, quem vulgò* Bahram Ghur *appellant. Schikhardus* in ſuo ſcripto legit كور exiſtimans ab Arabico

Vox Ghur quid ſit. كورة quod ipſum eſt Græcorum χώρα; *regnum, regionem* ſignificans, deductum. Sed conjectura tantùm eſt. Unde pag. 123. fatetur: *Quid autem vox ipſa ſignificet, adhuc ambigo, quia nondum conſtat, quâ linguâ ſit exponenda. In Arabia tamen vocem hanc natam* non malè conjicit. Quod ſi ita ſit, certè res erit in vado. Nam quoniam Perſia non unum tantùm habuit Bahramum Imperatorem, ipſe hic cognomen indeptus vel à patre, quem non أثيم *ſceleroſum* illi ſolùm nuncupâ-

Digitized by Google

cupârunt,ſed,ipſa hac voce جور *Ghur* retenta, كثير الجور *in tyrannide & oppreſſione multum eum* fuiſſe tradunt: vel, habuit ἐπίθετον à ſemetipſo,ob inexplebile ludendi,potandi, adeóque à tramite viæ regiæ (eſt enim جور apud Arabes à *via declinavit*) declinandi ſtudium. Quibus artibus ad imperii dignitatem pervenerit *Elmacinus* non commemorat. *Patricides* verò pag. 178. ſcribit: Perſas,mortuo Iazdigerde,congregatos dixiſſe لا نملك علينا احد من نسله *nolumus conſtituere regem noſtrum quemquam ex ſemine ejus* (Jazdigernis): Unde etiam filium Bahramum لم يدخلوه في شي من امورهم *cum negotiis eorum nihil commune habere volebant*: Leges & conditiones,quas ab eo,qui rebus præeſſe,aut Imperium ambire vellet,requiſituri eſſent,ponebant ſeptem, nempe اوفر حظا من الفضل في التدبير والنظر في الامور وصدق اللسان وشده البطش والبلاغة والرفق في السياسة والعلم بما يكون من مكايدة الاعدا * *ut talis eſſet*: 1. *qui in regimine ſummam demonſtrare poſſet beneficentiam.* 2. *Prudens in negotiis.* 3. *Veraci lingua.* 4. *Fortis viribus, &* 5 *facundus.* 6. *In adminiſtratione mitis.* 7. *Sciens denique & gnarus machinarum hoſtilium.* His auditis *Bahram* Perſas ita fuit allocutus: اشرطوا لي على انفسكم ان انا دللتكم عليه تملكوه فاشرطوا لا ذلك فلما استوثق منهم قال لهم انا ذلك الرجل فملكوه * *Paciſcimini mecum,per vos ipſos,quòd,ubi monſtavero vobis talem* (ſeptem his virtutibus conſpicuum) *eum conſtituturi ſitis*

Liber 1. de orig. Muh.

 ſitis

Liber 1. de orig. Muh. *ſitis* Regem, *& pacti ſunt cum eo de hoc. Ille verò, ſecuritate* (cautione) *ab iis accepta dixit: Ipſe ego vir ille ſum. Atque ſic eum regem ſuum creârunt.* Imperâſſe eum ſcribit *Patricid.* & *Elmac.* annos 18. magno cum applauſu & favore ſubditorum, hoc unum in ipſo deſiderantes, quòd crapulæ & aleæ nimium

Quomodo imperaverit.

quantum fuerit deditus. Unde *Elmacin.* فسار سيرة حسنة وعدل على الرعية وازال عنهم المظالم واحبوه وكان مشتغلا باللهو والطرب وشرب الخمر وطمع بغزاه خاقان الاكبر ملك الترك في خمسة وعشرين ربوة من الجند واجتمع اكابر المملكة الى بهرام جور وقالوا له المصلحة ان تترك شرب الخمر والاشتغال باللهو والطرب وتنظر في امر جندك وتستعد لهذا العدوا الذي قصدك فلم يسمع وبعد ايام خرج بهرام جور الى ناحية ادربيجان فلم يشك الناس انه هرب من خاقان الملك فاجتمع رايهم ان يدخلوا في طاعة خاقان ويودن له الجزية خوفا من ان ياخذ البلاد فيهلكهم واما برسي اخو بهرام جور واهل بيت المملكة والقاضي فلم يوافقهم في ذلك واما خاقان فانه لما علم خضوع اهل فارس له واجتماع رايهم على طاعته وضع السلاح وبطل القتال فبلغ بهرام جور وجمع جنده واتى ليلا وكبس خاقان فظفر به وقتله بيده وقتل جنده كثيرا من الترك

التَرك ونهبوا من الاموال والخيول والامتعة شيا كثيرا ثم دخل بهرام جور الي مدينة فارس سالما ونقم على كل من دخل في طاعة خاقان ونهبهم واباح اموالهم ونسوانهم واولادهم للناس ولما بلغ الترك ما جري علي خاقان هربوا الي اطراف بلادهم وولي بهرام جور اخوه علي خراسان id eſt, *Et ambulavit* (Bahram) *laudabiliter valde, juſtitiam exercens in ſubditos ſuos, & tyrannica onera auferens ab iis: Vnde & ipſi eum amârunt. Erat tamen deditus luſui, lætitiæ & crapulæ* (uſque adeò, ut, teſte *Patricide*, in reprehenſionem incurrerit apud homines): *unde etiam vicini reges ei ſunt inſidiati* (nempe, ut *Patricides* explicat, ad ſubigendam terram ejus) *propterea tantùm, quòd occupatus ſemper eſſet luſu & potu. Eum autem Chakan Major* (notat *Patricid.* كل ملك للترك كان يسمي خاقان *omnem Regem Turcarum appellari Chakan*) *Rex Turcarum oppugnavit exercitu viginti quinque myriadum. Proceres igitur regni ad Bahram-Ghur congregati reconciliationem ei obtulerunt* (*Patricides* ſcribit, eos Regi mollem, crepundiis ferè & crapulis addictam, vitam exprobrâſſe, præſénsque, ſine tamen ſucceſſu, à Turcis periculum imminens exaggerâſſe) *dummodo vino, luſui, & lætitiis ſuis valediceret, rationem potiùs exercitus ſui haberet, eúmque contra hoſtem jam imminentem ſibi pararet. At noluit is parere. Elapſis verò aliquot diebus egreſſus eſt Bahram-Ghur in tractum Adrebighan* (& Armeniæ, ut addit *Patricides* لينسك في بيت نارها *ut ſacrificaret in domo ignis ejus*) *neque dubitabant*

Liber 1. de orig. Muh.

Liber 1. de orig. Muh.

bant homines, quin fugerit à Chakan rege: Omnium igitur ſuffragiis decretum, quòd obſequi vellent Chakano, ipſique tributa ſolvere, timentes, ne, terrâ ipſorum occupatâ, funditus eos perderet. Borſa (Patricides bis eum *Morſa* appellat) *tamen frater Bahrami-Ghur, familia regia, & judex (Azdenar* juxta *Patricid.) aſſenſum ſuum præbere nolebant. At Chakan videns populum Perſiæ ita humilem ſe præbere, omniúmque vocibus obſequium ſibi eſſe decretum, deponit arma, & intermittitur prælium. Hoc cùm ad Bahram-Ghur delatum eſſet, venit, collecto exercitu ſuo, noctu, Chakanum ſubegit, victoriam ab eo deportavit, eúmque manu ſua occidit. Edidit etiam exercitus magnam Turcarum ſtragem, multámque abſtulit prædam ex opibus, equis, ſupellectilibus. Poſtea demum Bahram ſalvus Perſiæ urbem ingreſſus, ultus eſt omnes illos, qui Imperio Chakani ſe ſubjecerunt, ſpoliatis & abactis opibus, mulieribus & liberis eorum. Turcæ verò cognoſcentes, quid accidiſſet Chakano in extremos regionis ſuæ angulos ſe receperunt. Bahram autem fratrem ſuum Choraſanæ præfecit.* Fugatò Chakano ἐυχαριϛήρια obtuliſſe ſcribit *Patricides* in delubro Adrebighano Igni, Perſarum Deaſtro, ſacro. Verba ejus ſunt :

Bahram igni litat.

De Pyreo Adrebighano.

وانصرف الي اذربيجان لا ينزل محلا ولا
منزلا الا نسك فيه نسك ويذبح فيه ذبايحا شكرا لله
حتي اذا اتي الي بيت نار اذربيجان نزل عن دابته
يمشي حتي دخل اليه تعظيما لامره وشكرا لله ثم امر بما
كان في اكليل خاقان من الدر والياقوت الاحمر
والجوهر الفاخر فعلق علي باب ذلك البيت ونحل
تلك النار سيف خاقان المحلي باللولو * *Abiens autem,*

tem Adrebighanem (eſt boreale oppidum Perſiæ, quod *Procop.* lib. 2. de bello Perſ. *Ardabigaram* appellat, in quo πυρεῖον illud, ubi perpetuum ignem cuſtodiunt Magi, quem cum Veſta Romanorum comparat) *nullibi locorum divertit, ubi Deo non libaverit libamen, & ſacrificaverit ſacrificia Euchariſtica, uſque dum Pyreo Adrebighano appropinquavit: tunc enim, deſcendens de jumento ſuo, pedes illud fuit ingreſſus, tum ut rei magnitudinem declararet, tum etiam, ut gratias ageret Deo. Poſtea mandavit, ut quæ eſſent in corona Chakani margaritæ, Sardii, pyropi, uniones pretioſæ ſuſpenderentur de oſtio illius delubri. Atque igni iſti etiam conſecratus eſt gladius Chakani margaritis ſplendidè ornatus.* Viderint ergò quorum veſtigia legant illi, qui hodierno quoque die, nomine licèt Chriſtianorum gaudentes, ſive potiti contra hoſtes victoria, ſive votorum ſuorum quocunque modo participes facti, acceptum illud ferunt non ſoli & æterno Deo, ſed creaturis: quíque anathemata & trophæa conſecrant ſi non, Perſarum more, igni, creaturis tamen aliis: ſanctis quidem illis, & angelico remigio in cœlum ſubvectis, ſed homagio tanto indignis. Subjiciunt Scriptores iſti Arabici prælium Bahram-Ghur cum Theodoſio juniore commiſſum, in quo utrinque ancipiti diu Marte fuit pugnatum, ووقع بينهم قتل كثير من الفريقين *ubi ab utraque parte multi occubuerunt:* Tandem verò Bahram-Ghur ad internecionem cæſus fugâ ſalutem quæſivit, vitæque ſuæ conſulens (erant enim Perſæ illi hoc nomine valde infenſi) in Indiam conceſſit. Quid ibi locorum præſtiterit, itidem ex *Elmacino* diſcimus & *Patricide.* Scribunt illi, quòd felix fuerit & fortis venator, qui Elephantem toti viciniæ inſidioſum jaculo transfixerit, & Indorum Regi attulerit. Unde authoritatis ei & favoris non parùm acceſſerit. Cúmque adverſarium idem ille Rex eſſet nactus, qui magnum

Liber 1. de orig. Muh.

Bahram à Theodoſio in fugam verſus in Indiam concedit. Elephantem interficit.

Liber 1. de orig. Muh.

Prælium committit

Ad ſuos redit.

Difficulter ad regnum fuit admiſſus.

Teſte Patricide.

magnum ei timorem incuſſit, hunc ipſum Bahramum, ob animi fortitudinem, inteſtino bello præfecit, qui victricibus armis inclytus domum rediit, nec Regis tantùm filiam, ſed & aliquot Regiones muneris loco accepit. Tandem verò cognitus, magnis Indorum ſubſidiis inſtructus ad ſuos revertitur, rebelles in officium redigit, atque adeò magno cum ſucceſſu ad finem uſque vitæ rerum ſuarum ſatagit. *Teixera* & ex eo *Schikhardus* referunt, Jazdigerdem, cùm animadverteret cæteros ex conjuge ſua natos domi non eſſe vitales, ſtatuiſſe in eo externum aërem experiri, eúmque Nahmano, regulo cuidam tributario commiſiſſe, quæ tamen ipſum peregrinatio regno tantùm non fraudârit. Nam quia per abſentiam proceribus non bene fuit cognitus, & exoſi de patris ingenio filium æſtimantes verebantur mali corvi ovum nihilo melius fore, contigit, ut Jazdigerde mortuo, quidam Coſroës illorum favorem fuerit emercatus, qui tamen Choſroës poſt faſces Imperii Bahramo delatos, primus fuit, qui obedientiam ſuam publicè profiteretur. Hoc ipſum *Patricides* ex Perſarum monumentis pag. 182. ita perſtringit: وذكر بعض الفرس ان بهرام جور كان في حجر النعمان ابن المنذر الخمي ملك العرب بالبادية فانه لما بلغ بهرام موته ابيه يزدجرد سار بمن معه ممن تابعه من العرب حتي نزل السواد يخاصم اشراف اهل فارس في الملك حتي اعترفوا له بالحق فملقوه فملك بهرام جور بعد ملك ابيه يزدجرد ابن بهرام علي الفارس ثمانية عشر سنة * *Referunt Perſæ quidam, Bahram-Ghur fuiſſe in ſinu Naahman filii Mondar Lachmitæ, Regis Arabum in ſolitudine* (ruri). *Poſtquam*

quam verò ad eum rumor mortis patris ejus Jazdigerdus pervenit, abiit cùm aſſeclis ſuis Arabibus, uſque dum venit Sonadum. Et lis fuit oborta inter proceres Perſarum propter regem, uſque dum illum verè agnoverunt, tunc enim regno illum præfecerunt. Et regnavit Bahram-Ghur poſt patrem Jazdigerdem, filium Bahrami Perſis annos octodecim. Liber 1. de orig. Muh.

Bahram-Ghur excepit filius *Jazdigerdes*, quem differentiæ causâ *Perſecutorem* appellat *Schikhardus* p. 125. Nihil tamen Arabum monumenta de perſecutionibus hujus Jazdigerdis commemorant. *Elmacinus* p. 250. pauca de eo habet: وبعد مدة يسيرة مات بهرام جور وملك بعده يزدجرد ولده اربعة وعشرة سنة * *Paulò poſt mortuus Bahram-Ghur, regnavítque poſt eum Jazdigerdes, filius ejus, annos 14.* Anno videlicet Theodoſii 35. 14. Jazdigerdes.

Decimò quintò Schikhardus duorum meminit Jazdigerdis filiorum, Phiruz & Jalas. *Nunc*, ſcribit p. 129. *arbor Perſica divaricatur in duos ramos, & ex uno Jazdigerde bini enaſcuntur filii Firuz & Jalas.* Sed, quod ſequentia docent, conjecturis tantùm ducitur, quibus adhibere fidem conſtans Arabum aſſertio non permittit. Totum enim ſucceſſionis negotium ita clarè & diſtinctè proponit cum *Elmacino Patricides*, ut tutò illis credendum exiſtimem. Ita *Patricid.* p. 189. فلما هلك يزدجرد تنازعا علي الملك من بعده ابناه فيروز وهرمز فصار بعضا مع فيروز وبعض مع هرمز فاشتعل الحرب بينهم حتي قتل هرمز وثلاث نفس معه من اهل بيته وملك فيروز ابن يزدجرد علي الفرس سبعة وعشرون سنة * *Cùm mortuus eſſet* (periiſſet) *Jazdigerdes,* 15. Phiruz filius Jazdigerdis.

Z 2 *gerdes,*

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh. *gerdes, lis poſt eum oborta fuit de regno inter duos ejus filios Phiruz* (Peroza aliis *dicitur*) *& Hormoz: aliis facientibus cum Phiruz, aliis cum Hormoz. Et excitatum inter eos eſt bellum uſque dum occiſus fuit Hormoz cum tribus animabus de domeſticis ejus. Imperavit igitur Phiruz filius Jazdigerdis Perſis annos* 27. Factum hoc anno Marciani Sexto. *Schikhardus* in ſuo Taarich.pag.130.ſcribit, *eum Zenonis Imperatoris tempore duplex bellum geſſiſſe cum Nephtalitis*, quos ille putat reliquias de tribu Nephtalim, quos Tiglath-Pilæſer in ea loca traduxerit 2.*Reg*.15.29. Verùm (præterquam, quòd ſolus Agathias, à quo tamen ipſe Schikhardus paulò antè divortium fecit, gentes illas quibus cum bellum illi interceſſit, *Nephtalitis* vocat, Procopius verò *Euthalitas*) valde periculoſum eſt largiri Judæis, ſceptro & regimine ubique deſtitutis, vera eſſe, quæ de reliquiis decem tribuum ad flumen Sabbathicum ſuaviter, ſed ineptè illi garriunt. Novimus enim ex ipſis Judæis oculatiores eſſe, qui hanc fabulam, cui non leve fidei ex Cl.Schikhardi accederet aſſertione momentum, rideant. Quid ergo? *Haitalitæ* ſunt, quos oppugnare voluit Phiruz, quorum Rex à *Patricide* aliquoties Achſchanvar vocatur. هيطل a. ut Arabicè ſcribunt, Regio eſt, aut gens Thracum & Indorum, Choraſanæ vicina. Tota hiſtoria memorabilis valde eſt, ſed prolixa nimis. Nos ex *Patricide* & *Elmacino* compendium tantùm dabimus. Conſtituerat Phiruz bello tentare Archſchanvarum Regem Haithalitharum, jámque cum exercitu ſuo Choraſanem versùs exierat. Quo audito, Achſchanvarus, magno perculſus timore, ſuos congregavit, quibus cum deliberaret, quomodo hoſtem imminentem finibus ejicerent. Surgens autem ſenex quidam, promiſit Regi ſe, ubi data fide, poſteris ſuis neceſſaria hujus vitæ ſubſidia polliceretur, rationem fundendi & confundendi hoſtis monſtraturum. Rex, ubi conditionem hanc ratam habuiſſet, ſenis; ſic eo ſuadente; vincire jubet pedes & manus (alia exemplaria habent

Schikhardus vult eum Nephtalitis oppugnâſſe.

Sed errat.

Sunt enim Haitalitæ.

De quibus Patricides & Elmacinus.

habent,*amputare,*idque rectiùs)eúmque in eam ipſam viam, quâ venturus eſſet Phiruz,abjicere. Factum hoc eſt. Phiruz ergò cùm ibi tranſiret,inquiſivit in ejus conditionem. Ille verò reſpondit: Ego ſum ex magnatibus Haitalitarum,cúmque fama jam percrebuiſſet,te contra nos prodire & hoc nomine Rex in conſilium me quid facto opus eſſet adhiberet,ingenuè fatebar, non eſſe nos potentiæ tuæ & fortitudini reſiſtendo: Conſultiùs ergò fore,ſi tributi ſolutione vitam noſtram redimeremus. Hac verò re ita indignatus fuit Rex,ut hac me miſeria mulctârit. Abi ergò,inquiebat mihi,ad eum,quem tanti facis,quòque tantopere delectaris,Phiruzum. Dedítque in mandatis quibusdam militibus,ut huc me portarent. Tuam ergò nunc,ô Phiruz, imploro opem: ne permittas, fame me perire,aut à beſtiis dilaniari. Ego viam tibi compendioſiſſimam Achſchanvarum invadendi monſtrabo.Bidui iter ſufficiet nobis,dummodo commeatu bene ſitis inſtructi. Regio n. per quam tranſeundum nobis,arida eſt & ſiticuloſa. Conſiliarii Regis,fraudem ſubodorantes,Regem monebant,ut cautus eſſet,anguem enim,dubio procul,in hac latere herba,quæ incauto ipſi exitium facilè afferret. Ille verò,poſthabitis eorum conſiliis, ſenem ſequitur, ſed peſſimo ſucceſſu. Elapſo enim itinere bidui,exercitus ſiti preſſus paulatim deficere cœpit,aliis aliò diſtractis & diſperſis: ſic tandem Phiruz cum paucis ſuperſtes animadvertit,ſe circumventum eſſe à ſene,quem propterea, extorta priùs fraudis ingenua confeſſione, occidit. Phiruz ergò,exercitus ſui,partem maximam,factâ jacturâ,ab Achſchanvaro victus fuit & captus. Veniam autem & ſolutionem vinculorum inſtanter petens eam obtinuit,hac lege,ut ne deinceps Phiruz rediret,aut bello Haitalem affligeret,útque terminum figeret, quem, quo-ad ſpiritus ejus regeret artus, nunquam tranſiret. Acceptat has conditiones Phiruz,eáſque juramento confirmat. Domum verò reverſus in memoriam rediit fraudis & cladis ab Haitalitis acceptæ,quam reſtaurato

Liber 1. de orig. Muh.

 bello

Liber 1. de orig. Muh.

bello ulciſci in animum induxerat. At ubi negotium ſuis propoſuiſſet conſiliariis,dixerunt illi : انك قد عاهدته ونحن نتخوف عقوبة الغدر والبغي منك فقال لهم فيروز اني انما شرطت له اني لا اجوز الحجر فانا احمل الحجر معي علي العجل امامنا ولا نخلفه خلفنا فقالوا له ان العهد لا يحمل علي ما فسرت ولكن علي ما ظهر *

Nota æquivocationem Ieſuiticam.

Vtique fœdere ipſi junctus es, (juramento ei ſecuritatem promiſiſti) *Et certè metueremus pœnam perjurii & perfidiæ. Reſpondit Phiruzus: utique pactus ſum cum eo, quòd lapidem* (ſcribit enim *Elmacinus* p. 255. وجعلوا حجرا فاصلا حدود المملكتين *eos poſuiſſe lapidem, duo illa regna diſcriminantem*) *non ſim tranſiturus. Vehi igitur curabo mecum lapidem in curru ante nos, nec unquam poſt nos à tergo relinquemus.*

Ipſis Perſis exoſam.

Illi verò dicebant ei, pactum non juxta tuam explicationem debet intelligi, ſed prout apparet, id eſt, ex ſimplici & literali ſenſu. *Elmacinus* procerum reſponſum tale fuiſſe refert : ليس اليمين علي الحجر انما العهود لما اشتهر بين الناس *Non eſt juramentum de lapide : ſed fœdera explicanda ſunt, prout vulgò ea homines intelligunt.* Major certè Perſarum iſtorum fuit fides, candor, & integritas, quàm eorum, qui juramenta ſua non ex intentione partium, ſed mentali quadam reſervatione metiuntur. Sed ſurdo narrabant fabulam. Conſcribit enim Phiruz militem, eíque lapidem terminalem, vehiculo impoſitum, ſemper præmittit. Achſchanvarus interim, ſui quoque officii memor, valla, munimenta, pontes ad depellendam vim Phiruzi extruit, eúmque, ne præter fidem quicquam tentaret, hortatur. Turpe enim eſſe & vincere &

Digitized by Google

re & vinci: *illud* inglorium evenire, propter perfidiam: *hoc* pœnam fore violatæ fidei. Sed neque ſic de propoſito abſtrahitur Phiruz. Achſchanvarus igitur videns, nihil ſe hac ratione proficere, cum copiis quoque ſuis, ſuſpenſo, de haſta, publico initæ pacis inſtrumento, quo ſic omnibus pateret militibus cauſæ integritas & bonitas, prodit. Congreſſi autem Reges iſti ubi dimicant, mox Phiruzus cum ſuis cæditur, in fugam convertitur, meritáſque perjurii luit pœnas. Erat autem Perſa quidam Sucharan nomine, qui, audito acceptæ cladis nuntio, ad Achſchanvarum mittit, ab eóque Perſas captos, ſpolia ablata repetit, quæ & Achſchanvarus, ne novo implicaretur bello, quod Sucharan, nî pareret, minabatur, ſponte ceſſit. Atque ſic Phiruz anno Imperii 27. obiit. Liber 1. de orig. Muh.

Decimus ſextus eſt بلاس *Balas*, ut ſcribitur ab *Elmac.* 16. *Balas.* p. 257. à Genealogo noſtro يالاس *Jalas*: â *Patricide* بلابس *Balabas*. De quo ille ſic ſcribit: ثم تنازعا ابنا فيروز قباد وبلابس على الملك وغلب بلابس *Poſtea diſceptârunt filii Phiruz, Kobad & Balabas, de regno, vincente tandem Balabaſo.* Idem aſſerit, *Elmacinus*, addítque واحسن السيرة وعدل على الرعية واقام اربع سنين ومات *Et bene ſe geſſit* (Balas) *juſtitiam exercens erga ſubditos ſuos, cúmque ſubſtitiſſet in regno annos quatuor, mortuus eſt. Schikhardus* pag. 136. cum appellat fratrem Phiruzi, Kobadum verò ejus filium, qui à Patre, Haitalitas (Nephtalitas iterum vocat) aggreſſuro, propter ætatem teneram, ſolus domi fuerit relictus, cæteris filiis omnibus, quorum tot habuit, quot in longiſſimo menſe dies ſunt, in eadem foſsâ ſimul interierint. Sed reclamant Arabici Scriptores, qui conſtanter *Kobadum* & *Balaſum* fratres agnoſcunt. Porrò, qua ratione *Kobadus*, imperio ejectus,

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh. ctus opem implorârit Regis Turcarum Chakani, eandémque ab eo impetrârit, in itinere conjugem ſibi ſociaverit, prolixè referunt *Schikhard.* p. cit. *Elmacin.* p. 257. & *Patricid.* p. 198. Reverſurus autem, *ſcribunt*, magno ſtipatus exercitu Turcarum, fratrémque oppugnaturus, de obitu fratris redditur certior (ita enim *Elmacinus* referunt & *Patricides*: alii tamen volunt à Kobado eum fuiſſe exoculatum, infuſione ferventis olei) atque ſic regno, ſine pugna, potitur, illúdque per an-

16. *Kobadus Balaſi frater.* nos 34. adminiſtrat. Res ipſius geſtas, bella contra Amidum & Alexandriam ſuſcepta, regnum nova hæreſi, cui tamen ipſe addictior fuit, turbatum, urbes plurimas, pontes, munimenta ab eodem extructa commemorant *Elmac.* pag. 257. *Patricid.* 199. *Schikhard.* pag. 141. Exteri ſcriptores eum *Cabadem, Cavadem, Quadum, Coadem* & *Chuadum* nuncupant. Summatim modum adminiſtrati à Kobado regni perſtringit *Elmacinus* pag. 266. واما قباد ابن فيروز ملك الفرس فانه اسا السيرة وظلم وعسف واخذ اموال الرعية وكلفهم تكالبيو فانكر الناس امره وارادوا قتله وخافوا سرجوا وزيره واتفقوا على قتل سرجوا اولا فاغروا قباد عليه واوهموه فيه فكذبوا عليه ولم يزالوا يغروه ويوهموه فيه الي ان قتله فلما قتل تار من اكابر فارس انسان يقال له مردق واجتمع اليه جماعة واستولوا على الملك وحجبوه عن الناس وشرعوا اموال الناس وياخذون اموالهم واملاكهم ودوابهم وامتعتهم ويقولون من هو الذي اختصكم بهذه النعم دوننا ونحن نريد المساواة وانتصر

وانتصر هرمز ابن سرجوا الوزير للناس وجمع جموعا كثيرة وحارب مردق وقتله وقتل اكثر اصحابه ولما عاد قباد الملك الي موضعه وبعد ذلك مات قباد لتمام ثلاثة واربعين سنة في المملكة * id eſt, *Kobadus* Liber 1. de orig. Muh.

autem filius Phiruz, Rex Perſarum adeò malè ſe geſſit, opprimendo, prædando, ſubditorum facultates rapiendo, onera ſeu angarias imponendo, ut homines Imperio ejus ſubeſſe tæduerit. Voluerunt itaque occidere eum, ſed Conſiliarium ejus Sergu (*Patricides* eum *Sovachar* appellat) *metuerunt. Convenit igitur inter eos, priùs ſe è medio ſublaturos Conſiliarium. Et incitaverunt Kobadum contra eum, falſis eum opinionibus, & mendaciis tamdiu opprimentes, quoad interfeciſſet eum. Cúmque trucidâſſet eum, tumultuari cœpit quidam ex primoribus Perſiæ, cui nomen Mardek* (*Patricides* مرزيق *Morzeikum*, à رزق *cibavit, ſuſtentavit, portionem dedit*, propterea quòd doceret, ان الله انما جعل الارزاق في الارض لتقسمها علي العباد بالسوي * id eſt, *Deum poſuiſſe dona ſua in terra, ut æqualiter inter homines dividerentur*, Schikhardus pag. 141. *Mezdakum*, appellat, ejúsque dogmata fusè recenſet) *ad quem magnus cætus congregatus eſt, & potiti ſunt rege, eúmque ab hominibus abſconderunt. Et invaſerunt opes hominum, iíſque abſtulerunt facultates eorum, poſſeſſiones eorum, jumenta eorum, ſupellectilia eorum, dicentes:* Quis eſt qui vobis hæc beneficia propria fecerit extra nos? (Unde hæc poteſtas, quòd veſtra magis, quàm noſtra ſint, quæ vobis vendicatis)? Nos utique volumus omnia pariter eſſe diſtributa. *Imploravit autem Hormoz, filius Sargu, Conſilia-*

 rii,

Liber 1. de orig. Muh.

ctus opem implorârit Regis Turcarum Chakani, eandémque ab eo impetrârit, in itinere conjugem ſibi ſociaverit, prolixè referunt *Schikhard.* p. cit. *Elmacin.* p. 257. & *Patricid.* p. 198. Reverſurus autem, *ſcribunt*, magno ſtipatus exercitu Turcarum, fratrémque oppugnaturus, de obitu fratris redditur certior (ita enim *Elmacinus* referunt & *Patricides*: alii tamen volunt à Kobado eum fuiſſe exoculatum, infuſione ferventis olei) atque ſic regno, ſine pugna, potitur, illúdque per annos 34. adminiſtrat. Res ipſius geſtas, bella contra Amidum & Alexandriam ſuſcepta, regnum nova hæreſi, cui tamen ipſe addictior fuit, turbatum, urbes plurimas, pontes, munimenta ab eodem extructa commemorant *Elmac.* pag. 257. *Patricid.* 199. *Schikhard.* pag. 141. Exteri ſcriptores eum *Cabadem*, *Cavadem*, *Quadum*, *Coadem* & *Chuadum* nuncupant. Summatim modum adminiſtrati à Kobado regni perſtringit *Elmacinus* pag. 266.

16. Kobadus Balaſi frater.

واما قباد ابن فيروز ملك الفرس فانه اسا السيرة وظلم وعسف واخذ اموال الرعية وكلفهم تكاليبو فانكر الناس امره وارادوا قتله وخافوا سرجوا وزيره واتفقوا على قتل سرجوا اولا فاغزوا قباد عليه واوهموه فيه فكذبوا عليه ولم يزالوا يغروه ويوهموه فيه الي ان قتله فلما قتل تار من اكابر فارس انسان يقال له مردق واجتمع اليه جماعة واستولوا على الملك وحجبوه عن الناس وشرعوا اموال الناس وياخذون اموالهم واملاكهم ودوابهم وامتعتهم ويقولون من هو الذي اختصكم بهذه النعم دوننا ونحن نريد المساواة وانتصر

وانتصر هرمز ابن سرجوا الوزير للناس وجمع جموعا كثيرة وحارب مردق وقتله وقتل اكثر اصحابه ولما عاد قباد الملك الي موضعه وبعد ذلك مات قباد لتمام ثلاثة واربعين سنة في المملكة * id eſt, *Kobadus* Liber 1. de orig. Muh.
autem filius Phiruz, Rex Perſarum adeò malè ſe geſſit, opprimendo, prædando, ſubditorum facultates rapiendo, onera ſeu angarias imponendo, ut homines Imperio ejus ſubeſſe tæduerit. Voluerunt itaque occidere eum, ſed Conſiliarium ejus Sergu (*Patricides* eum *Sovachar* appellat) *metuerunt. Convenit igitur inter eos, priùs ſe è medio ſublaturos Conſiliarium. Et incitaverunt Kobadum contra eum, falſis eum opinionibus, & mendaciis tamdiu opprimentes, quoad interfeciſſet eum. Cúmque trucidâſſet eum, tumultuari cœpit quidam ex primoribus Perſiæ, cui nomen Mardek* (*Patricides* مرزيق *Morzeikum*, à رزق *cibavit, ſuſtentavit, portionem dedit*, propterea quòd doceret, ان الله انما جعل الارزاق في الارض لتقسمها علي العباد بالسوي * id eſt, *Deum poſuiſſe dona ſua in terra, ut æqualiter inter homines dividerentur*, Schikhardus pag. 141. *Mezdakum*, appellat, ejúſque dogmata fusè recenſet) *ad quem magnus cœtus congregatus eſt, & potiti ſunt rege, eúmque ab hominibus abſconderunt. Et invaſerunt opes hominum, iíſque abſtulerunt facultates eorum, poſſeſſiones eorum, jumenta eorum, ſupellectilia eorum, dicentes:* Quis eſt qui vobis hæc beneficia propria fecerit extra nos? (Unde hæc poteſtas, quòd veſtra magis, quàm noſtra ſint, quæ vobis vendicatis)? Nos utique volumus omnia pariter eſſe diſtributa. *Imploravit autem Hormoz, filius Sargu, Conſilia-*

 rii,

Liber 1. de orig. Muh. *rii, aliorum auxilium, congregatâque numeroſâ multitudine oppugnavit Mardekum, eúmque occidit, cum pleriſque ſociis ejus: Poſtea verò cùm Kobadus reverſus eſſet in locum ſuum, obiit anno regni abſoluto quadrageſimo tertio.* Idem, & plura adhuc, habet *Patricid.* p. 29. Reliquit autem *Kobadus* ſucceſſorem filium, quem communi Regum Perſarum nomine *Coſ-*

17. Coſroe. *roe* vocant. *Patricid.* pag. 219. ثم ملك بعده كسرى ابن قباد وهو الذي يقال له انوشروان وملك سبعة واربعين سنة وستة اشهر *Poſtea regnavit Koſra, filius Kobad: Eſtque is ipſus, qui Anu-ſcharvan* (Schikhardus habet نوشير روان *Nuſchir-ravvan. Elmacin.* pag. 267. ابو شروان *Abuſcharvan*) *vocatur: Præfuítque annos 47. menſes ſex.* Incidit Imperium ejus in annum quartum Imperatoris Juſtiniani. De ſtudiis & eruditione, ludo Schachico (quem ab Indis inventoribus primùm tum ipſi exhibitum nonnulli volunt: alii à شطرنج *Schatrangha* Philoſopho & Mathematico Perſarum celeberrimo excogitatum ſcribunt. Vide *Hiſt. Tim.* p. 68. & *Fabric.* ſpec. Arab. pag. 144. A Perſis certè Europæi, & luſum & terminos mutuârunt) fusè loquitur *Schikhar.* pag. 146. & deinceps, ex *Procopio.* Nos παραλειπόμενα tantùm ex *Elmacino* excerpemus وان كسرى نفى من بقى من اصحاب مردق ورد على الناس ما كان اخذ من اموالهم واملاكهم واختار وزرا وعمالا وقضاة ورتبهم في الاعمال واخرج كتب ازدشير الذي فيها سيرته وحمل الناس عليها وكتب بذلك الى جميع مملكته

مملكته وفي السنة السابعة من ملكه سار بجنوده الي Liber 1. de orig. Muh.
انطاكية ونزل بها وحاصرها وكان بها جنود
كثيرة ليوسطيانوس ملك الروم فقاتلهم وفتح
المدينة واستولي عليها واخذ منها اموال كثيرة وامر
ان يقاس حصونها واسواقها وطرقها وادرها وكتب
الي نوابه ان يبني مدينة علي صفتها فبنيت فسماها
رومية ونقل اهل انطاكية اليها فلما دخل اليها
مضي كل واحد الي داره كانهم خرجوا من
* انطاكية ثم اعيدوا اليها id eſt, *Expulit autem Coſra eos qui de Mardeki* (Marzeki) *aſſeclis erant ſuperſtites. Reddidítque hominibus, quæ ablata iis fuerunt de opibus & poſſeſſionibus eorum.* Patricides pag. 219. prolixior eſt, ordine recenſens, qua quisque ratione opes, facultates, uxores ſuas, in communem ante uſum à Marzekitis raptas, receperit: cætera ad reſtauranda loca deſolata & deſerta contulerit. *Conſiliarios etiam, præfectos, & judices, præfecturis ſuis præfecit. Produxit inſuper ſcripta Azdeſchiri, quibus vita ejus continebatur, ad eam vivendi rationem homines rejecit, déque ea omnibus regni ſui ſubditis ſcripſit. Anno ſeptimo regni* (Patricides *nonum annum* ponit) *profectus eſt cum copiis ſuis Antiochiam, ibíque caſtrametatus, urbem obſidione cinxit. Habuit autem Romanorum Rex Juſtinianus in ea numeroſum exercitum, quem ille cacidit, urbem occupavit, eáque eſt potitus. Et abſtulit inde magnam opum vim. Dedítque in mandatis, ut iniretur menſura munimentorum ejus, platearum ejus, viarum ejus, & habitationum ejus: ſcripsítque ad Vica-* Nova Roma, ſeu Antiochia.

Liber 1. de orig. Muh. *rios ſuos, ut ad ejus deſcriptionem* (exemplar) *ædificetur urbs. Et ædificata eſt, & vocavit eam Romam. Tranſtulítque illuc Antiochenos. Cùm verò eam eſſet ingreſſus, quiſque in ſuam venit habitationem, non ſecus ac ſi egrederentur ex Antiochia, ad eandémque reverterentur.* Patricides pleniùs reddit: فلما صاروا اليها ودخلوا من باب المدينة ومضا كل اهل بيت منهم الي شبه منازلهم كانهم انما خرجوا من انطاكية وعادوا اليها * *Cùm ad eam* (Romam) *acceſſiſſent, urbíſque portam eſſent ingreſſi, venit una quæque familia eorum in domicilium planè ſuo ſimile, non ſecus ac ſi Antiochiâ egrederentur, ad eámque redirent.* Operâ tandem & auxilio Chakani ſoceri ſui aggreſſus eſt Haitalitas, eóſque, ut injuriam avo illatam ulciſceretur, oppugnavit, Balachum occupavit, Saipho, Ibn-di, Ibn Chamri contra Æthiopes ſubſidium miſit, Arabiam felicem cum eo invaſit, atque

18. *Hormoz.* adeò, victor ubique, obiit, ſucceſſorem relinquens هرمز *Hormoz*, tyrannum, omniúmque bonorum oſorem execrabilem. Unde & magnam terrarum à Romanis ab Anteceſſoribus ereptarum, & ipſius quoque vitæ in carcere, jacturam fecit. Vide *Schikhard.* p. 153. & deinceps. Annos Imperii illi tribuit XII. *Elmac.* XI. & ſeptem menſes. *Funccius* VIII. Totius regiminis hiſtoriam *Elmacinus* p. 270. & 271. ita deſcribit: فاما هرمز ملك الفرس وان اسي الي رعيته وضيق عليهم واخذ اموالهم وعسفهم فارسل اكابرهم الي خاقان يسالوه ان ياتي اليهم ويملك عليهم ويريحهم من جور هرمز ابن كسري فجمع خاقان عساكره وجا لقتال

Digitized by Google

لقتال هرمز وقدم هرمز رجلا من اقاربه اسمه بهرام ابن Liber 1. de orig. Muh.
بهرام وضم اليه عساكره وسيره لقتال خاقان وانتصر
بهرام ابن بهرام فطلب الملك لنفسه فوافقه الجيش
الذي معه ومطلوا له وسار الي خراسان وجمع الجند
الذين في البلاد وخلع هرمز من المملكة واستولي
عليها وكان لهرمز ولدا يقال له كسري في بعض
الجهات فبلغه الخبر واخذ العسكر الذي معه وجا
لنصرة والده فبلغه قتل وتوجه نحو الروم الي موريق
ليستنجد به علي بهرام فتفرق من كان معه من
العسكر ولم يبق معه سوي ثمانية انفس وبلغ بهرام
الخبر فوجه في طلبهم فادركهم الخيل عند دير فيه
رهبان فلما راوا الخيل قال احدهم وهو تبدي لكسري
ومن معه قال امضوا انتم في بطن الوادي وانا اطلع الي
هذا الدير واشغلهم عنكم واكفيكم امرهم وفعلوا
كذلك وتوجه كسري ومن معه الي موريق وطلع
تبدي الي الدير واغلق ابوابه ولما وصلت خيل بهرام
ابن بهرام الي الدير وطلع تبدي الي اعلا السور وسلم
عليهم وقال لهم كسري يقريكم السلام فيقول قد صرنا
في

Liber 1. de orig. Muh.

في ايديكم فلعل تتركونا في هذا الموضع الي الغد
لنستريح ونمضي معكم الي بهرام فاجابوه الي ذلك ولما
كان اليوم الثاني وعلم تبدي ان كسري ومن معه
قد قطعوا مسافة بعيدة فتح الباب واعلمهم الصورة
فحملوه الي بهرام فعرفوه ما فعله فتعجب كيف بذل
نفسه عن مولاه وامر بحبسه واما كسري فانه وصل
الي موريق ملك الروم واعلمه بما جري من بهرم وطلب
منه النجدة والنصرة عليه فاجابه الي ذلك وبعث معه
جيشا كثيفا وسار الي بلاده فتقاتلوا مع بهرام
فانتصر كسري وانهزم بهرام الي بلاد الترك واحتال
كسري وسير وقتله هناك وملك كسري هرمز في
السنة السابعة من ملك موريق واحسن الي الروم
الذين جاوا معه لنجدته واعطاهم الاموال والتحف
وردهم الي موريق ثم بعد ذلك اهتم بهدايا كثيرة
وتحفا جليلة وسيرها مع اكبر الاساورة الي موريق
وساله ان يزوجه ابنته مريم فاجابه الي ذلك وحملها
اليه ومعها من الجهاز والقماش والجواهر والاموال
والعبيد والجواري ما يصلح لها وتزوج بها واحبها *

id eſt,

Liber 1. de orig. Muh. *Hormoz tyrannus.*

id eſt, *Hormoz autem, Perſarum Rex, ſubditos ſuos inclementer tractavit eos preſſit, omnibus facultatibus ſpoliavit, atque adeò tyrannicè angariavit. Procerés igitur Perſarum miſerunt ad Chakanum, rogantes eum, ut ad ſe accederet, iiſque imperaret, & à tyrannide Hormoz, filii Coſra, quietem concederet. Collecto itaque exercitu venit Chakan oppugnatum Hormozum. Præfecit autem* (exercitui) *Hormoz virum de cognatis ſuis, cui nomen Bahram,* (*Patricid.* ait, ejus cognomentum fuiſſe سونير *Sunir*) *filius Bahrami, cui copias ſuas* (12000. juxta *Patricid.*) *commiſit, & ad oppugnandum Chakanum ablegavit. Victoriâ is potitus regnum ipſe ambivit,* (memor videlicet, ut *Patricid.* addit, magnæ illius crudelitatis, & immanis ſævitiæ, quam exercuit id ſubditos p. 228.) *applaudente toto exercitu, quem ſecum habebat, qui juramentum ei præſtitit. Abiit autem is Choraſanem, copiáſque, quæ ibi locorum erant, collegit. Imperium itaque, abdicato Hormozo, ipſe occupavit. Habuit autem Hormoz filium, Coſra dictum, in quodam loco* (*Patricides* exprimit *Adrighan* vel *Adrebighan*) *latentem: is, cognito patris ſtatu, exercitum, quem ſecum habuit aſſumſit in ſubſidium patri ſuo. Reſciſcens autem patrem ſuum occiſum eſſe, Romam tendit ad Mauritium, ut opem ejus imploraret contra Bahram. Et diviſi erant inter ſe qui cum ipſo degebant de exercitu* (nolebant enim, ut *Patric.* ſcribit, quidam hoc ejus conſilium probare, aut, antequam Hormoz è medio ſublatus eſſet, exterum militem quærere) *ita ut nemo cum eo remaneret, niſi octo tantùm. Bahram igitur rem cognoſcens, inſecutus, fuit eos, tandémque eques eos ad Monaſterium, in quo erant Monachi, aſſequitur. Cúmque equos illi viderent* (vitam ſuam jam deſperantes *Patricid.*) *dixit quidam, Taidi nempe* (Patricid. *Nabdi* eum nuncupat conſtanter, additque, *Neſtanum*, *Nabdi*, & *Coſram* patrueles fuiſſe) *ad Coſram & comites ejus: Præcedite vos per medium fluvium,*

Oppugnatur 1. à Chakano.

2. A duce ſuo Bahramo.

Ei ſuccurrit filius Coſra: Moritur Hormoz.

Filium inſequitur Bahram.

ego

Liber 1. de orig. Muh

ego verò aſcendam Monaſterium hoc,& occupatos eos à vobis abſtraham,negotium eorum à vobis amoliturus. Et obſecuti illi,ita fecerunt. Coſra igitur cum comitibus profectus eſt ad Mauritium. Taidi verò aſcendit in Monaſterium,forésque clauſit. At equitatus Bahrami,filii Bahrami cùm acceſiſſet,aſcendit Taidi in ſupremitatem muri,eóſque ſalutatos,ſic compellavit: Salutem vobis dicit Coſra,& indicare me juſſit, nos in manibus veſtris eſſe,dummodo in hoc nos relinquatis loco ad craſtinum uſque diem,ut quieſcamus, & deinde ad Bahramum vobiſcum abeamus. Et conſenſerunt illi. Poſtero die,cùm Taidi non ignoraret,Coſram & comitatum ejus longum ſatis ab eo loco feciſſe iter,fores aperuit,iiſque quomodo res ſe haberet,indicavit,& detulerunt eum ad Bahram,eíque ſignificârunt, quid feciſſet Taidi. Et miratus fuit,eum poſuiſſe animam pro Domino ſuo,eúmque vinciri juſſit. Coſra autem ad Mauritium Romanorum Regem pervenit, eíque, quid cum Bahramo eveniſſet,indicavit. Petiit autem ab eo ſuppetias & auxilium,& gratificatus eſt ei,miſitque cum eo exercitum magnum, profectúsque eſt in terram ſuam. Et conflixerunt cum Bahramo,qui,victore Coſra,in fugam converſus in Turcarum regionem abiit. Inſidiis tandem Coſra Vaſirum (Patricid. *Sunirum*) *ibi occidit. Regnavit autem Coſra-Hormoz anno ſeptimo Imperii Mauritii. Et benefecit Romanis,qui ſubſidio ei venerant,dedítque iis opes,& munera,& remiſit eos Mauritio. Poſtea ſolicitè congregavit multa munera,ac præclara dona,eaque cum primoribus Aſavaritarum* (Perſæ quidam ſunt,qui Batzoram incolunt) *ad Mauritium miſit,rogavítque ſibi filiam ejus,Mariam,dari in conjugem. Annuit ei Mauritius, eámque ad eum ablegat onuſtam omnibus* ad viam *neceſſariis,ſuppellectilibus,cimeliis, opibus,ſervis, ancillis,quantum conveniret. Et deſponſavit eam ſibi,multúmque dilexit.* Conjugium Mariæ cum Coſra Perſa

Sed aſtu elabitur.

Et ad Mauritium Imperatorem pervenit. Subſidio e,us Bahramum in fugam vertit. Romanos milites benignè tractat.

Mauritii filiam ambit.

Perſa *Patricides* etiam enarrat, ſed addit pag. 230. وكتب

Liber 1. de orig. Muh.

اليه موريق الملك انه ما يجوز لي ان ازوجك ابنتي الا ان تصير نصراني وتنصر واجاب كسري الي ذلك وتنصر كسري ولاموه اصحابه ووصراه وقواده وقالوا له هذا عار علينا وعليك معنا ولم يفعل هذا احد قبلك من ملوك فارس من ازدشير الي هذا الوقت *

id eſt, *Scripſitque ei Rex Mauritius. Non convenit mihi, ut meam tibi deſponſem filiam, niſi Chriſtianiſmum amplectaris. Coſra autem, conditionem hanc ratam habens, Chriſtianus factus eſt: quo nomine ipſum Socii ejus, conſiliarii & duces reprehenderunt, dicentes ei: Probrum hoc eſt & dedecus, nobis æquè ac tibi. Hoc enim ante te nullus fecit Perſarum Rex ab Azdeſchir ad præſens uſque tempus.* At Coſra parvi hæc duxit. Acceptorum à Mauritio beneficiorum memoria animum hominis ita occupavit, ut à propoſito ſuo nullis potuerit avelli impedimentis. Poſtea verò Mauritio per Phocam ſublato multa à Perſis devoranda Coſræ fuerunt convitia & exprobrationes. قالوا له وزراه قد قلنا لك ان ليس للنصاري عهد ولا دين ولا دمه ولم تقبل منا ولو كان لهم عهد ودين لم يقتلوا ملكهم * *Dixerunt ei conſiliarii ejus, utique dixeramus tibi, Chriſtianos nec fœdera ſervare, nec religionem, nec pacta; at nolebas nos audire. Si enim religio ipſis eſſet aut fœdus, utique regem ſuum non occidiſſent.* Authores igitur ei fuerunt ut vim Socero illatam vindicaret, Hieroſolymam occuparet, & Romanos quocunque poſſet modo affligeret. Paret ergo, & ut *Patricidis* verbis

Ea propter Chriſtianiſmum amplectitur. Sed à magnatibus Perſia reprehenditur.

Mauritius à Phoca interficitur.

Ejus mortem gener graviter ulciſcitur.

…uer 1. de orig. Muh. bis p.232 utar, وجه بقايد من قواد يقال له خروزية الي
بيت المقدس ليخربه ووجه بقايد اخر الي مصر
والاسكندرية في طلب الروم وقتلهم وخرج كسري
بنفسه الي القسطنطينية وحاصرها اربعة عشر سنة
واما خروزية فسار الي الشام واخربه ونهب اهله فصار
الي بيت المقدس فاجتمع اليه اليهود من طبرية وجبل
الجليل والناصرة وما حواه وجاوا الي بيت المقدس
وكانوا يعينون الفرس علي خراب الكنايس وقتل
النصاري فلما صار الي بيت المقدس اول مما نزل
خرب كنيسة الجسمانية وكنيسة النية وهما خراب
الي هذا الوقت وخرب كنيسة قسطنطين والاقرانيون
والمقبرة وضرب المقبرة والاقرانيون بالنار وخرب
اكثر المدينة وقتلوا اليهود مع الفرس من النصاري
ما لا يحصي كثرتهم وهم القتلي الذين ببيت
المقدس في الموضع الذي يقال له ماملا وانصرفوا الفرس
بعد ما احرقوا وقتلوا واخربوا وسبوا زكاريا بطريق
بيت المقدس وجماعة معه فاخذوا عود الصليب الذي
كانت هيلانة الملك خلفته في الموضع وكان

قطعة

قطعة من خشبة الصليب وحمل مع السبي الي ارض Liber r. de orig. Muh.
فارس. فاستوهبت مريم بنت موريق الملك من
كسري عود الصليب وزكاريا البطريرق فاناسا
كثير ممن سبي فاخذتهم عندها في دارها فاقاموا
عندها فمات زكاريا البطريرق في السبي *

Mittítque ducem ex ducibus ſuis, cui nomen Charuzia (*El-mac.* pag. 271. habet *Chazruia*) *Hieroſolymam, ut eam vaſtaret* (cum tota Palæſtina, *Elmac.*) *Alium verò miſit ducem in Aegyptum & Alexandriam, ut Romanos quæreret, eóſque caderet. Ipſe autem Coſra egreſſus eſt Conſtantinopolin* (quam الغطط *Elmacinus* appellat) *eámque per annos quatuordecim obſedit. Charuzias autem abiit in Syriam, devaſtavit eam, populúmque deprædatus eſt. Poſtea Hieroſolymam proficiſcitur; & congregârunt ſe ad illum Judæi è Tiberia, montibus Galilææ, Nazaretho, & qui vicini erant, venerúntque ad Domum Sanctam, ut Perſis opem ferrent in devaſtatione templorum, & internecione Chriſtianorum. Cùm autem Hieroſolymæ fuiſſet, primum quod deſtruxit, templum fuit Corporis, templum Helenæ, quæ in hunc uſque diem adhuc diruta jacent. Deſolavit etiam templum Conſtantini Cranium* (Golgotham) *& ſepulchrum, quæ duo poſtrema igni delevit. Et devaſtavit plurimas urbes. Occiderunt autem Judæi cum Perſis plures Chriſtianorum, quàm quos vel recenſere liceat: illos nempe, qui Hieroſolomis occiſi ſunt in loco* (*Elmac.* ſpeluncam vocat) *Mamala. Cùm verò Perſæ incendio omnia perdidiſſent, occidiſſent, & devaſtâſſent, diſceſſerunt, captivum ſecum abducentes Zachariam Patriarcham Hieroſolymitanum, multóſque cum eo. Acceperunt etiam lignum crucis, quod Helena Auguſta ibi locorum reliquerat* (*fuit autem particula*

Hieroſolyma capitur.

 tan-

Liber 1. de orig. Muh.

tùm de ligno crucis) ſecúmque cum captivis in Perſiam deportârunt. Petiit autem Maria, filia Mauritii Regis, à Coſra lignum crucis, Zachariam Patriarcham, cum multis aliis, qui captivi erant; aſſumsítque eos ad ſe domum ſuam, ibíque cum ea degerunt. Et obiit Zacharias Patriarcha in carcere. Diximus ſuprà, obſidione Coſram cinxiſſe Conſtantinopolin: Hîc verò, candide lector, mihi vide, quàm parati fuerint Judæi, ut ad amiſſam αὐτονομίαν redirent, in turbido piſcari! Rem perſpicuè ſatis enarrat *Patricides* pag. 236 فلما حصار

Iudæorum contra Chriſtianos techne.

كسري القسطنطينية خلة الارض الشام من جند
الروم وكان في مدينة صور اربعة الاف يهودي
وكتبوا اليهود الذين هم بصور الي اليهو الذين هم
ببيت المقدس وقبرص واليهود الذين بدمسق وجبل
الجليل وطبرية ان يجتمعوا كلهم في ليلة فصح
النصاري ليقتلوا النصاري الذي بصور ويصعدون
الي بيت المقدس ويقتلوا كل نصراني بها ويغلبوا
علي المدينة وغلب الخبر الي البطريق المقيم بصور
واهل صور فاخذوا اليهود الذين بصور وقيدوهم بالحديد
وسجنوهم واغلقوا ابواب صور وصيروا عليها
المنجنيقات والعرادات فلما كانت ليلة فصح النصري
اجتمعوا اليهود من كل بلد الي صور كما كتبوا
اليهم اليهود واتفقوا عليها وكنوا بها عشرين الف
رجل

رجل محاربوهم حربا شديدا من فوق الحصن فهدموا
البهود كل كنيسة كانت خارج حصن صور
وكانوا كلما هدموا كنيسة اخرجوا اهل صور
من البهود المقيدين عندهم مائة رجل ويقفوهم علي
الحصن ويضربون اعناقهم ويرمون بروسهم الي خارج
فضربوا اعناق الفي رجل ثم وقعت في البهود صيحة
وانهزموا وخرج اهل صور وفتحوا اكتافهم وفي
نسخة فمنحوا اكتافهم وقتلوا منهم مقتلة

Liber 1. de orig. Muh.

✻ عظيمة id eſt, *Interea verò, dum Coſra Conſtantinopolin obſedit, univerſa Syria milite Romano fuit evacuata. Erant autem Tyri Judaeorum quadraginta millia: ſcripſerunt igitur Judaei Tyrii ad Judaeos Hieroſolymitanos, Cyprios, Damaſcenos, Galilaeos montanos, Tiberienſes, ut noctu Paſchatis Chriſtianorum omnes convenirent, ad Chriſtianos, qui Tyri habitant, interficiendos; poſtea Hieroſolymam aſcenderent, eámque, Chriſtianis ibi occiſis, occuparent. Pervenit autem fama ad Patriarcham ſubſiſtentem tum Tyri, & ad cives urbis, qui Judaeos Tyri habitantes ceperunt, eóſque ferreis catenis vinctos in carcerem compegerunt. Clauſerunt etiam fores, iiſque admoverunt baliſtas & catapultas. Adventante ergo nocte Paſchatis Chriſtianorum, Judaei undiquaque Tyrum confluxerunt, prout ad eos fuit ſcriptum à Judaeis, & inter omnes convenit, fueruntque in ea* (Tyro) *viginti millia hominum, qui gravi eos clade ex arce affecerunt. Judaei autem extra Tyrum arcem (Elmac.* urbem) *omnia deſtruxerunt templa. Quotieſcunque verò Judaei templum diruerunt, toties*

Liber 1. de orig. Muh.

ties Tyrii centenos vinctos collocârunt in arce, eiſque cervices amputârunt, capita verò extrà projecerunt: atque ſic Judæorum duobus millibus cervicem amputârunt: *Elmac.* ſcribit, omnes, qui ferreis vincti fuerint vinculis hoc ſupplicii genere interiiſſe. *Poſtea clamor quidam exitialis Judæos oppreſſit* (*Elmac.* ait, Judæos de adventu militis Romani certiores fuiſſe redditos) *& in fugam converſi ſunt. Tyri igitur egreſſi, aperuerunt, aut* (ut in alio eſt exemplari) *objecerunt humeros ſuos* (melior tamen *Elmacini* videtur lectio, quæ habet, *aperuerunt portas urbis*) *& ediderunt ex iis ſtragem longè maximam.* Sed ſatis de Perſarum Imperatoribus, quatenus ad Genealogiam hanc noſtram illi faciunt. Cæteri, *Schyruiah*, qui vixit A. 628. *Ardeſchir* junior A. 629. *Schariar* tyrannus, A. eodem. *Joon-Schir* An. eod. *Tuvvandocht*. A. 630. *Jancucar*. A. eod. *Azurmy* A. 631. *Keſere* A. eod. *Schariar-Ferochzad* A. 632. *Jazdigerd* ultimus, qui ab anno 632. ad 651. regnavit, huc non pertinent. Sunt enim Muhammedis tempore poſteriores.

Concluſio hujus Capitis.

Rationes prolixæ hujus tractationis.

Atque ſic, DEI gratiâ, prolixum hoc de Genealogia Muhammedis caput ad umbilicum perduximus. Ne verò ſine prægnanti cauſa in hoc Augiæ ſtabulo expurgando videamur fuiſſe occupati, aliquas ſaltem dabimus rationes, quæ ad ſulcandum pelagus hoc nos incitârint.

Ratio 1. Methodi [illegible]

Primò quidem huc nos pellexit Methodi ratio, quæ noluit permittere, intacta nos illa prætermittere, ſine quibus manca planè eſſet, mutila & truncata hiſtoria noſtra Orientalis.

2. Raritas ſcripti Taarich bene Adam.

Secundò, calcar nobis addidit præclara illa occaſio ex oblata *Viti Marchtaleri*, Ulmenſis, *Genealogia filiorum Adam*, in qua nulla vel religionis, vel συγχρονισμοῦ habita ratione πάνθ' ὑπὸ μίαν Μύκωνον. Quàm magnificè de illa ſentiat, quóque

eam

eam loco habeat, ex præfatione in *Taarich Perſicum Schikhardi* p. 4. b. diſces: *Debuiſſem tunc quoque fateor exhibere volumen Genealogicum Turc-Arabicum, quod biennio antè, cùm famoſiſſimum illud Vngariæ Caſtellum Villeck expugnaremus, in dirptione templi Muhammedani (Meſgidam vocant) propitio Deo nactus ſum, elegantiſſimè ſcriptum ac propter immanem longitudinem convolutum in ſpiras: ſed cohibuit me neſcio quæ ſolicitudo, ut huic Theſauro, non ſine diſcrimine parto, inſtar* Gryphis *auro incubantis, tenerrimè hactenus caverim, ne fortunam experiretur eandem, quam olim annales Turcici* Augustissimo Sac. Mt. Væ. Avo Cognomini *Sanctiſſ. recordationis, ab Hieronymo Bekio de Leopoldsdorf, Viro præſtrenuo, ex Horeb monte ac Jeroſolymis reduce, oblati, qui totis XXXV. annis in abſtruſo delituere donec ejusdem acquiſitoris cura & hortatu nobilis ille Polyhiſtor Joh. Levvenclavius indignæ ſortis libri miſertus, eum Latinè publicaret. Itaque hanc operam dedi potiùs, ut interpretatione quadam veſtitum ſe ſiſteret. Auguſtalibus oculis. Proinde paſſim in Transſylvania & limitaneis Vngariæ locis, maximè verò cum Dragomanis Turcarum hoc egi, ſed ut ubique fruſtrarer fecit partim imperitia illorum, partim mea diffidentia, qui barbaricis ingeniis concredere timebam, quod ipſi tantùm ſuis Dymaſtis deberi, à nobis verò indignè poſſideri exiſtimabant. Cùm neque inter Chriſtianos, quos ego noverim, huc uſque offendiſſem, qui dextrè mihi ſingula exponeret, factum eſt ut literariæ opes iſtæ, pari cum Bekianis fato, ad totos XXXV. annos in capſulis adverſus blattas & obliviosam temporis pigritiam ægrè ſe defenderent.* Sed & filius, patri *συνώνυμος*, geminâ ad Ampliſſimum Virum *Caſparum Hirzelium*, Republicæ noſtræ Secretarium meritiſſimum, operis raritatem ita commendavit, ut non dubitârim, operæ pretium me facturum, ſi quid rei eſſet, aliquantò pleniùs explicarem. Antevertit quidem nos Cl. *D. Schikhardus*, vir literaturæ orien-

Liber 1. de orig. Muh.

Liber 1. de orig. Muh. orientalis apprimè gnarus: at quàm diverſos præfixos habeamus ſcopos, vel ipſa utriuſque collatio docebit. De Perſarum Regibus agere curæ *ipſi* maximè fuit; *mihi* de omnibus illis, qui Muhammedis tempore ſunt priores. Neque verò idem planè videmur habuiſſe exemplar. Differt enim noſtrum à Schikhardiano non parùm. Nos noſtrum κατὰ πόδα ſumus ſecuti, ille ſuum, niſi quòd in poſteriorum Perſiæ Regum ſerie â ductu Genealogi declinare nos coëgerit magnus aliorum orientalium ſcriptorum conſenſus. Huc accedit, quòd in multis *Cl. Schikhardus* nobis quoque noſtras periclitandi vires reliquerit locum. *Extra catenam* ſcribit, præf. pag. 19. *aliqui locantur ſeorſim juxta coævos, qui celebritate nominis meruerunt, annotari, quamvis obſcurò genere nati eſſent, ut prope Moſen* Schaybus *Midianitarum Propheta, cujus in Alkurano fit mentio, Sureta Hudi, quæ Arabica numeratione eſt undecima. Sic & circa Davidem Goliathus, circa Salomonem* Lukmanus *ille ſapiens mythologus, Perſarum alter Aeſopus: cujus fabulæ extant etiam nunc, & à quo ejusdem Alkurani Sureta 31. denominatur, quia ibi commendatur prolixè, quòd filium ſuum ad unius Dei cultum & obedientiam parentibus debitam, atque alios mores bonos diligenter inſtituerit. Eſt tamen, ne diſſimulem, in hac ipſa collocatione extraordinaria, manifeſtum erratum & imperitia Chronologiæ magna, quando v. gr. juxta Chriſtum velut coætaneos ponit Georgium, Jonam, & Samſonem, quorum iſti longè priores, ille verò poſterior eſt, & fortaſſe ſolius religionis intuitu, velut magnus Eccleſiæ doctor, Salvatori ad latus fuit appoſitus. Suſpicor etiam prædictum Lukmanum impertinenter locutum eſſe, nec tam temporis quàm ſapientiæ reſpectu Solomoni adjunctum, adeóq; poſt Chriſti natalem demum vixiſſe, quia in allegato Alkurani textu introducitur quaſi filium Dei negans, niſi Muhammedes impoſtor ipſis ſuo more, i. e. ſolita mentiendi libidine affinxit* Vides ergò, *Schikhard.* ipſum majorem in multis ἀσφά-

λειαν

λειαν deſideráſſe; Eam nos aliunde quàm ex ſcriptis Arabicis habere non potuimus. Liber 1. de orig. Muh.

Tertiò nobis, Genealogiæ hujus explicatione, viam ſternere in animo fuit futuræ tractationi & analyſi Alkorani, quam, *ut moveat cornicula riſum furtivis nudata coloribus*, libro ſecundo ſubjiciemus. In qua redivivos habebimus veteres Philoſophos, de quibus *Tertullianus* in Apolog. pag. 890. *Quis Poëtarum? Quis Sophiſtarum, qui non omnino de fonte Prophetarum potaverit? Qui tamen*, ut idem ait, *eloquentiæ ſolius libidinoſi, ſi quid in Sanctis Scripturis offenderunt digeſtis pro inſtituto curioſitatis ad propria verterunt, neq; ſatis credentes divina eſſe, quo minus interpolarent, &c. Nam & ſi qua ſimplicitas erat veritatis eò magis ſcrupuloſitas humana fidem aſpernata mutabat, per quod incertum miſcuerunt etiam quod invenerant certum.* Tu hæc de Muhammede & Muhammedanis aptiſſimè dici poſſe, vel ex præmiſſa Genealogia collige. *Sed nec mirum*, ut cum eodem loquar *Tertulliano, ſi vetus inſtrumentum ingenia Philoſophorum* (dic tu, utrumqne Teſtamentum ingenia Muhammedanorum) *interverterunt. Ex horum ſemine & noſtram hanc novitiolam paraturam viri quidam ſuis opinionibus ad Philoſophicas ſententias adulteraverunt, & de una via obliquos multos tramites & inextricabiles ſciderunt.*

Denique, quia ſemper aliqui ſunt miriones, qui quicquid ſpeciem habet vel mediocris vetuſtatis, ſtatim illud adorant: & quò nonnunquam aliquid in corticibus magis latet, eò majorem ſui apud eos excitat admirationem. Ut igitur & iſtis anſam mori ſuo indulgendi præcideremus, placuit pleniùs tractationi huic inſiſtere. **4. *Ne fortè qui exiſtimarent in ea multa arcana latere.***

Liber 1. de orig. Muh.

orientalis apprimè gnarus: at quàm diverſos præfixos habeamus ſcopos, vel ipſa utriuſque collatio docebit. De Perſarum Regibus agere curæ *ipſi* maximè fuit; *mihi* de omnibus illis, qui Muhammedis tempore ſunt priores. Neque verò idem planè videmur habuiſſe exemplar. Differt enim noſtrum à Schikhardiano non parùm. Nos noſtrum κτ̓ πόδα ſimus ſecuti, ille ſuum, niſi quòd in poſteriorum Perſiæ Regum ſerie â ductu Genealogi declinare nos coëgerit magnus aliorum orientalium ſcriptorum conſenſus. Huc accedit, quòd in multis *Cl. Schikhardus* nobis quoque noſtras periclitandi vires reliquerit locum. *Extra catenam* ſcribit, præf. pag. 19. *aliqui locantur ſeorſim juxta coævos, qui celebritate nominis meruerunt, annotari, quamvis obſcurò genere nati eſſent, ut prope Moſen* Schaybus *Midianitarum Propheta, cujus in Alkurano fit mentio, Sureta Hudi, quæ Arabica numeratione eſt undecima. Sic & circa Davidem Goliathus, circa Salomonem* Lukmanus *ille ſapiens mythologus, Perſarum alter Aeſopus: cujus fabulæ extant etiam nuuc, & à quo ejusdem Alkurani Sureta 31. denominatur, quia ibi commendatur prolixè, quòd filium ſuum ad unius Dei cultum & obedientiam parentibus debitam, atque alios mores bonos diligenter inſtituerit. Eſt tamen, ne diſſimulem, in hac ipſa collocatione extraordinaria, manifeſtum erratum & imperitia Chronologiæ magna, quando v. gr. juxta Chriſtum velut coætaneos ponit Georgium, Jonam, & Samſonem, quorum iſti longè priores, ille verò poſterior eſt, & fortaſſe ſolius religionis intuitu, velut magnus Eccleſiæ doctor, Salvatori ad latus fuit appoſitus. Suſpicor etiam prædictum Lukmanum impertinenter locutum eſſe, nec tam temporis quàm ſapientiæ reſpectu Solomoni adjunctum, adeóq; poſt Chriſti natalem demum vixiſſe, quia in allegato Alkurani rextu introducitur quaſi filium Dei negans, niſi Muhammedes impoſtor ipſis ſuo more, i. e. ſolita mentiendi libidine affinxit* Vides ergò, *Schikhard.* ipſum majorem in multis ἀσφάλειαν

λειαν

λειαν deſideráſſe ; Eam nos aliunde quàm ex ſcriptis Arabicis habere non potuimus. *Liber 1. de orig. Muh.*

Tertiò nobis, Genealogiæ hujus explicatione, viam ſternere in animo fuit futuræ tractationi & analyſi Alkorani, quam, *ut moveat cornicula riſum furtivis nudata coloribus*, libro ſecundo ſubjiciemus. In qua redivivos habebimus veteres Philoſophos, de quibus *Tertullianus* in Apolog. pag. 890. *Quis Poëtarum? Quis Sophiſtarum, qui non omnino de fonte Prophetarum potaverit? Qui tamen*, ut idem ait, *eloquentiæ ſolius libidinoſi, ſi quid in Sanctis Scripturis offenderunt digeſtis pro inſtituto curioſitatis ad propria verterunt, neq; ſatis credentes divina eſſe, quo minus interpolarent, &c. Nam & ſi qua ſimplicitas erat veritatis eò magis ſcrupuloſitas humana fidem aſpernata mutabat, per quod incertum miſcuerunt etiam quod invenerant certum.* Tu hæc de Muhammede & Muhammedanis aptiſſimè dici poſſe, vel ex præmiſſa Genealogia collige. *Sed nec mirum*, ut cum eodem loquar *Tertulliano, ſi vetus inſtrumentum ingenia Philoſophorum* (dic tu, utrumqne Teſtamentum ingenia Muhammedanorum) *interverterunt. Ex horum ſemine & noſtram hanc novitiolam paraturam viri quidam ſuis opinionibus ad Philoſophicas ſententias adulteraverunt, & de una via obliquos multos tramites & inextricabiles ſciderunt.*

Denique, quia ſemper aliqui ſunt miriones, qui quicquid ſpeciem habet vel mediocris vetuſtatis, ſtatim illud adorant: & quò nonnunquam aliquid in corticibus magis latet, eò majorem ſui apud eos excitat admirationem. Ut igitur & iſtis anſam mori ſuo indulgendi præcideremus, placuit pleniùs tractationi huic inſiſtere. *4. Ne fortè qui exiſtimarent in ea multa arcana latere.*

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

Caput IV.

De

MUHAMMEDIS PARENTIBUS.

ABRAHAM *vocatur Muhammedis parens & cur: Aedes ejus Muhammedani venerantur. Naturalis Muhammedis pater* Abdalla. *Avus* Abdolmutleb *&* Iſmaël:*unde* ابن الذبيحين *dicitur. Mater Muhammedis eſt* Emina,*quam plerique ex obſcura ſtirpe ortam volunt; ſed errant. Arabes certas habent tribus. Celeberrima eſt tribus* Koreiſchitarum,*cujus tribules Muhammedis parentes. Teſtimonia quadam de præſtantiâ Koreiſchitarum.*

Hoc capite ſequentia nobis ſunt obſervanda.

1. Abrahamus vocatur pater Muhammedis & Muhammedanorum.

NOtum eſt ex Hebræorum hiſtoriis, Abrahamum Gentis Judaicæ patrem ubique vocari *R. Abrah. Salman.* in juch, pag. 135. b. אברהם אבינו עה ראש יחס אומתינו *Abraham, pater noſter, ſuper quo pax, caput Genealogiæ gentis noſtræ.* Neque hoc tantùm reſpectu, ſed & alio, Abraham Judæorum pater cluet: Fuit enim is, qui homines, Nabathæorum ſuperſtitioni & Idololatriæ innutritos, atque immerſos, ad unius veri & æterni Dei cultum ſolicitavit. Vide *Majm. More Nev.* l. 11. cap. 29. Utroque modo Abrahamum Muhammedis patrem vocant Arabes. *Illo*, qui carnem ſpectat, in Sur. الحج ſeu de peregrinatione Meccana, hæc occurrunt verba ابيكم ابرهيم *Pater veſter Abrahamus.* Quærit *Zamhaſchari*, quo ſenſu Abraham nomen hoc obtineat, cùm Arabes omnes ex ejus lumbis non ſint orti, & reſpondet pag. m. 219. هو ابو رسول الله صلى الله عليه وسلم فكان ابا لامته لان امة الرسول في حلم اولاده *Cur? id eſt, quia Abraham *pater ſit Apoſtoli Dei* (Muhammedis) *ſuper quo precatio & pax Dei: Hic verò pater fuit gentis ſuæ: Eſt autem gens prophetæ loco filiorum. Hoc*, qui religionis identitatem ſpectat, Abraham Muhammedis & Muhammedanorum pater

pater nuncupatur, quia eandem cum Abrahamo fidem & religionem amplecti ſe arbitrantur. Unde *Sur.* II. verſ. 135. قولوا آمنا بالله وما انزل الينا وما انزل الى ابرهيم واسمعيل واسحق ويعقوب *Dicite, credimus in Deum, & quod demiſſum ad nos fuit, quódque miſſum ad Abrahamum, & Iſmaëlem, & Iſaacum, & Jacobum.* Vide, quæ diximus ſuprà p. 3. & 34. Unde etiam locum, quem incoluiſſe Abraham in Chaldæa dicitur, Muhammedani venerari perhibentur. R. *Benjam.* in Itinerario pag. 60. ובאותו מקום שהיה שם ביתו של אברהם אבינו אין עליו בנין וישמעאלים מכבדי אותו מקום ובאים שם להתפלל *quo verò loco ædes Abrahami patris noſtri fuerunt, nullum extat ædificium: Eum Muhammedani honorant, illúcque adorandum veniunt.* Sed gratis Muhammedani, tanto ſtudio, patrem ſuum facere allaborant Abrahamum. Eſt enim is fidelium pater, non verò infidelium, ſuperſtitioſorum, Deum Abrahami, Iſaaci, & Jacobi ignorantium.

De naturali patre Muhammedis meliùs inter nos convenit. Fuit enim is *Abdalla* (*ſervum Dei* Latinè ſonat) de cujus nativitate, & inſidioſis Judæorum conſiliis videatur *libellus de Generatione Muhammedis fabuloſa.* Vide ſup. p. 19.

Sed neque avum, vertumno noſtro invidemus, ſive remotum *Iſmaëlem*, ſive propinquum, *Abdolmutleb*, quocum poſt renovatam religionem multum ipſi fuit negotii. Ab utroque, avo nempe & patre, Muhammed cognomen indeptus peculiare. Dicitur enim ابن الذبيحين *nepos* (ita enim vocem apud Arabes ſumi ipſi quoque Judæi monent: vide pag. 34. Abbrev. Hebr. *Buxtorf.*) *duorum ſacrificio*, vel, *mactationi deſtinatorum* فاحدهما جده اسماعيل والاخر ابوه عبد الله

Liber 1. de orig. Muh.

2. Muhammedani ædes Abrahami venerantur.

3. Pater Muhammedis naturalis Abdalla.

4. Avus ejus remotus Iſmaël, propinquus Abdolmutleb.

Liber 1. de orig. Muh. الله فان عبد المطلب نذر ان يذبح ولدا ان سهل الله له حفر زمزم او بلغ بنوه عشرة فلما سهل خرج السهم الي عبد الله وفداه بماية من الابل *Quorum alter* (verba ſunt *comment. Arab.* ad Sur. XXXV.) *avus ejus Iſmaël, alter verò pater ejus Abdalla. Vovit enim Abdol-mutleb, ſe filium ſacrificaturum, ſi Deus feliciter fodere permitteret fontem Zemzem: aut ſi decem liberorum pater eſſet. Cúmque Deus facilem dediſſet ſucceſſum*, ſorte damnatur Abdalla, *quem* pater *redemit centum camelis*. Si tam certa ſunt, quæ de Abdalla in ſacrificium deſtinato ſcribunt Arabes, quàm certa, quæ de Iſmaële fabulantur, præter mendacia nihil habebis. Melius longè Muhammedis reſponſum, alibi datum, placet. Interrogatus enim اي النسب اشرف *quæ honoratiſſima, & nobiliſſima eſſet genealogia, aut cognatio*, reſpondit: يوسف صديق الله يعقوب اسرايل الله اسحاق ذبيح الله ابرهيم خليل الله Joſephi, *qui eſt amicus Dei*: Jakubi, *qui eſt Iſraël Dei*: Iſaaki, *qui eſt ſacrificatus Dei*: Abrahami, *qui eſt familiaris Dei*. Alibi, in ἐγχολογίῳ quodam Arabico, reperi: ابرهيم الخليل وموسي الكليم وعيسي روح الله الامين Abrahami *ſocius Dei*: Muſa *collocutor Dei*: Iſa *Spiritus Dei fortis*. Vide ſup. pag. 56.

Matrem Muhammedis *Elmacinus* in Hiſtor. Sarac. p. 2. appellat: امنة بنة وهب بن عبد مناف *Emina*, vel *Amina, filiam Vahebi, filii Abdo-Monafi.* Variat nonnihil *Roderic. Toletan.* in Hiſt. Arab. c. 1 *Propè Meccham erat homo, Ali nomi-*

4. *Mater Ejus Emina.*

nomine, filius Abdolmutalib, & uxor ejus Emina: Nomen patris Eminæ Hayab, & matris ejus Halima. Hi verò ipſius parentes quo loco fuerint, quæve eorum fortuna, examinare non erit ἀπροσδιόνυσον. *Mahometis Arabis vitam qui deſcripſerunt, multi fuerunt, qui etſi non uno modo illius res tradunt, in eo tamen conveniunt omnes,* (ſed malè, ut habet *Erpen.* de ling. Arab. p. 42.) *quòd eum è plebejo vilique genere ortum, pauperibus parentibus, patre Ethnico, matre Judæa affirmant,* ſcribit *Ludov. Godof.* in Archontol. Coſm. Ita etiam *Zonar.* annal. Tom. III. p. 70. ὑποστρέφοντι δὲ τῷ βασιλεῖ τούτῳ ἐκ Περσίδος τροπαιοφόρῳ, προσέστη Μωάμεθ ὁ τῶν Σαρακηνῶν φύλαρχος, οὐκ ἐκ γένους τὸ φυλαρχεῖν κληρωσάμενος (τῶν γὰρ ἀσήμων ἐτύγχανε ὢν) ἀλλὰ πονηρίᾳ τοῦτο κτησάμενος, πένης γὰρ ὤν. *In eodem triumphali ex Perſia reditu Moamethus Saracenorum princeps Imperatorem convenit. Ei principatus non ex generis nobilitate, ſed ex malitia contigerat. Nam cùm pauper eſſet, &c.* Viderit *Godofredus*, quàm rectè omnibus, qui de Muhammede ſcripſerunt, ejusmodi προσωπογραφίαν tribuat. Nos certè aliam longè reperimus. Equidem rem anguſtam domi obſtitiſſe, quò minus Muhammed emergere inter ſuos potuerit dubium non eſt. Paupertatem enim in Propheta ſuo Arabes libenter concedunt. Eam fatetur *Abunazarus*, & *Beidavi* Comment. in Alkor. At propterea ex abjecta, vili & contempta tribu aut ſtirpe natum illum eſſe, ullis hiſtoriarum authenticarum authoritatibus, ſolidisve rationibus probari poſſe, difficulter credo. Habent Arabes (ut contrarium aſſeramus) certas tribus, in quarum diſtinctione & propagatione tam illi ſunt anxiè occupati, quàm qui maximè. Memini à Cl. D. *Golio* me audire, adeò ſuperſtitioſos eos eſſe tribuum ſuarum vindices & propagatores, ut ne quidem alienis conjugiis turbari eas permittant. Hinc exemplo Judæorum, σύμφυλον quisque ſibi uxorem ducit. Unde Matrem Muhammedis Eminam Judaica ſtirpe ſatam, quod *Godofredus* voluit,

Liber 1. de orig. Muh.

5. Muhammed pauperes habuit parentes.

6. Arabes in certas distribuuntur tribus.

Liber 1. de orig. Muh.

7. Muhammedis parentes ex tribu fuerunt Koreiſchitarum.

voluit, ne quidem veriſimile eſt. *Ibn. Chalican* nobiliſſimus Arabum ϖερισσοπόγραφος expreſsè ſcribit: من قريش امنة امة النبي صللي الله عليه وسلم وخلق كثير من الصحابه وغيرهم ✻ *à Koreiſchitis ortam Eminam, matrem Prophetæ, ſuper quo pax & preces Dei, multos etiam ex ſocietate ejus, pluréſque alios.* Singulæ verò familiæ ſeu tribus, à ſingulari aliqua commendabantur virtute, vitio, ſeu proprietate. Tribus بني ثعل *filiorum Thoal* erat ſagittipotens. Hinc de eo, qui ſcopum feliciter feriit, natum proverbium ارمى من ثعل *feliciùs attigit, quàm Thoalus.* De *Garæis* Arabibus referunt, tantas eorum fuiſſe divitias, ut omnis eorum ſupellex eſſet ex auro & argento: aditus verò ædium, tecta & parietes ex ebore. Inter omnes autem Arabiæ tribus primas tenebant Koreiſchitæ, ex quibus Muhammed originem ſuam duxit. Proinde quod *Poſtellus* de orbis concordia lib. II. p. 137. dicit, *Muhammedem majores habuiſſe Meccæ civitatis Arabicæ cives, ignobili familia, quos Coreiſchos vocabant, &c.* id veritati hiſtoriarum Orientalium planè repugnat. Nec enim puto quemquam eſſe, qui Koreiſchitarum tribum abjectam fuiſſe aut contemptam, inter Arabes, dixerit. Aliter longè Arabes de tribulibus iſtis, adeóque Muhammede ſenſerunt. Unde ipſi illi, qui paupertatem & rem afflictam illi exprobrârunt, ſtirpis tamen & ſtemmatis nobilitatem eidem adjudicant. Hinc, ad verba *Alkor.* Sur. III. اذ بعث فيهم رسولا من انفسهم *Cùm miſit iis apoſtolum ex animabus eorum,* Beidavi commentatur: من اشرفهم لانه عليه السلام كان من اشرف

8. Koreiſchitarum tribus primaria.

Digitized by Google

اشرف قبايل العرب * *Ex animabus eorum*, id eſt, *nobiliſſimis eorum. Fuit enim Propheta, ſuper quo pax, ex nobiliſſima Arabum familia.* Huc faciunt verba *Arabſiadæ* in Hiſtoria Timur. pag. 20. وقبيلة جنكيزخان هم منفردون بلسم الخان والسلطان لانهم هم قريش الترك لا قدر احد ان يتقدم عليهم ولا تمكن احد من انتزاع ذلك الشرف عن ايديهم * id eſt, *Tribus autem Ghingischan ſoli nomine Chan* (ſuprà jam diximus pag. 175. nomen hoc Turcarum Imperatoribus competere) *& Sultani gaudent: ſunt enim illi Koreiſchitæ Turcarum* (quaſi dicas, in eodem honoris & authoritatis faſtigio apud Turcas collocatam tribum Ghingischan, quo apud Arabes Koreiſchitæ, qui, ut loquitur *Erpen.* de Ling. Arab. orat. II. pag. 41. *inter cæteras Iſmëlitarum Reſpublicas, nobiliſſima fuerunt.*) *quibus nullus potuit præcedere, aut hanc eis nobilitatem manibus eripere.* Atque ab his Koreiſchitis Novatori Muhammedi multum negotii fuit creatum, uſque adeò, ut contumaciores & potentiores adverſarios non habuerit. *Elmac.* Hiſt. Sarac. p. 3. فلم يوافق قريش علي ذلك فردوه اشد رد ونصبوا له العداوة *

His (novæ religioni) *conſentire nolebant Koreiſchitæ, qui ei fortiſſimè reſtiterunt, atque inimicitias denuntiârunt.* Sed de his poſtea.

Liber 1. de orig. Muh.

Ca-

Liber 1. de orig. Muh.

Caput V.

De

PATRIA MUHAMMEDIS.

Arabia unde dicta: Ejus deſcriptio & amplitudo. Ejus olim faciebant provincias quinque; nunc triplicem ſcribunt I. Petræam, *in qua Nabatai. II* Deſertam, *quam Iſmaël cum ſuis poſteris occupavit. III.* Felicem, *de qua prolixè. Dionyſius. Incola ejus Sabai. Ibidem mare arenoſum. Muhammedis patria* Mecca *eſt*, urbs *non Arabia felicis, ſed* deſertæ. *Vocatur aliás* 1. Becca. *Explicatio vocabuli* بكة. 2. عقاط *&* عمق Vallis 3. Arach, *ſed malè.* 4. *Hebrai* משא. *Incola ejus ſunt* Koreiſchitæ. *Meccam Muhammedani venerantur* 1. *quia Muhammed in ea natus.* 2. *Quia Alkorani magnam partem in ea confinxit.* 3. *Quia locus celebris eſt.* a. *Peregrinationibus.* b. *Templo.* c. *Aliis quibusdam rebus.*

PLeniorem & exactiorem Arabiæ deſcriptionem Geographis relicturi, ea tantùm in medium afferemus, quæ inſtituti noſtri ratio nobis extorquet. *Arabia unde dicta.* Arabia igitur non ab Arabo, Apollinius & Babyloniæ filio, ut plerique Latinorum aſſerunt, ſed ab *Araba* plaga, non longè à Medina ſita, nomen ſortita, quam incoluit Iſmaël, ut *Sionita* ſcribit de Mor. & urb. Orient. pag. 7. *Quid ſit?* Eſt autem Arabia nobiliſſima Aſiæ inſula, tribus cincta maribus Perſico, Indico, ac rubro, ac reliqua ſui parte annexa Syriæ. Hinc, & Plinio magna Meſopotamiæ pars Arabia dicitur, & ipſi Arabes vocantur Syri. Quin & alia, haud exigua, Arabum pars fuit in Africa ſub Ægypto. Unde & ſpatioſiſſima eſt amplitudine, & nobilitate nulli poſtferenda, vide Comment. *Euſtath.* in Dion. pag. 252. Ad *Occidentem*, habet ſinum Arabicum, qui & mare Rubrum & Erythræum dicitur: A *Meridie*, Oceanum: Ad *Orientem*, eſt ſinus Perſicus: Ad *Septentrionem*, Syria & Euphrates amnis. *Ejus amplitudo.* Amplitudine Hiſpaniam, Galliam, Germaniam & Italiam ſuperat, aut minimùm adæquat. Ipſi Arabes ab omni antiqui-

Digitized by Google

tiquitate in quinque eam diſtinxerunt provincias, quæ ſunt *Tehama, Nagjda, Higiaza, Aruda,* & *Jamana*, quæ ab incolis ſuis (oriundis partim à Saba, Noachi abnepote, à quo & Sabæa nuncupata antiquitus; partim ab Iſmaële, Abrahami Patriarchæ ex Hagara filio) ita defenſæ fuerunt, ut nunquam fuerint ab aliis ſubjugatæ. Suas perpetuò habuerunt liberas Reſpublicas, ſuóſque reges, quibus cum ipſum etiam populum Romanum ſocietatem inire non puduit. Liber 1. de orig. Muh. *Ejus olim quinque erant provinciæ.*

Noſtri ferè authores Arabiam faciunt triplicem, *Petræam, Deſertam* & *Felicem*.

Petræa clauditur ab occaſu, intimo ſinu Rubri maris & Ægypto; à Septentrione Palæſtina & Cœleſyria; ab ortu Arabia deſerta; à Meridie montium jugis perpetuis, quibus à Felice ſeparatur. Hanc Plinius, Strabo, Ptolomæus *Nabatæam* vocant, Tyrius *Secundam*; nonnulli *inferiorem*. Petræa à præcipua regionis urbe Petra (hanc *Rabath* Ammonitarum ſupra torrentem Arnon ſitam volunt: *Godofred.* in Coſmolog. ait, *urbem hanc in ſacris Literis Petram deſerti appellari, quæ ob viarum difficultatem facilè non poſſit adiri,*) dicitur. Barbaris hodie nominibus appellatur, *Baura* nempe, ut *Zieglerus* putat, vel *Bengacal*, ut *Caſtaldo* placet. Adrianus Romanus eam *Arach* nuncupat. In hac eſt mons Sinai. Metropolim autem Petram incolunt Nabatæi, de quibus *Dionyſ.* in deſcript. orbis pag. 255. *1. Petræa. Cujus varia ſunt nomina.*

Αλλ' ἤτοι πρῶτοι μὲν ὑπὲρ κλιτὺν λιβάνοιο
Αφνειοὶ ναίουσιν ἐπωνυμίην Ναβαταῖοι.. Id eſt:
At verò primi quidem ſuper declivitatem Libani
Divites habitant cognomento Nabatæi.

In quæ verba ſic commentatur *Euſtathius* Theſſal. *Primi Arabum ſuper declivitatem Libani, id eſt, auſtrinas partes Libani, divites habitant Nabathæi, à quodam Nabate* (imò Nebaiotho *Geneſ.* 25. 13.) *dicti. Porrò Nabates, ut ferunt, Arabicè illum ſignificat, qui ex adulterio eſt progenitus. Ce-*

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh. *terùm Nabatæam regionem populoſam eſſe ajunt,& pabulis abundantem. Metropolis verò Nabatæorum eſt Petra. Demùm dicuntur Nabatæ eſſe temperantes,& acquirendis bonis intenti,ita ut lex lata fuerit,eum qui bona ſua diminueret,publicè eſſe puniendum,qui verò augeret in honore habendum. Ethnicorum verò conſcriptor,gentem illam Dacharenos vocatam fuiſſe ait,* i.e. *maſculinos*, ab Arab. ذكر quod Hebræorum eſt, זכר *maſculus*. Reliquæ urbes inſignes ſunt Medava & Boſtra. Mons eſt nobilis Caſius,cum delubro Jovis Caſii, & haud procul Pompeii magni tumulus. Porrò & hoc de Nabatæis obſervandum, Dialectum eorum multos habere Idiotiſmos,de quibus hinc inde in Arabum Lexicis & Commentariis.

II. Deſerta. *Deſerta Arabia*, eſt Sabeæ pars Borealis,quam cum ſuis habitare cœpit Iſmaël, cujus poſteri cùm Sabæorum,id eſt,
Quam incolunt Iſmaëlis poſteri. Arabum ſermonem didiciſſent,& loquerentur, Arabes quoque ſunt nominati; ſed Hagareni tanquam ab Hagare oriundi, & عرب مستعربة id eſt, *Arabes facti*, cohabitatione videlicet & converſatione cum veris Arabibus, qui Sabæi عرب عاربة id eſt, *Arabes nati*, ſeu naturales appellantur, & cum illis de nobilitate perpetuò certârunt. Arden nunc dicitur,& ab *Occidente* Petræa clauditur & Cæleſyria; à *Septentrione* Euphrate; ab *Ortu* montibus à Babylonia ſubmovetur; à *Meridie* itidem montibus à Babylonia ſubmovetur; à *Meridie* itidem montibus, quibus à Felice diſterminatur. Plana equidem maxima ex parte,at ſterilis,ideóque deſerta. Populi illuſtriores Nomades & Scenitæ; hi ultra Euphratem Meſo-
Populi ejus illuſtriores. potamiam protenſi,iidémque in Felicem. Ariſtides Arabiam hanc *Aſperam* vocat, Servius *Humilem*, Lucianus *Profundam*: Hebræis קדר dicitur.

III. Felix. Tandem eſt *Arabia Felix*, quæ & Græcis & Latinis εὐ-

δαίμων dicitur, & incolæ ejus Eudæmones. Vide *Pompon. Mel.* Vadiani pag. 208. quæ cum Petræa conjungitur, excurrítque in modum Peninſulæ, inter duos ſinus, Arabicum & Perſicum. Reliquis partibus major eſt, circumvagatione complectens 3504. milliaria. *Solino* & aliis *Ayman* dicitur, (*Arab.* اليمن اليمن *Aliaman*) *Dionyſius*, qui in hac Arabiæ parte vixit, eam amœnam vocat. Verba ejus in deſcriptione orbis pag. 250. ſic ſonant:

Liber 1. de orig. Muh.

De quâ prolixè Dionyſius.

Κεῖθεν δ' ὀλβίστων Ἀράβων παρακέκλιται αἶα
Πολλὸν αἰερχομένη, διαστῇ ζωσθεῖσα θαλάσσῃ,
Περσίδι τ', Ἀῤῥαβίῃ τ' ἄνεμον δέ τοι ἔλλαχ' ἑκάστη
Ἀῤῥαβίη, ζέφυρον. Περσὶς δ' εὔρεϊο κελεύθους.
Πέζα δ' οἱ νοτίην τετραμμένη αὐτολίην δὲ
Κλύζετ' ἐρυθραίοις ὑπὸ κύμασιν ὠκεανοῖο.
Καὶ τῆς τοι θέσιας μυθήσομαι. ἔξοχα γάρ μιν
Πασάων πολύολβα καὶ ἀγλαὰ φῦλα νέμονται.
Ἄλλο δέ τοι καὶ θαῦμα μέγ' ἔξοχον ἔλλαχ' ἐκείνη,
Ἀιεὶ κηώεσσα θύοις ὑπὸ λαρὸν ὄδωδεν
Ἢ θύου, ἢ σμύρνης, ἢ εὐόδμου καλάμοιο,
Ἢ καὶ θεσπεσίοιο πεπαινομένου λιβάνοιο,
Ἢ κασίης· ἐπεὸν γὰρ ἀνὰ χθόνα λύσατο κείνην
Ζεὺς αὐτὸν Διόνυσον ἐῤῥαφέος παρὰ μηροῦ,
Τῷ καὶ γεινομένῳ κηώδεα φύετο πάντα.
Μῆλα δὲ καὶ τῆμος λασίοις ἐβαρύνετο μαλλοῖς
Ἐν νομῷ, αὐτομάτοις δὲ κατέῤῥεον ὕδασι λίμναι.
Ὄρνιθες δ' ἑτέρωθεν ἀοικήτων ἀπὸ νήσων
Ἦλθον, φῦλλα φέροντες ἀκηρασίων κιναμώμων.
Αὐτὰρ ὁ μὲν νεβρίδα κατωμαδίην ἐτάννυσε,
Κισσῷ δ' ἱμερόεντι καλὰς ἔστεψεν ἐθείρας,
Ἀκροχάλιξ δ' οἴνῳ πληκτοὺς ἀνεσείσατο θύρσους
Μειδιόων, καὶ πολλὸν ἐπ' ἀνδράσιν ὄλβον ἔχευε,
Τοὔνεκεν εἰσέτι νῦν λιβάνῳ κομόωσιν ἄρουραι

Liber 1. de orig. Muh. *terùm Nabatæam regionem populoſam eſſe ajunt, & pabulis abundantem. Metropolis verò Nabatæorum eſt Petra. Demùm dicuntur Nabatæ eſſe temperantes, & acquirendis bonis intenti, ita ut lex lata fuerit, eum qui bona ſua diminueret, publicè eſſe puniendum; qui verò augeret in honore habendum. Ethnicorum verò conſcriptor, gentem illam Dacharenos vocatam fuiſſe ait,* i. e. *maſculinos*, ab Arab. ذكر quod Hebræorum eſt, זכר *maſculus.* Reliquæ urbes inſignes ſunt Medava & Boſtra. Mons eſt nobilis Caſius, cum delubro Jovis Caſii, & haud procul Pompeii magni tumulus. Porrò & hoc de Nabatæis obſervandum, Dialectum eorum multos habere Idiotiſmos, de quibus hinc inde in Arabum Lexicis & Commentariis.

II. Deſerta. *Deſerta Arabia*, eſt Sabeæ pars Borealis, quam cum ſuis habitare cœpit Iſmaël, cujus poſteri cùm Sabæorum, id eſt,

Quam incolunt Iſmaëlis poſteri. Arabum ſermonem didiciſſent, & loquerentur, Arabes quoque ſunt nominati; ſed Hagareni tanquam ab Hagare oriundi, & عرب مستعربة id eſt, *Arabes facti*, cohabitatione videlicet & converſatione cum veris Arabibus, qui Sabæi عرب عاربة id eſt, *Arabes nati*, ſeu naturales appellantur, & cum illis de nobilitate perpetuò certârunt. Arden nunc dicitur, & ab *Occidente* Petræa clauditur & Cæleſyria; à *Septentrione* Euphrate; ab *Ortu* montibus à Babylonia ſubmovetur; à *Meridie* itidem montibus à Babylonia ſubmovetur; à *Meridie* itidem montibus, quibus à Felice diſterminatur. Plana equidem maxima ex parte, at ſterilis, ideóque deſerta. Populi illuſtriores Nomades & Scenitæ; hi ultra Euphratem Meſo-

Populi ejus illuſtriores. potamiam protenſi, iidémque in Felicem. Ariſtides Arabiam hanc *Aſperam* vocat, Servius *Humilem*, Lucianus *Profundam*: Hebræis קדר dicitur.

III. Felix. Tandem eſt *Arabia Felix*, quæ & Græcis & Latinis εὐ-

δαίμων

δαίμων dicitur, & incolæ ejus Eudæmones. Vide *Pompon. Mel.* Vadiani pag. 208. quæ cum Petræa conjungitur, excurrítque in modum Peninſulæ, inter duos ſinus, Arabicum & Perſicum. Reliquis partibus major eſt, circumvagatione complectens 3504. milliaria. *Solino* & aliis *Ayman* dicitur, (*Arab.* اليمن *Aliaman*) *Dionyſius*, qui in hac Arabiæ parte vixit, eam amœnam vocat. Verba ejus in deſcriptione orbis pag. 250. ſic ſonant:

Liber 1. de orig. Muh.

De quâ prolixè Dionyſius.

Κεῖθεν δ' ὀλβίστων Ἀράβων παρακέκλιται αἶα
Πολλὸν ἀνερχομένη, διοσῇ ζωσθεῖσα θαλάσσῃ,
Περσίδι τ', Ἀῤῥαβίῃ τ' ἄνεμον δέ τοι ἔλλαχ' ἑκάστῃ
Ἀῤῥαβίη, ζέφυρον. Περσὶς δ' εὔροιο κελεύθους.
Πέζα δὲ οἱ νοτίη τετραμμένη αὐτολίην δὲ
Κλύζετ' ἐρυθραίοις ὑπὸ κύμασιν ὠκεανοῖο.
Καὶ τῆς τοι θέσιας μυθήσομαι. ἔξοχα γάρ μιν
Πασάων πολύολβα καὶ ἀγλαὰ φῦλα νέμονται.
Ἄλλο δέ τοι καὶ θαῦμα μέγ' ἔξοχον ἔλλαχ' ἐκείνη,
Αἰεὶ κηώεσσα θύοις ὑπὸ λαρὸν ὀδώδει
Ἢ θύου, ἢ σμύρνης, ἢ εὐόδμου καλάμοιο,
Ἢ καὶ θεσπεσίοιο πεπαγνομένου Λιβάνοιο,
Ἢ κασίης· ἐπεὸν γὰρ ἀνὰ χθόνα λύσατο κείνην
Ζεὺς αὐτὸν Διόνυσον ἐῤῥαφέος παρὰ μηροῦ,
Τῷ καὶ γιναμένῳ κηώδεα φύετο πάντα.
Μῆλα δὲ καὶ τῆμος λασίοις ἐβαρύνετο μαλλοῖς
Ἐν νομῷ, αὐτομάτοις δὲ κατέῤῥεον ὕδασι λίμναι.
Ὄρνιθες δ' ἑτέρωθεν ἀοικήτων ἀπὸ νήσων
Ἦλθον, φῦλλα φέροντες ἀκηρασίων κιναμώμων.
Αὐτὰρ ὁ μὲν νεβρίδα κατωμαδίην ἐτάννυσε,
Κισσῷ δ' ἱμερόεντι καλὰς ἔστεψεν ἐθείρας,
Ἀκροχάλιξ δ' οἴνῳ πλεκτοὺς ἀνεσείσατο θύρσους
Μειδιόων, καὶ πολλὸν ἐπ' ἀνδράσιν ὄλβον ἔχευε,
Τοὔνεκεν εἰσέτι νῦν λιβάνῳ κομόωσιν ἄρουραι

Liber 1. de orig. Mus.

Οὔρεα δὲ χρυσῷ, ποταμοὶ δ' ἑτέρωθι θυηλαῖς
Αὐτοὶ δ' ἐνναέται μάλα πίονα δῆμον ἔχουσι,
Χρυσείοις πέπλοισιν ἀγαλλόμενοι μαλακοῖσι.

Inde verò felicißimorum Arabum circumjacet terra,
Multum aſcendens, duplici circumdata mari,
Perſicóque, Arabicóque: Ventum autem ſibi vendicavit u-
trumque
Arabicum, Zephyrum: Perſicum verò, Euri vias.
Ora autem illi auſtrina converſa ad Orientem
Alluitur rubris fluctibus Oceani.
Atque hujus tibi ſitus effabor: Supra enim ipſam
Omnes valde opulenti & clari populi colunt,
Quin etiam aliud mirum ingens præ cæteris ſortita eſt illa,
Semper odora thuriferis arboribus ſuaviter ſuboles
Vel thyo, vel myrrha, vel fragrante canna,
Vel etiam divino nigricante thure,
Vel Caſia: revera enim in terra reſolvit illa
Jupiter ipſum Dionyſium bene ſuto à femore
Cui & genito odora facta ſunt omnia.
Quin etiam oves tunc denſis onerabantur velleribus
In pabulo largis verò effluebant liquoribus ſtagna:
Volucres item aliunde deſertis ab Inſulis
Venerunt, folia ferentes immarceßibilium cinamomorum
Atque hic quidem hinnulorum pelles ſuperhumerales ex-
Hedera verò jucunda pulchras ornavit comas, (pandit:
Calix autem vino tortos diſquaſſavit ramos,
Blandè ridens & multam inter homines felicitatem fudit.
Quare ad hunc uſque diem thure referta ſunt arva
Montes verò auro, flumina item alibi ſacris odoramentis
Ipſi autem incolæ valde opulentum populum habent,
Aureis veſtibus deliciantes mollibus.

Thuris magna copia.

Libani autem, ut vocat *Euſtathius* ejus comment. *arboris fructus, thus ſeu libanothum vocatur à veteribus, cujus*

tantam

tantam ajunt in Arabia copiam eſſe,ut Arabes ultrò mille thuris talenta regi attulerint. Tanta quin imò hujus Arabiæ (quæ, quia Sabæ,Chuſi filio,Chami nepoti primò ceſſit,*Sabæa* etiam dicitur,unde & *Pomp.Mel.*lib.III,pag.208.ſcribit: *majorem ejus partem tenere Sabæos*)fertilitas & felicitas,ut veteres Hiſtorici tradant, *Alexandrum magnum,poſt reditum ex India Arabiam regiam ſuam voluiſſe condere. Bis*,ut *Lud. Godofredus* ſcribit,*in ea in anno ſeritur,bis metitur.* Memorabile eſt, quod *Adrianus Romanus* in Theatro urbium pag. m.244.refert de Danchali,urbe Arabiæ Felicis. *Propè hanc civitatem*,ait,*eſt mare arenoſum ſive ſabuloſum,juxta quod proficiſcentes mercatores utuntur pixide nautica,tanquam ſi per mare periculoſum proficiſcerentur. Et revera patiuntur pericula plurima,debéntque ſupra camelos certis ciſtellis incluſi vehi in quibus exiſtentes aërem hauriunt per foraminula. Quòd ſi ventos habeant adverſos,ſubmerguntur omnes homines arenâ.* Quibus conveniunt,quæ habet *Geographus Nubienſis* citata in lib. *de urb.& morib.Oriental.*p.248.*Harum verò ſtationum pleræque conficiuntur per arenas ventis agitatas, & vias abditas, quas maris ac montium ductu indagare neceſſe eſt.* Multa de hoc mari ſabuloſo,& periculoſis in eo itineribus,audire me memini à Cl.D. *Golio* Leidæ; & *Johanne Schmidio*,Amſtelodamenſi,viro,qui magnam orbis partem peragrando luſtravit,hîc Tiguri. Verùm,ut monuimus,non nobis hic curæ eſt prolixam & exactam dare deſcriptionem Arabiæ,à Geographis illa peti debet. De patria tantùm Muhammedis dicere conſtituimus. Eſt illa *Mecca*, vel,ut *Pomp.Mel.* & alii Latini ſcribunt, *Macca*,quæ Arabiæ deſertæ matrix eſt nobiliſſima,ut ſcribit *Gab.Sion*,lib.cit.pag. 32. Eam quidam (communem hanc eſſe ſententiam notat *Lud. God.* pag. 230.) ſitam volunt in Arabia felici,*ſed*,ſcribit *Sionita* l.1.*valde aberrant,à communi Arabum Geographorum ſententia. Nam & hic noſter author ait,arbore quadam*

Liber 1. de orig. Muh.

Mare arenoſum.

Mecca urbs Arabiæ deſertæ.

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh. *ſeparari terminos Jaman à terminis Meccæ, & Ben Chazem dividit Hagiaz Peninſulam, quæ territoria Meccæ & Medinæ complectitur, à Jaman, & communiter apud Orientales regimine diſtinguuntur, Hagiaz enim à Domino Meccæ, Jaman verò à Baſcia gubernatur.* Unde *Geographus Nubienſis* Meccam appellat *centrum ac metam habitatorum Peninſulæ Arabiæ, videl. regionis Jaman.* Scribitur autem ſuis literis hæc vox مكة מכה *Mecca*: Semel in Alkorano بكة בכה *Becca* dicitur, per Metatheſin literarum ב & מ juxta quosdam. Ita enim *Beidavi*, ad vocem illam commentatur: للبيت الذي ببكة

ببكة وهي لغة في مكة كالنبيط والنميط وامر راتب وراتم ولازب ولازم وقيل هو موضع المسجد ومكة البلد من بكه اذا زحمه او من بكه اذا دقه وانها

Vocatur aliâs Becca. تبك اعناق الجبابر, Bebecca, id eſt, *in domo quæ Becca eſt. Idem autem Becca ſignificat, quod Mecca, ſicut* (eadem ſignificatione) *dicitur*, Nobait, & Nomait (ſunt nomina propria) *Item*, Rhateb, & Rhathem; Lazem & Lazeb. *Alii tamen dicunt, Beccam eſſe locum Meſgidæ; Meccam verò regionis.* Derivatur autem Becca à بكه *quod idem eſt à* زحمه, compreſſit, coarctavit illud, *aut à* بكه id eſt, دقه contrivit illud. *Ea enim confregit cervices gigantum.*

Item Vallis. Dicitur etiam عقاط & عمق *vallis, convallis*; à ſitu; Erat enim Mecca ſita in *valle lapidoſa*, ut vox بطحا apud *Elmacinum* pag. 2. ab Erpenio redditur, quæ aliâs *lacum, paludem, alveum, & locum quemlibet ſpatioſum* ſignificat. *Zardus* eam

Arach

Arach nominat. Sed falſò. *Arach enim*, ſcribit *Sionita* pag. 32. *eſt ad Euphratis ripam. Mecca verò in Arabia deſerta non longè à linea æquinoctiali conſtituta. Zardo* fortè impoſuit, quòd Arach nonulli cum Petra, & hanc cum Mecca confuderint: *Caput Arabiæ Petreæ eſt Petra urbs*, habet *Lud. Godof.* pag. 230. *quam ſacræ literæ nominant Petram deſerti, multique ſunt, qui eam ipſam putant eſſe Meccam, in qua natus fuit Muhammed.* Jam verò *Adrianus Romanus*, in Theatro urbium, expreſſis docet verbis, *Arach antè dictam fuiſſe Petram.* Liber 1. de orig. Muh.

Judæi volunt Meccam, in ſacris literis משא *Meſo* vocari. Ita in lib. *Juchaſ.* p. 135. b. ובני יקטן שבנו ממשא והיא הנקרא בלשון ערבי מכה אשר הוא מקום החוגה שלהם *Filii Joktan habitârunt à Meſo, quæ linguâ Arabicâ Mecca dicitur, quæ locus eſt religioſæ peregrinationis eorum.* Et Meſo.

Incolas ejus ſi ſpectes, fuerunt illi Koreiſchitæ. Amplitudine ad nobiliſſimum Belgarum Emporium, Amſtelodanum accedere dicit *Erpen.* de Ling. Arab. Orat. II. p. 42. *Incolæ ejus Koreiſchitæ.*

Hæc verò urbs Arabibus Muhammedanis adeò ſacra eſt & venerabilis, ut ipſius causâ nihil non velint. Imò, ut *Adr. Roman.* lib. cit. pag. 244. ſcribit, *adeò hanc civitatem ſanctam exiſtimant Muhammedani, ut nullis niſi Muhammedanis videre eam liceat.* Scriptores Arabici, quotiescunque ejus faciunt mentionem, vel honorem præfantur, vel votis eam proſequuntur. *Ibn-Calikan* ſolennis eſt formula: حرسها الله *cuſtodiat eam Deus.* Ipſe Muhammed *Sur.* الانعام eam ام القري *μητρόπολιν* appellat: *Ahmed Arab.* in Hiſt. Timuri pag. 22. المنيفة *Eminentem.* *Meccam Muhammedani magni faciunt.*

Cauſas ſi quæras, cur tanti Meccam faciant Muhammedani, ut eam ingredi Chriſtiano capitale ſit, habeto ſequentes: *Obſequentes rationes, 1.*

I. Quia

Liber 1. de orig. Muh. I. Quia in ea Muhammed Abulcaſimus, Pſeudopropheta, fuit natus. *Erpen.* de ling. Arab. pag. 42. *Elmac.* Hiſt. Saracen. p. 2.

2. II. Quia in ea revelationum ſuarum partem Muhammed accepiſſe ſe fuit mentitus. Hinc Alkorani quædam Suratæ inſcribuntur مكية *Meccenſes.*

3. III. Quia locus ille à tempore recepti Muhammediſmi celebris eſſe cœpit, propter peregrinationes religioſas, quas Arabes inſtituebant. Atque hinc, juxta quoſdam *Metropolis* appellatur. *Beidavi* ad Sur. الانعام: وانما سميت مكة بذلك لانها قبلة اهل القرى وحجهم ومجتمعهم واعظم القرى تانا * *Vocatur autem Mecca* Mater urbium, *quia ad eam* omnes *urbes reſpiciunt, religioſa itinera ſuſcipiunt, ibique congregantur. Atque propterea urbs hac famoſiſsima* omnium *urbium.* De hoc verò peregrinationum inſtituto dicemus ſuo loco.

4. IV. Huc accedit magna templi Meccani majeſtas & magnificentia, cui ipſum templum Hieroſolymitanum cedere volunt. Cujus deſcriptionem, σὺν Θεῷ, habebimus infrá.

5. V. Sed & hoc urbis famam auxit, quod ſingularia ei Deus beneficia contuliſſe dicatur. Ea plenis buccis deprædicat *Muhammed* Sur. XI. لا تعبدوا الا الله انني لكم منه نذير وبشير وان استغفروا ربكم ثم توبوا اليه يمتعكم متاعا حسنا الى اجل مسمى * id eſt; Vos (Meccenſes) *ne nequenquam colatis præter Deum: ſum enim vobis ab eo miſſus monitor, & Evangeliſta. Rogate igitur eum veniam, & ad eundem vos convertite, & ita fruitionem optimam vobis concedet ad terminum definitum.* Paulò infrà meminit penuriæ & famis,

famis, quâ preſſi Meccenſes à Deo fuerunt liberati. Id quod his verbis Muhammed proponit: اداقناه نعما بعد ضرا مسته *Guſtanda dedimus* (homini) *beneficia, poſt calamitatem, quæ tetigit eum. Surat.* X. pag. 114. واذا اداقنا الناس رحمة من بعد ضرا مستهم * *Poſtquam guſtandam dedimus hominibus miſericordiam, poſt afflictionem, quæ contrectavit eos.* De magna hæc intelligenda eſſe fame, Arabum ſcriptores monent: Ejus etiam fit mentio *Sur.* XXI. pag. 189.

Liber 1. de orig. Muh.

Caput VI.

De
NATIVITATE MUHAMMEDIS.

De hac Scriptores variant. Alii *nativitatem ejus incidere ſcribunt in annum Chriſti* 571. Alii 570. Alii 580. Alii 620. *Non ſine cauſa annus Nativitatis ejus controverſus eſt. Genethliaca obſervationes circa diem nativitatis ejus. Impudentia Papiſtarum in deſcribendis vitis Sanctorum, confertur cum temeritate Muhammedanorum. Septem miraculis Muhammedis nativitatem celebrem fuiſſe mentiuntur.*

DE Muhammedis Abulkaſimi Pſeudoprophetæ nativitate Scriptores variant. *Elmacinus* Hiſt. Saracen. de ea ſic ſcribit: ولد في الليلة المسفرة عن صباح يوم الاثنين لثمان خلون من ربيع الاول يوافقه من شهور الروم الثاني والعشرون من نيسان سنة اثنين وثمانين وثمان ماية للاسكندر ذي القرنين* *Natus eſt Muhammed circa auroram diei Lunæ, qui octavus erat Rabii prioris: cui reſpondet è menſibus Romanorum dies* 22. *menſis Niſan anni octingenteſimi octogeſimi ſecundi, Alexandri*

Varia autorum de anno Nativitatis judicia.

1. *Elmacin.*

Liber 1. de orig. Muh. *xandri magni, Dilkarnain.* Incidit ergò in annum Chriſti 571. Æra enim Alexandrina, quæ in Syrorum Tiſri priori, id eſt, Cal. Octob. incipit, ſi ad Chriſtianorum computum referre debeat, addit annos 311. menſes 3. quos ſi 571. addideris habebis 882.

2. *Arab. & Sethi Calviſ.* Huc proximè accedunt illi Arabes, qui inter Nativitatem Chriſti & Muhammedis ponunt annos خمس مائة وسبعون *Annos quingentos ſeptuaginta.* Hos ſequitur *Sethus Calviſius.*

3. *Erpenii.* *Alii* ponunt annum Chriſti 580. ſic *Erpenius* Orat. de Ling. Arab. II. pag. 42. *Alii* 600. vide Chronol. *Geneb.* l. 2.

4. *Ioh. Andrea & aliorum Arab.* *Alii* Nativitatem ejus referunt ad annum 620. Ita *Johannes Andrea* in confuſione Sectæ Muhammedicæ pag. 32. Quem calculum ex Arabibus non pauci ſequuntur. *Keſſæus* in vitis Patrum p. 128. قال وهب ابن منبه كان بين عيسى ابن مريم ونبينا محمد ستمائة وعشرون سنة id eſt, *Dixit Vahebus filius Manbah, anni inter Iſa filium Mariæ & Prophetam noſtrum Muhammed intercedunt* 620. Eundem numerum ponit author *Chronicæ mendoſæ Saracenorum* pag. 1. *Georgius Monachus*, in diſputatione cum Abuſalam Muhammedano, ait, *à Chriſto ad Muhammedis tempora fluxiſſe annos* ستمائة ونيف *ſexcentos, aut præter propter.* Sic planè *VValæus* in loc. commun. pap. 680. Ergò Chronologi noſtri, imò ne ipſi quidem Muhammedani, exploratè ſatis perſpectum habent annum nativitatis ſui Pſeudoprophetæ. Utinam verò tam orbi univerſo ignota eſſent impia & blaſphema ejus dogmata, quàm ignotus hactenus fuit annus, quo tam inutile pondus terra ſuſcepit! Sed neque hoc uſu ſuo caret.

No-

Digitized by Google

Novimus enim, Pontificios, in momentoſa illa quæſtione de Antichriſto, importunius nihil à noſtris flagitare, quàm ut annum, menſem, diem, horam oſtendant, quo Eccleſia Romana virginitatem ſuam amittere, & Antichriſti domicilium eſſe cœperit: putantes, hîc ſe cauſæ ſuæ patrocinium non contemnendum habere. Verùm (præterquam quòd Theologi Reformati ne hîc quidem loci ſuam deſiderari paſſi ſint operam) non vident boni iſti viri, ſe per latus noſtrum petere eos, qui Eccleſiæ Romanæ cardines ſunt & columnæ. Quotusquisque enim eorum eſt, qui Muhammedem hunc magnum impoſtorem & flagellum Chriſtianorum fuiſſe neget; etſi vel maximè definitum nativitatis annum ignoret? *Gilber. Geneb.* in Chron. ſua l. 2. ad a. Chr. 590. ſcribit: *Hunc facilè crediderim, eſſe Antichriſtum, aut ſaltem regni Antichriſti conditorem. Nam* μαομέτης (nugæ! quaſi verò vitioſa vocis Arabicæ ſcriptio μυστηριώδης eſſe queat?) *reddit numerum hominis beſtiæ 666. de quo* Apoc. XIII. *Autor Fortal.* fid. l. 4. pag. 150. a. locum Apocal. itidem de Muhammede explicat, *quòd is præcisè anno 666. ab incarnatione Domini fuerit mortuus.* Vide plura ibidem de numero hoc Apocalyptico. Eò uſque procedunt Theologi Pontificii, cum ignariſſimis interim ignorantes certum nati Muhammedis, ſeu orti Antichriſti hujus annum. Ceſſent igitur deinceps hanc imprudenter movere camarinam, nî ſuæ quoque cauſæ peſſimè conſultum velint. Sufficit leonem nôſſe ἐξ ὀνύχων, & avem ex cantu. Sed hæc obiter.

Liber 1. de orig. Muh. *Annus nativitatis Muhammedis non ſine cauſa nobis ignotus.*

Elmacini autem ſententia & receptiſſima eſt, & apud Arabes tutiſſima videtur. Certè *Abu Maaſar* in libro, cujus titulum fecit كتاب الالوف لابي معشر فيه احكام الملوك والانبيا * inter alia probare conatur, *neceſſariò Muhammedem fuiſſe natum in fine noctis, quando libra medium cæli teneret;*

Elmacini tamen ſententia receptiſſima.

Liber 1. de orig. Muh. *neret; media nocte verò meridiem tranſiiſſet ſignum tauri, aliâs enim Prophetiam & principatum ei competere non potuiſſe.* De alio Genethliaco Judæo, videatur *Roderic Ximen.* pag. 2. quæ ipſa habentur in *Fortalit.* fid. l. IV. p. 149. b. Eodem libro refert *Abu-Maaſar* ſuo tempore Bagdadum veniſſe, quendam عبد الله ابي السري *qui annulos confecerit, quibus, ſi alius quis, præter poſſeſſorem, eos digitis inſeruerit, in riſum fuerit ſolutus Synchruſium, invitus etiam.* Sed & calamos eundem aptâſſe ſcribit, *quos, præter dominum nemo in carta movere potuerit.*

Miracula, quæ in nativitate Muhammedis obtigerunt.

De miraculis, quæ nativitatem Muhammedis ſint comitata, multa garriunt Scriptores quidam Arabici. Sed fruſtrà. Qui enim ex Muhammedanis vel aliquam adhuc habent frontem, eos Muhammedis vocationem miraculis defendere pudet. In felici rerum ſucceſſu, & trophæis proram & puppim velitationum ſuarum & argumentorum collocant. Sunt tamen nonnullii, qui, cùm nativitatis annum ignorent, quaſi obſtetricati Muhammedi recens nato fuiſſent, omnia, quæcunque in buccam iis veniunt, effutiunt. Agmen inter illos ducit *Abunazarus*, qui refert, Nativitatem Muhammedis ſeptem miraculis fuiſſe celebrem. Exſcribam locum, *tum* ut videas, quàm mulus mulum bellè ſcabat, quámque pulcher ſit aſello aſinus, & ſus ſui, *tum* ut diſcas, quàm impudenter illi, qui ſemel frontem perfricuerunt, omnes pudicitiæ, veritatis, & honeſtatis tranſiliant limites, ea aſſerendo, quæ ipſe vix Diabolus eructare auſit: *tum* ut illi, qui jejunis & inſulſis fabulis ſanctis ſuis authoritatem aliquam conciliare ſtudent, vel ex hoc uno ſpecimine in ſe deſcendere, & conjicere diſcant, quorum exemplum ſequantur. Sperant ne, paria ſe facturos cum uno hoc *Abunazaro*, qui non tantùm pleraque, quæ Meſſiæ aliquando futuri, nunc præſtiti, ſigna eſſe debebant, prævia Muhammedi, filio illi perditionis, applicat; ſed etiam nativitatem

Recens & Abunazarus.

tatem ejus, Chriſti nativitati multis paraſangis præfert? Quamvis & hîc exclamare nobis liceat, συνῆλθον Ἀτζαβάς τε ϗ Νεμλώιος. Nam inter ipſos quoque Pontificios ſunt, quibus nec *os ferreum deeſt*, nec *cor plumbeum*: qui Franciſcum, Dominicum cum Servatore noſtro committere, & illos huic in multis præferre audent. *Liber eſt*, ſcribit *Cæl. ſecund. Curio* in Paſquill. Ecſtat. pag. 230. *à Franciſcanis confictus, & conſcriptus, cum quo ſi Mahumeti Alcoranum conferas, Alcoranum judicabis præ illo ſanctiſſimum, tametſi in plerisque* (in iis certè quæ *Abunazarus* hîc confingit, authori conformitatum non uſque adeò eſt diſſimilis) *illi ſimillimus eſſe videatur. Nam ſi iſtis credimus, Franciſcus in nullo ſanctorum choro reperietur, ſed ſupra omnes thronos, denominationes & poteſtates. Nam iſtud vel è ſuggeſtis audent prædicare iſti. Ajunt enim, quendam optâſſe ſibi divinitus oſtendi, quo loco Franciſcus in cœlo haberetur: hunc à ſenſibus abductum fuiſſe, ac per omnes cœli regiones & choros circumductum fuiſſe, nusquam tamen optatum Franciſcum apparuiſſe. Tandem ad circulum divinitatis perveniſſe, ubi Chriſtus ſedebat ad patris dexteram, atque ibi ſibi oſtendi Franciſcum popoſciſſe: tunc Chriſtum de ſolio ſurrexiſſe, pallium à pectore diduxiſſe, removiſſéque, vulnúsque lateris oſtentâſſe, ex quo illicò prodiit Franciſcus.* Confer quæ diximus P. II. ὁδηγ. pag. 266. cum iis quæ ex Abunazaro afferemus, & quibus palma in comminiſcendo debeatur, Muhammedanis, an Pontificiis, judica.

Liber 1. de orig. Muh.

Pontificii & Muhammedani in deſcriptione ſanctorum ſuorum comparantur.

ولد رسول الله صلم يوم الاثنين وظهرت له سبع
معجزات بولادته الاول كل حامل يلحقها العنا
والمشقة من حملها وولادة رسول الله صلم لم يلحقها
العنا في حملها والثانية للحامل مخاض حال وضع
الحمل

Liber 1. de orig. Muh.

الحمل ولم يكن لامه ذلك والثالثة لما انفصل من امه
خر ساجدا علي وجهه لله وقال في سجوده امتي ورفع
راسه من السجود وقال بلسان فصيح اشهد ان لا
الاه الا الله واني رسول الله والنكته فيه فهو ان الثنا
منه كان اجل من ثنا عيسي عليهم السلام لان
عيسي اثنا بلسانه ولم يسجد وان عيسي تكلم
للام والنبي صلم تكلم للرب وعيسي يشهد علي
تنزيه الوالد ومحمد صلم يشهد علي تنزيه الواحد
فيكون ثنا اجل والرابعة ولد مختونا والخامس منعت
الجن والشياطين من السما قوله تعالي وحفظا من
كل شيطان مارد وذلك انه كانت الجن تصعد
الي السما وتسمع حديث الملايكة الا من استرق السمع
ولما ولد رسول الله صلم ارادوا ان يصعدوا الي السما
فمنعوا من ذلك واجتمعوا الي ابليس اللعنة عليه وقالوا
كنا نصعد الي السما الي يومنا هذا والان منعنا عن
ذلك فقال لهم طوفوا في مشارق الارض ومغاربها
لتنظروا اي حدث حدث علي وجهه الارض وطافوا
حتى اتوا مكة المشرفة وراوا فيها بيتا حفته الملايكة
وبسطع

Digitized by Google

ويسطع منه نورا الي السما وينهي الملايكة بعضهم Liber 1. de orig. Muh.
بعضا فرجعوا فاخبروا ابليس عليه اللعنة فصاح صيحتا
وقال اوه خرج اية المعالم ورحمة الله علي بني ادم
ولذلك منعتم من الصعود الي السما قال كعب الاحبار
رضي الله عنه رايت في التورية ان الله تعالي اخبر
قوم موسي علم عن وقت خروج محمد صلم وقال
ان الكوكب المعروفة اسمه كذا وكذا اذا تحرك
وصار عن موضعه وهو وقت خروج محمد صلم ولما
ولد رسول الله صلم صار الكوكب متحركا فعلموا
جميعا انه خرج الي الدنيا ولاكن كتموا حسدا من
انفسهم واخبر الله تعالي قوم عيسي علم في الانجيل
ان النخلة اليابسة اذا اورقت واثمرت وهو وقت
خروج محمد صلم فلما ولد رسول الله صلم اورقت
النخلة اليابسة واثمرت فعرفوه وهذا العلامة وكتموه
حسدا واخبر الله تعالي قوم داوود علم في الزبور ان
العين المعروفة الذي غاض ماها اذا انبع منها الما وهو
وقت خروج محمد صلم فلما نبع مها الما وعرفوه
بهذا العلامة وكتموه حسدا والسادسة حليمة مرضعة
رسول

Liber 1. de orig. Muh. رسول الله صلّم كانت لاتدر اللبن من احدي ثديها
فلما وضعتها في فم رسول الله صلّم در اللبن منها
والسابعة لما ولد رسول الله صلّم خرج صوتا من اربع
زوايا الكعبة خرج من الاول صوت يقول قد جا الحق
وما يبدي الباطل وما يعيد ومن الثانية لقد جاكم
رسول من انفسكم عزيز عليه ومن الثالثة قد جاكم
من الله نور وكتاب مبين ومن الرابعة يايها النبي
انا ارسلناك شاهدا ومبشرا ونذيرا ✱ id eſt, *Natus eſt legatus Dei, ſuper quo precatio & pax divina; die ſecundo, & apparuerunt in ejus nativitate ſeptem miracula.* Primò *enim omnem gravidam anxietas corripit & ærumna ex eo, quod geſtat. At verò nativitas Apoſtoli; ſuper quo pax Dei & precatio; ita ſe habuit, ut ex eo, quòd ventrem pertulerit, nihil moleſtiæ aut afflictionis ſenſerit* mater. Secundò, *quòd qualibet gravida, cùm ventris onus deponit, parturientium dolores ſentit; ſed & ab iſtis mater ejus immunis fuit.* Tertiò, *cùm à matre avelleretur, pronus concidit in vultum ſuum, ut Deo honoris cultum, incurvando ſe, deferret: proſternens autem ſe, dixit: ô mater mea! Elevato poſtea ab incurvatione capite ſuo, disertâ linguâ fatus eſt: Teſtor, non eſſe Deum, niſi Deum (verum,* vel *unum,* id quod articuli Emphaſis poſcit) *méq; Dei eſſe Apoſtolum. Unde diſcimus, laudationem ejus laudatione Iſa; ſuper quibus* (Muhammede & Iſa) *ſit pax; luculentiorem eſſe.* Iſa *enim linguâ quidem ſuâ laudavit; At honoris exhibendi gratiâ ſe non incuravit.* Iſa *locutus fuit matri ſuæ. At* Propheta, *ſuper quo precatio divina & pax; locutus*

cutus eſt Domino. Iſa *teſtatus eſt de eo,quòd non haberet patrem: At* Muhammed; *ſuper quo preces Dei & pax; teſtatus eſt,ſe delectari in uno. Atque ſic laudatio ejus fuit illuſtrior.* Quartò,*Muhammed natus eſt circumciſus*: Id quod de Adamo etiam fabulantur Judæi; vide *Schalſch.Hakkab.* pag.6.b. Quintò,*prohibiti ſunt Dæmones & Satanæ de cælo,juxta dictum altiſſimi* (Alkorani textum intelligit,qui occurrit *Sur.*XV.pag.144.) *Et cuſtodiendo ab omni Satana immorigero.* (In Alkorano tamen legimus: *Cuſtodivimus ea*; ſigna Zodiaci; *à Satana maledicto,niſi quòd quis furtim auditione abſtulerit.*) *Dæmones enim in cælum aſcenderunt, Angelorúmque ſermones occultos audiverunt,ita tamen,ut furtim tantùm audiendo quædam abſtulerint. Cúmque naſceretur Apoſtolus; ſuper quo precatio & pax Dei; iterum cælum conſcendere volentes, prohibiti ſunt. Congregati igitur ad Abliſum* (nomen eſt Diaboli) *ſuper quo maledictio, dixerunt: Ad hunc uſque diem patuit nobis aditus in cælum,at nunc vetamur ab eo. Dixit ergò illis. Circuite orbem per orientem & occidentem,atque videte,quid novi ſit in ſuperficie terræ. Circuiverunt igitur,uſque dum pervenerunt ad Meccam nobilem,viderúntque in ea domum Angelis circumdatam,è qua ignis micabat ad cælum uſque pertingens, Angelis ſe invicem attingentibus. Reverſi igitur Abliſo; ſuper quo execratio; hoc indicârunt. Is,clamore edito,dixit,* Oi! *Signum exiit,quo monemur,miſericordiam Dei eſſe ſuper filios hominum. Atque hinc factum,quòd cælum aſcendere prohibeamini. Beidavi* in locum Alkor.cit.pag.445.ex *Ibn-Abbas* notat لما ولد عيسى منعوا من ثلث سموات ولما ولد محمد صلعم منعوا من كلها بالشهب * *Cùm natus eſſet Iſa, Dæmones prohibitos fuiſſe à tribus cælis; at cùm naſceretur Muhammed,prohibitos à cælis omnibus,in ſideri-*

Liber 1 de orig. Muh.

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh. *deribus ſcintillantibus,ſeu ſtellis cadentibus.* Sed ad miracula Muhammedis,& textus translationem redeundum. *Dicunt eruditi; in quibus Deus acquieſcat; Vidimus in lege, quòd Deus opt.Maximus populo Moſis S.q.pax; adventum Muhammedis; ſuper quo pax Dei & precatio; indicaverit,atque dixerit: ſtella,nomine ſuo nota,cùm mota fuerit,atque de loco ſuo mutata,aderit tempus egreſſus Muhammedis* (tædet toties repetere εὐφημίας,quam Muhammedani mentioni ſui Pſeudoprophetæ præmittunt) *Cùm autem natus eſſet Apoſtolus Dei, movebatur ſtella illa, ex quo omnes didicerunt, eum jam in mundum prodiiſſe: at illi* (Judæi, ut puto,intelliguntur)*invidiâ acti,celaverunt eam. Ita notum fecit Deus Excelſus populo Iſa; ſuper quo pax; in Evangelio,quòd,cùm palma quædam ſingularis arefacta,folia atque fructus protulerit,tempus tum ſit adventus Muhammedis. Eo autem tempore,quo in hanc lucem Apoſtolus Dei editus eſt,palma illa arrida,& folia habuit & fructum,id quod illi* (Chriſtiani) *non ignorârunt. Atque hoc etiam ſignum erat,quod tamen illi invidè celârunt. Significavit tandem Deus Excelſus,populo Davidis,in Pſalmis,fontem notum,aqua pauperem,cùm exilierint largiter ex eo aqua,ſignum fore adventus Muhammedis. Cùm igitur aquæ abundè ex fonte prorupiſſent,hoc ſigno ipſum nôſſe potuerunt. Verùm & illi hoc invidi ſuppreſſerunt.* Sextò,*Halima,nutrix Apoſtoli Dei,in alterutro ubere nihil habuit lactis; cúmque illud ori Apoſtoli Dei,immiſiſſet,profluxit lac ex eo.* Septimò,*cùm natus eſſet Apoſtolus Dei vox egreſſa eſt è quatuor angulis Caaba.* Ex primo angulo *vox audiebatur: Dicito,Veritas Venit; nec mendacium apparebit,nec revertetur.* Ex ſecundo: *utique venit jam Apoſtolus ex vobis ipſis,cum quo* (erit.) *Potens.* Ex tertio: *Dicito; Venit ad vos à Deo lux & liber manifeſtus.* Ex quarto: *O Propheta, utique miſimus te,ut teſtis eſſes, Evangeliſta & monitor.* Ignoſce,quæſo,lector,ſi cum inepto Scriptore Arabico

Digitized by Google

bico balbutiendum nobis eſt Latinè,& cum Care carizandum. Habet ſuos quæque lingua Idiotiſmos,quos alii pari felicitate aut ornatu difficulter exprimere poſſunt. Quid *Petro Cunæo*, viro in Latinitate verſatiſſimo,ſæpè acciderit,vel ex aureo ejus libello de Republ.Hebræorum diſcimus. Noluit χρησφύγετα quærere,aut multis ambagibus uti,ſed ingenuè faſſus,*ſibi nonnunquam aut Hebræa vertendo orationem Romanam deformandam,aut ſummatim modo teſtimonia Hebræorum recitanda.* Id ipſum, quia & hîc uſu venit,ſpem nobis veniæ apud te,candide lector,facit non exiguam. Liber 1. de orig. Muh.

Caput VII.

De

MUHAMMEDIS ANTE ISLAMISmum,adeóque Koreiſchitarum & Veterum Arabum Religione:

*Muhammed Koreiſchitarum cultum ſequebatur,qui conſiſtebat I.in veneratione Idolorum,cujusmodi erant,*a.Alath,*ſeu Venus quæ & Cabar aliâs dicitur.* b. Allozza & Menath,*de quibus prolixè Beidavi & Zambaſchari.*c. Aſaph & Naila,*de quibus loqui videtur Breidenbachius. Venerem adhuc hodie coli ab Arabibus quibusdam aliqui volunt.* d Vodda, Sevaha,Iaguth,Iauk, Neſer,*de quib.Beidavi & Keſſæus.* e.Diaſares,*ſeu* Dauſar,*qui Bacchus eſt,vel Priapus.* f. Oboda,*Nabatæorum rex.II.In* ἀγϛιλολατρεία,*quam Muhammed in Alkor.ſæpe taxat. III.In eo,quòd Dæmonibus tribuerint Imperium quoddam & poteſtatem in ſtellas,quâ de re Alkor.& Beidavi. IV.In negatione Reſurrectionis à mortuis,quam contra eos maſculè aſſeruit Muhammed. V.In adminiſtratione ſacrorum nudis facta corporibus. VI.In ſuperſtitioſa quadam emancipatione ovium & camelorum: de qua ex Gieuhari, Kamus,Beidavi, Giggæo, Ferræo, prolixiùs fuit agendum. VII. In* πυρομαντεία *& aliis quibusdam.*

EXtra omnem dubitandi aleam pono, Muhammedem, antequam ἰδίας αἱρέσεως author exiſteret,eadem cum Koreiſchitis,ex quibus ortus erat,habuiſſe

 ſacra.

Liber 1. de orig. Muh.

ſacra. In iiſdem, dubio procul, natus fuit, in iiſdem etiam, ad annum ferè quadrageſimum ætatis, educatus. Sed quæ Koreiſchitarum fuit religio? جاهلية in *Alkor.* & Arabum ſcriptis hinc inde, id eſt, *ſtultitia*, *χρόνος ἀγνοίας* appellatur. Aliâs vox hæc pro qualibet hæreſi, apud Chriſtianos maximè Arabes, ſumitur. Unde *Tit.* III. 10, vocabula *ἀνὴρ αἱρετικὸς*, Arabicè redduntur, الرجل الجاهل *vir ſtultus*. Eſt enim verè hæreſis ſtultitia & inſania ſumma. Quia verò de Arabum Veterum Idololatria pauca (quod ſciam) apud noſtros ſcriptores commemorantur, ipſa tamen magnam ſatis orientis partem olim occupavit, in ea eruenda nonnihil operæ locabimus. Nam & hæc ad locorum quorundam, Scripturæ & Hiſtoriarum profanarum, illuſtrationem facient.

Koreiſchitarum cultus conſiſtebat 1. In veneratione Idolorum.

Primò ergo habuerunt Arabes Idola famoſiſſima, de quibus ipſe Muhammed in Alkorano, *Sur.* LI. pag. 298. أفرأيتم اللات والعزي ومناة *Annon vidiſtis Allath, & Aloza & Menath?* Fœminino genere exprimuntur, quia Deæ erant. Unde expreſſè alibi in Alkorano vocantur اناثا *mulieres.* Ita ad textum. ان يدعون من دونه الا اناثا *Non invocant* (Arabes) *præter eum* (Deum) *niſi mulieres*: Beidavi commentatur: اللات والعزي ومنات فان لكل حي صنما يعبدونه ويسمونه انثى *Allath, & Alozza, & Menath: Erat enim omni viventi ſimulachrum, quod colebant, atque mulierem vocabant.* Sed videamus penitiùs, quænam tria hæc Idola fuerint. *Iſa Bar Ali*, in Lexico Mſc. Syro-Arabico notat, ܟܘܟܒܐ ܪܐܦܢ *Aſtrum Remphan*, Hiero-

Cujuſmodi eſt 2. Allath, ſeu Luciferi.

اللات والعزي eſſe

nymum

nymum ſecutus, qui ad *Amos*.lib.II.notat: *Sydus Dei veſtri Ebraicè dicitur* כוכב *Cocab*, id eſt, Luciferi, *quem Saracenici huc uſque venerantur.* Videſis eundem patrem in S. Hilarionis vita c.XX. Ita Cl. *Seldenus* de Diis Syr. Syntag. II. cap. 2. ſcribit, *Vraniam Arabum cum ipſa Mylitta* (Syriacum eſt, ܡܘܠܕܬܐ γυνέτειρα, *genetrix*, notiſſimum Veneris Epitheton) *Aſſyriorum eſſe eandem*. Huc accedit *Herodoti*, authoritas. καλέουσι δὲ, ſcribit in primo, Ἀσσύριοι τὴν Ἀφροδίτην μυλίττα, Ἀράβιοι δὲ Ἀλίττα, πέρσαι δὲ μίτραν, *Vocant Aſſyrii Venerem Mylittam, Arabes Alitta, Perſæ Mitram*, id eſt, matrem. Eſt enim Perſis مادر *mater*, ſicut بدر *pater*, & برادر *frater*. Suſpicatur Clariſſ. *Seldenus*, Herodoti locum fortè corruptum, & pro Ἀλίττα, ſubſtituendum eſſe Ἀλιλὰτ (آللات) quod propriè *lunulam* Arabibus ſignificat: ad Lucinam tamen ſeu Venerem quoque refertur â Scaligero. Sed nihil videtur neceſſe. Bellè enim Heroditi ſcriptio convenit cum hac nomenclatura Muhammedis, in qua nomen *Allatha*, vel *Allitha* retinetur. Eadem aliâs *Cabar*, ſeu *Cubar*. appellatur, quæ, ut *Seldenus* ait, â Syria ſeu Babylonia Venere alia non erat. Hinc *Euthymius Zygabenus* in Panoplia. *οἱ Σαρακηνοὶ μέχρι τοῦ Ἡρακλείου τοῦ Βασιλέως χρόνου εἰδωλολάτρουν, προσκυνοῦντες τῷ Ἑωσφόρῳ ἄστρῳ, καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἣν δὴ καὶ χαβὰρ τῇ ἑαυτῶν ἐπονομάζουσι γλώττῃ· δηλοῖ δὲ ἡ λέξις αὐτὴ τὴν μεγάλην*, id eſt, *Ad Heraclii uſque Imperatoris tempora Saraceni Idolis dediti erant. Luciferum adorabant & Venerem, quam Cabar ſua nominant lingua. Significat autem Cabar magnam.* Ita etiam in *Catecheſi Saracenorum.* Ἀναθεματίζω τοὺς πρωϊνῷ προσκυνοῦντες ἄστρῳ, ἤγουν τῷ Ἑωσφόρῳ καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ ἣν κατὰ τὴν Ἀράβων γλῶσσαν Χαβὰρ ὀνομάζουσι, τουτ' ἔστι μεγάλην id eſt, *Anathematizo eos, qui matutinum ſidus, & Venerem adorant, quam Arabicâ linguâ* Chabar *appellant, id eſt*, Magnam. Non malè ſic vertitur. Eſt enim كبر *magnus fuit*: unde

Liber 1. de orig. Muh.

vel Veneris.

Quam & Cabar appellant.

Id eſt, magnam.

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

adjectivum كبير *magnus*, fœm. كبيرة *magna*: & كبري quod κατ' ἐξοχὴν *mulierem magnam*, ſeu *maximam*, apud Arabes ſignificat: unde etiam in ſuperlativo الاكبر dicitur. In diſputatione quadam Arabica inter Musliminos quosdam, & *Georgium Monachum* habita p.m. 128. quærit *Abuſalama*, Muhammedanus, *Georgium*, ignoret ne Muhammedem, traduxiſſe Arabes من عبادة الاصنام الي معرفة الله الحي *à cultu Idololatrico ad notitiam Dei vivi.* Georgius Arabum cultum deſcripturus fatetur: صنم يسما الاكبر وصلاتهم امامه كانت اشعارا تشتمل معاينها علي الشق والعشق كانوا يكتبوها علي الالواح ويغلقونها فوق ذلك الصنم ويصلون بها * *Eos coluiſſe Idolum* Alacbar *dictum, coram quo preces carmine recitabantur, quas, de rebus amatoriis agentes, tabulis inſcripſerint, eaſdémque ſupra illud Idolum ſuſpenſas, recitârint.* Quòd verò exiſtimant nonnulli, ut apud *Seld.* lib. cit. pag. 286. videre eſt, Saracenos, etiam poſtquam Muhammedicam ſpurcitiem pro religione ſunt amplexati, hac adorationis formulâ veterem illam Arabum Deam, Venerem, *Ἀλλὰ ὐὰ Κυβὰρ, Ἀλλὰ* exclamantes, propitiam reddere voluiſſe, valde ſuſpectum eſt. Clamant quidem præcones illorum, preces indicturi, الله اكبر الله quod Græcus aliquis ſcriberet, *Ἀλλὰ ἄκβαρ Ἀλλὰ*, id eſt, *Deus, ſummus Deus*, non ut τῇ كبري κυβὰρ literent, ſed potiùs, ut unum ſe Deum ſummum agnoſcere profiteamur. Homonymiæ igitur vitium, fallacia item compoſitio-

nis

nis & diviſionis huic receptæ apud quoſdam opinioni dedit originem. Liber 1. de ●ig. Muh.

Sed & ipſos nunc Arabes audiamus, quid de Idolis iſtis ſentiant aut ſcribant. *Beidavi* comment. in Alkor. pag. m. 870. ita notat: ثلاثة الاصنام مستحقة للعبادة التي لا b. *Alozza & Menath, de quibus Beidavi.*

تنفعكم في الاخرة واللات اول الاصنام صنم ثقيف

بالطايف ثم العزي صنم قريش وكان نخلة يعبدونها

فبعث النبي خالد بن الوليد وقطعها فخرجت من

اصلها امراة تجر شعرها علي الارض فقتلها ثم

مناة صنم الانصار وهي من حجارة يعبدونها وقيل

كان كل الاصنام من الحجارة داخل الكعبة تعبد

عيون * *Tria illa Idola, quæ coli à vobis merentur, in altera vita vos nihil juvabunt. Horum Idolorum primum eſt* Allath, *Idolum Thakiphi in Taiph*: *ſecundum* Alozza, *Idolum Koreiſchitarum, quod Medinæ* (ita enim puto vocabulum نخلة verti debere, ex formula uſitata دار النخلة *forum Medinæ* aut; *palma erat, quam*) *colebant. Miſit autem Propheta Chalidum ben VValid qui illud confregit. Et egreſſa eſt ex radice* (trunco) *ejus mulier, quam crines ſuos ſuper terram trahentem, ille occidit.* Menath *autem Idolum eſt adjutorum* (Medinenſium) *quod ipſum quoque, ex lapide factum, colebant. Dicuntur tamen omnia illa Idola lapidea fuiſſe, intra Caabam ab incolis culta.* Zamhaſchari eadem ferè habet. Addit inſuper eorum Etymologiam, & propriam ſignificationem. *Alath*, ait, eſſe nomen verbale deſumptum à لوي propterea *Et Zamhaſchari.*

Liber 1. de orig. Muh. propterea ſic dictum. لانهم كانوا يلوون عليها اي يطوفون *quòd Arabes Idolum illud circumirent*, nempe religionis ergò. Alii tamen legunt לת cum Teſdid, ſeu Dages, لانه صورة رجل كان يلت السويق بالسمن ويطعم الحاج * *propterea quòd imago maſculi fuerit, qui hordeum contuſum cum adipe miſcuerit, ſpináſque ederit. Ozza* verò, ſcribit *Zamhaſchari*, fuiſſe, شجرة لغطفان *Arborem Gatiphæorum, quam venerabantur. Menath* lapidem eſſe Hadilæorum, & Chazaitarum, aut Thakiphi: Radicem ponit *vel* منا, id eſt, قطع *ſcidit, abſcidit, eradicavit.* وانهم كانوا يذبحون عندها القرابين * *Huic illi ſacrificabant ſacrificia: Vel* نو, quod *ſidus eſt ad occaſum vergens* كانهم يستمطرون بالانوا عندها تبركا بها *propterea quòd pluviam ad occaſum ſideris ab eo petunt, ut benedictionem ab ea conſequantur.*

c. Aſaph & Naila. Sed & alibi mentio fit Idolorum Arabicorum aliorum, من اهل الجاهلية *illud* ,quorum ,نايلة & cumprimis ,اساف *à populo in Gentiliſmo verſante* collocatum erat in صفا Tzepha; *hoc* ſuper Mervan, ut ad ſecundam Alkor. Surat. obſervat *Beidavi*. De his Idolis loquitur *Bernhardus de Breidenbach*, ex Petro Alphonſo. *Hic ergò ſiſte gradum, & ego tibi apertè monſtrabo qualis illa domus priùs extiterit* (loquitur de æde Meccana) *quòd ibi fuerit ſacrum, & cur illuc ire, &, quæ dicta ſunt, Mahumet facere juſſerit. Duo filii Loth, Ammon ſcil. & Moab, hanc domum honorabant, ibíque duo colebant Idola, unum ex albo factum lapide, quod Mercurium, alterum ex nigro,*

Digitized by Google

nigro, quod camos appellabant. Et iſtud quidem, ex nigro lapide, in honorem Saturni, alterum ex albo, in Martis honorem, venerabantur. Et bis in anno ad hæc Idola adoranda eorum aſcendebant cultores. Ad Martem quidem quando Sol primum intrat arietis gradum, quoniam aries honor eſt Martis, in cujus diſceſſione, ut mos erat, lapides jaciebantur. Vide Lexic. *Buxt.* Tal. Voce מרקולים. *Ad Saturnum verò, quando Sol primum gradum libræ ingrediebatur, quia libra honor erat Saturni, ſicque nudi* (ut pòſt audiemus) *ac tonſis capitibus thurificabant. Arabes quoque cum Ammonitis & Moabitis hæc Idola adorabant: Longiſſimo pòſt tempore veniens Mahumet, priſtinam gentis conſuetudinem nolens tollere, quaſi mutato quodammodo more inconſutis, opertos tegumentis domum circumire permiſit. Sed ne videretur Idolus ſacrificare præcipere, Saturni ſimulachrum in pariete in angulo domus conſtituit, cujus ne appareret facies, dorſum tantùm extrà poſuit, Idolum verò Martis, quod undique erat ſculptum, ſubtus terram miſit, lapidéſque ſuppoſuit. Hominibus autem, qui ibi ad adorandum conveniunt, lapides iſtos oſculari præcepit, & humiliatis tonſiſque capitibus intra crura lapides retrò jactare, qui & dorſa denudabant, quod eſt ſignum priſtinæ legis, & ad effugandum dæmones, ſe hoc modo lapides* (vide ſuprà, & Confuſ. Sect. Muh. *Joh. And.* pag. 27.) *jacere dicunt, quos clàm in eo ritu potiùs venerantur. Et hæc eſt illa, præclara Muhameti induſtria, imò malitia, ut cùm à cæterorum cultu Idolorum ſuos inhibuerit, iſtud tamen in honorem Veneris apud Mecham ſuam fieri permiſit.* De his ſacris videatur etiam *Joh. And.* in Confuſ. Sect. Muham. pag. 27. De Veneris cultu, cujus ſuprà etiam meminimus, apud Muhammedanos, etiamnum uſitato, multa referunt Græcorum recentiorum monumenta Eos Venerem in lapide Brachthan colere, quòd credunt, ſuper eum Abrahamum cum Hagar coiiſſe, aut camelum ei alligâſſe, cùm filium Iſaac erat ſacrificaturus, ſcri-

Liber 1. de orig. Muh.

Venerem etiamnum dicuntur colere Arabes.

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

bit *Euthymius Zygabenus* in Panoplia. Ὁ δὲ ῥηθεὶς λίθος κεφαλὴ τῆς Ἀφροδίτης ἐστίν, ἣν πάλαι προσεκύνουν οἱ Ἰσμαηλῖται. φέρει γὰρ μέχρι ἐν νῦν τοῖς ἀκριβῶς κατασκοποῦσιν ἐκ γλυφίδος ἀποτύπωσιν κεφαλῆς, id eſt, *Jam dictus lapis eſt caput Veneris, quam Iſmaëlitæ olim adorabant: ſi quis accuratiùs ſpectet, etiam capitis in eo delineamenta non obſcura erunt.* Et in *Catecheſi Saracenorum*: Ἀναθεματίζω καὶ αὐτὸν τὸν εἰς τὸ Μάκχ οἶκον τῆς εὐχῆς, ἐν ᾧ φασὶ κεῖσθαι μέσον λίθον μέγαν, ἐκτύπωμα τῆς Ἀφροδίτης ἔχοντα· τιμᾶσθαι δὲ τοῦτον, ὡς ἐπάνωθεν αὐτοῦ τῇ Ἄγαρ ὁμιλήσαντος τοῦ Ἀβραάμ. ἢ ὡς αὐτῷ τὴν κάμηλον προσδήσαντος, ὅτε τὸν Ἰσαὰκ ἔμελλε θύειν. τοὺς δὲ εἰς εὐχὴν ἐκεῖ ἀπιόντας τὴν μὲν μίαν ἑαυτῶν χεῖρα πρὸς τὸν λίθον ἐκτείνειν. τῇ δὲ ἑτέρᾳ τὸ οὖς κατέχειν τὸ ἴδιον. καὶ οὕτω κυκλοτερῶς ἑαυτοὺς περιφέρειν ἕως ἂν πέσωσι σκοτοδινιάσαντες, id eſt, *Anathematizo etiam ipſam illam precationis domum Meccæ: in cujus medio jacere ajunt lapidem magnum, Veneris effigiem habentem. Honorari autem iſtum lapidem, quaſi Abraham ſuper eo cum Hagare coierit; aut camelum ei alligaverit, cùm Iſaacum ſacrificaturus erat. Eos autem, qui precatum illuc eunt, alteram manum ad lapidem extendere, alterâ verò aurem ſuam tenere, atque ita ſeſe circumagere in orbem, donec è vertigine offuſis tenebris concidant.*

d. *Vodda, Sevaha, Jaguth, Jauk, Neſer. De quibus l. Beidavi.*

Præterea, Suratâ *Noachi*, quæ numero eſt ſexageſima nona, pag. 326. occurrunt nomina propria ودا سواعا يغوث يعوق ونسرا *Vodda, Sevaha, Jaguth, Jauk, Neſer*, quæ & ipſa Idolorum Arabicorum nomina ſunt. Ita enim *Beidavi* pag. 962. ſcribit: قيل هي اسما رجال صالحين كانوا بين ادم ونوح ولما ماتوا صوروا تبركا بهم ولما طال الزمان عبدوا وقد انتقلت الي العرب وقيل كان

ود

Digitized by Google

ود علي صورة رجل وسواع علي صورة امراة ويغوث Liber 1. de orig. Mult.
علي صورة اسد ويعوق علي صورة فرس ونسر علي
صورة نسر * *Ajunt eſſe hæc nomina virorum bonorum, qui inter Adamum & Noachum vixerunt. Cúmque mortui fuiſſent, figurâ exprimebantur, ut ab iis benedictio haberi poſſet. Tractu temporis coli cœperunt: Atque id ipſum ad Arabes translatum eſt. Volunt quidam* Vodda *repræſentatum fuiſſe figurâ viri*: Sevaha, *figurâ mulieris*: Jaguth, *figurâ leonis*: Jauk, *figurâ equi*: Neſer, *figurâ aquilæ*. *Keſſæus* in vitis Patrum pag. 17. ſcribit: كانوا اتخذوا خمسة اصنام فصور 2. *Keſſæus.*
لهم الشيطان ذلك علي صورة قابيل واولاده وهم
ودا وسواعا ويغوث ويعوق ونسرا وهذه الاسما اولاد
قابيل عليهم اللعنة وبعث الله اليهم ادريس نبيا ورسولا
يدعوهم الي عبادة الله * id eſt, *Aſſumſerunt* (filii Caini) *quinque Idola, quæ eis Sathan effinxit ad formam Kabel & filiorum ejus, qui ſunt Vodda, Sevaha, Jaguth, Jauk, Neſer (hæc enim nomina ſunt filiorum Kabel, ſuper quibus maledictio) Et miſit iis Deus Edris Prophetam & Apoſtolum, qui eos vocaret ad cultum Dei.*

Porrò *Tertullianus* in Apologetico, *Diaſarem* (alii *Diapharem* ſcribunt, ſed vitiosè, alii *Dyſarem*) inter veterum Arabum numina refert. Bacchus (non, ut *Suidas* voluit, Θεὸς, vel Θεὺς Ἄρης, *Mars*) intelligitur. Unde *Heſychius*. Δουσάρην, τὸν Διόνυσον. Μαβαταῖοι, ὡς φησιν Ἰσίδωρος, id eſt, *Duſarin, Bacchum Mabatæi* (Nabathæi) *vocant, ut ait Iſidorus*. Sic *Stephanus Byzantius*. Δουσάρη σκόπελος καὶ κορυφὴ ὑψηλοτάτη Ἀραβίας. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ Δουσάρου. Θεὸς δ᾽ οὗτος παρὰ Ἄρα- e. *Diaſares.* *Seu Bacchus.*

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh. ἐν ᾧ Δαχαρηνοῖς τιμώμενος, id eſt, *Duſare locus editus in Arabia, ita à Duſaro nuncupatus, qui Arabibus & Dacharenis* (vide ſup. pag. 209.) *Deus eſt.* Δυσάρης, ſine dubio, eſt ipſum Arabum دوسر, quod tamen, ſignificatione ſua propria, *Priapum* veriùs notat, quàm *Bacchum.*

qui Arab. Dauſar.

I. Oboda, ſeu Obodes

Tandem etiam ἀποθεώσει gentili in Arabicorum Numinum Catalogum relatum quidam ſcribunt *Obodem. Author* Clavis Apocalypticæ Cantabrig. anno 1632. editæ, pag. 100. obſervat, *Nabathæorum Reges omnes fuiſſe appellatos Obodas*; unde & ipſi regioni nomen manſerit. Hinc etiam Stephanus Byzantinus: ΟΒΟΔΑ, inquit, χωρίον Ναβαταίων, ὅπου ΟΒΟ'ΔΗΣ ὁ βασιλεὺς, ὃν θεοποιοῦσι, τέθαπται, *Oboda regio eſt Nabatæorum, ubi Obodes rex, quem Deum faciunt, ſepultus jacet.* Putat author, alluſivum eſſe hoc nomen, ad vocem Ἀβαδδὼν in Apocalypſi. Atque hoc primum eſt, quod de veterum Arabum Religione nobis obſervandum.

II. In Ἀγγελολατρεία.

Ad *alterum* accedimus, Ἀγγελολατρείας nempe, quam Muhammed Koreiſchitis ubique exprobrat. Unde etiam vulgò المشركون *Aſſociantes* appellantur, ut qui cultum divinum inter ſocios quaſi, Deum & Angelos, partiantur. Locus in *Alkor.* expreſſus eſt Sur. الانعام *de beſtiis*, جعلوا لله شركا الجن *Poſuerunt Deo ſocios genios*, id eſt, ut *Beidavi* explicat, بان عبدوهم وقالوا الملايكة بنات الله *Angelos,* الملايكة *propterea quòd coluerunt eos, dixerúntque: Angeli ſunt filiæ Dei.* Et alibi. يقولون العرب ان الملايكة بنات الله * *Dicunt Arabes Angelos eſſe filias Dei.* Surata XLI. الزخرف dicta, aliquoties hunc errorem perſtringit. Imò exiſtimat *Keſchaphus* verſiculum illius Suratæ; قل ان كان للرحمان ولد

Quam impugnavit Muhammed.

Digitized by Google

ولد فانا اول العابدين *Dicito , ſi miſericors* (Deus) *filium habet* (ex hypotheſi veſtra , ut *Keſchaus* explicat) *ego tamen primus ero ex cultoribus* , ſeu *unitatem credentibus* ; contra Nazer, ben Abd-addar, ben Kazzi cælitus fuiſſe delapſum , propterea quòd dixerit ان الملايكة بنات الله *Angelos eſſe filias Dei.* Hunc Angelorum cultum Meccæ primum aboleviſſe Muhammedem idem ſcribit, p. m.817. قال النضر الا ترون انه قد صدقني فقال له الوليد بن المغيرة ما صدقك ولكن قال ما كان للرحمان ولد وانا اول الموحدين من اهل مكة ان لا ولد له * id eſt, *Dixit Nazer ; Nónne videtis, quòd is* (Muhammed) *jam me verificet* (quòd mecum ſentiat , opinionem meam approbet ?) *Cui VValid, ben Mogeira, reſpondit, quî te verificat ? utique dixit ; Non eſt miſericordi filius, & ego primus ſum, qui unitatem credunt de populo Meccenſi*, aſſerens, *nullum ei eſſe filium*. Vide etiam p. 276. & 278.

Liber 1. de orig. Muh.

Tertiò, Arabes veteres opinione hac erant imbuti, Diabolum, qui princeps tantùm eſt ἄερος, neque ullum in ſtellas habet Imperium, in cœlum aſcendere, aſtrisq; mala quælibet inſpirare, hoc verò officio functum cœlo ejici: unde quæ nobis ſunt ſtellæ cadentes, Arabibus Diaboli erant cælo detruſi. In has nugas Muhammed invehitur *Sur.* Abrahami, ubi ad verba حفظناها من كل شيطان رجيم *cuſtodivimus ea* (ſigna Zodaici) *ab omni Satana maledicto*, Beidavi ſcribit: فلا يقدر ان يصعد اليها ويسوس اهلها ويتصرف في امورها ويطلع علي احوالها * *Non poteſt aſcendere ad ea*,

III. In perverſa de poteſtate Dæmonum in ſtellas opinione.

Liber 1. de orig. Muh.

ea, populóque eorum quicquam inſpirare, rebus eorum imperare, ſtatúmve eorum explorare.

IV. In inficiatione Reſurrectionis mortuorum.

Quartò, negârunt Koreiſchitæ الموت الاخر τὸν δεύτερον θάνατον, dicentes ان هي الا موتتنا الاولى *non eſt alia niſi hæc prima mors*, Sur. الله كان ſeu *fumi*; & ipſam quoque reſurrectionem, *Sur.* XLIV. pag. 283. واذ قيل ان وعد الله حق والساعة لا ريب فيها قلتم ما ندري ما الساعة * id eſt, *Cùm dicitur, quòd Dei promiſſio ſit veritas, & quòd de hora* (ſic ultimum vocat judicium, exemplo S. Scripturæ) *non ſit dubitandum, dixiſtis: Neſcimus quid ſit hora.* Sic *Sur.* XI. pag. 121. ولئن قلت انكم مبعوثون من بعد الموت ليقولن الذين كفروا ان هاذا الا سحر مبين * *Et ſi dixero: utique excitabimini poſt hanc mortem: Tum dicunt illi, qui ſunt infideles; Non eſt hoc niſi manifeſta magia*, meræ ſunt præſtigiæ. Hanc cantilenam Koreiſchitæ ſemper canebant. Objectio eorum tritiſſima erat; ايذا كنا عظاما ورفاتا انا لمبعوثون خلقا جديدا id eſt, *Quomodo, qui oſſa ſumus & pulvis, excitandi erimus in novam creaturam?* Habentur hæc, & hujuſcemodi alia *Sur.* XVII. pag. 160. *Sur.* XII. *Sur.* XXI. pag. 189. *Sur.* XXVI. pag. 210. *Surat.* XXXVI. pag. 250. & 251. Sic *Surat.* XIX. pag. 169. ويقول الانسان ايذا ما مت لسوف اخرج حيا *Et dicit homo: Quomodo, ſi mortuus fuero, iterum egredi poſſum vivus?*

V. In adminiſtratione ſacrorum nudo facta corpore.

Quintò de Koreiſchitis ante Islamiſmum ſacra ſua celebrantibus commemoratur, quòd nudi Ædem Meccanam circui-

cuiverint. *Surata* الاعراف quæ numero ſeptima eſt, habetur verſiculus, cujus verba hæc ſunt: يا بني ادم قد انزلنا عليكم يواري سواتكم وريشا ولبسا التقوي * id eſt, *O filii hominum, utique demiſimus ſuper vos veſtem, quæ tegat verenda veſtra, & veſtimentum ex plumis, & indumentum roboris*, id eſt, ut *Beidavi* explicat: خشية الله وقيل الايمان وقيل السمت الحسن وقيل لباس الحرب ورفعة * *Timoris Dei, aut, juxta alios, fidei; aut rectæ & veræ religionis; aut, ex mente aliorum, veſtem reſipiſcentiæ & dignitatis*, quâ Deus Adamum ornavit. Hic igitur locus, qui de Adamo propriè intelligendus eſt, Muhammedi traditus dicitur, propter Arabes, de quibus *Beidavi* ſcribit, quòd كانوا يطوفون بالبيت عراة يقولون لا يطوف في ثياب عصينا الله فيها * *circuiverint domum* (Templum Meccanum) *nudi, dicentes: Nemo circumeat veſtitus: ita enim Deo ſumus immorigeri.* Vide ſuprà pag. 233.

Liber 1. de orig. Muh.

Sextò, legimus *Sur.* V. pag 70. ما جعل الله من بحيرة ولا سايبة ولا وصيلة ولا حام * *Non poſuit Deus Bahirah, nec Saiba, nec Vazila, nec Ham:* quæ verba, ut valdè ſunt obſcura; ita peculiarem Koreiſchitarum taxant ſuperſtitionem. Nos ſingula verba ex Arabum mente explicabimus.

VI. In ſuperſtitioſa quarundam beſtiarum à communi uſu emancipatione.

وصيلة igitur in paganiſmo dicebatur *ovis, poſtquam illa ſepties peperiſſet gemellas, octavus tandem fœtus, ſi mas fuit, Diis mactabatur: ſi verò mas fuit & fœmella, tunc dicebant* وصلت اخاها *atq; ſic mari etiam, propter fœmellam,*

Explicatio a. vocis. وصيلة

parce-

Liber 1. de orig. Muh. *parcebant, lacte verò ejus ſoli fruebantur viri, fœminæ non item* : Sic *Gieuhari* explicat. *Kamus* verò ſcribit, وصيلة *ovem eſſe, quæ marem primò peperit, deinde fœmellam, dicebántque* وصلة اخاها *neque enim maſculus propter fœmellam mactabatur. Quòd ſi verò edidiſſet maſculum, eum Diis ſuis immolabant, dicentes,* هذا قربان لالهتنا *Hoc ſacrificium ſit Deabus noſtris. Giggæus*, in Theſauro ſcribit : *ſi ovis maſculum & fœmellam edidiſſet, antiquos hanc formulam* وصلت الشاة اخاها *Vazalat ilſcha achaha* uſurpâſſe, *nec marem mactâſſe.* Unde وصيلة ſcribit eſſe ovem, *quæ, ſi pareret fœmellam, aſſervabatur, ſi marem, mactabatur Idolis.*

b. *Vocis* بحيرة Alterum vocabulum بحيرة *Bahira*, quod juxta *Gieuhari* & *Kamus camelam denotat, cui, poſtquam decem fœmellas peperiſſet, auris fuit fiſſa liberáque miſſa, nulli deinceps labori obnoxia. Proles ejus, (quæ lac tantùm ejus bibebat) ipſa quoque libera dimiſſa fuit, fiſſáque auri,* بحيرة dicebatur. *Ferræus*, citante *Kamus*, ait البحيرة ابنة السائبة وحكمها حكم امها * Albehir *filia eſt liberæ, ſeu emeritæ, cujus ratio eadem eſt, quæ ratio matris. Giggæus* monet, البحيرة *Camelam eſſe vel ovem, quæ poſt editum decimum fœtum, liber adimittitur in paſcuis, ejúsque caro interdicitur.*

c. *Vocis* سائبة Sequitur سائبة *Saiba*, اي مهملة juxta Kamus, *Camela, quæ ſuæ libertati permiſſa, paſtum educitur,* تسيب حيث شات

شاث ut Arabica habent verba. *Giggaus*, in Theſauro, de voce hac ita ſcribit: سايبة *Camela, quam, cùm decem fœmellas peperiſſet, nec vehendo adhibere, nec ejus lana vel lacte uti licebat. Cùm autem interiiſſet, ejus caro edebatur, atque hujus ultimus fœtus appellatur* بحيرة, illa verò ام بحيرة: Atque, ut idem ex Arabum ſcriptis loquitur, الناقة كانت تسيب في الجاهلية النذر * *Camela, cùm decem fœmellas peperiſſet, ante Mahomedem libera dimittebatur.* Liber 1. de orig. Muh.

Reſtat ultima vox حام, de qua celeberrimus Arabum Lexicographus: قال الابل الذي طال مكثه عندهم الفرا اذ لقح ولد ولده وقد حمي ظهره ولا يركب ولا يجز له وبر ولا يمنع من المرعي * *Camelus, qui diu apud Arabes vixerat, inquit Ferraus, de cujus paſtura ſi fœtus fœtum edidiſſet, illa immunis habebatur à vectura, tonſura, neque prohibebatur paſtu. Kamus* verò ait, *Camelum eſſe, qui poſt decimam fœturam ab omni labore eximebatur, nec aquâ prohibebatur, nec paſtu. Giggæus:* الحامي *Camelus decem fœtuum admiſſarius; qui relinquatur, nec alicui uſui ſit, nec à paſcuis vel aqua abigatur.* Hæc, inquam, Arabum inſtituta, ait Muhammed, non eſſe à Deo tradita aut ſancita. *Beidavi* in comment. pag. 175. ad verba Muhammedis notat, illum rejicere abuſum, quem اهل الجاهلية *populus infidelis, Arabes gentiles,* introduxerint, quémque his verbis ille, claris admodùm, brevibus & perſpicuis ita deſcribit: وهو اذا d. *Vocis* حام

Liber 1. de orig. Muh. نتجت الناقة خمسة ابطن اخرها ذكر بحروا اذنها
اي شقوها وخلوا سبيلها ولا تركب ولا تحلب
وكان الرجل منهم يقول ان شفيت فناقة سايبة
ويجعلها كالبحيرة في تحريم الانتفاع واذا ولدت
الشاة انثي وهي لهم وان ولدتها ذكرا وهو
لالهتهم وان ولدتهما وصلت الانثي اخاها ولا يذبح
لها الذكر واذا نتجت من صلب الفحل عشرة
ابطن حرموا ظهره, id eſt, *Eſt autem* (Arabum conſuetudo) *hæc: Si camela peperit quinque fœturas, quarum ultima eſt maſculus, findunt ei aurem, viámque ſuam ire permittunt, ita ut nec vecturæ adhibeatur, nec mulgeatur. Atque tunc vir quidam ex iis dicebat*: utique curis ſoluta eſt! *Camelam autem* سايبة pari *ponebat loco cum voce* بحيرة (quæ, poſt decimum partum, libera in paſcuis dimittebatur) *quo ad interdictum uſum-fructum; quæ ſi oviculam fœmellam peperit, iis ceſſit; ſi maſculum, Diis eorum; ſin autem maſculum & fœmellam edidiſſet, tuebatur fœmella, fratrem ſuum: tunc enim ne ipſe quidem maſculus mactabatur. Tandem, ſi ab admiſſario decem fœtus procurati eſſent, prohibuerunt uſum dorſi ejus.* Atque huc Muhammed alludit *Sur.* VI. p. 83. وانعام حرمت ظهورها *Et ſunt beſtiæ, quarum prohibita ſunt dorſa*, nempe البحاير السوايب الحوامي ut *Beidavi* exponit, quæ nomina jam expoſuimus. Et paulò pòſt: وقالوا ما في بطون هاذا

Digitized by Google

هاذه الانعام خالصة لذكورنا ومحرم علي ازواجنا * Liber 1. de orig. Muh.

Et dicunt (Arabes) *Id quod in ventre eſt harum beſtiarum, licitum eſt maſculis noſtris, ſed fœminis noſtris prohibitum.* Iterum alludit, juxta *Beidavi*, ad embryones البحاير والسوايب

Septimò Surata VI. pag. 83. legimus: وجعلوا لله مما ذرا من الحرث والانعام نصيبا فقالوا هذا لله بزعمهم وهذا لشركاينا فما كان لشركايهم فلا يصل الي الله وما كان لله وهو يصل الي شركايهم سا ما يحكمون * id eſt, *Et ponunt* (Koreiſchitæ) *Deo, ex eo, quod creavit, frumento & beſtiis partem, dicúntque: Hoc Dei eſt (ut illi nempe putant) & hos ſociorum noſtrorum. Id autem, quod ſociis ſuis deſtinaverunt, ad Deum non pervenit; quódque Dei eſt, illud in ſocios eorum transfertur. Atque ſic malum eſt, quod illi judicant.* Verba hæc, quia obſcura ſunt, ex *Beidavi* illuſtrabimus: Ita autem ille p. m. 211. ſcribit: *VII. In diſpari Dei & hominum reſpectu.*

روي انهم كانوا يعينوا شيا من حرث ونتاج لله ويصرفونه الي الضيفان والمساكين وشيا منها لالهتهم وينفقونها علي سدنتها ويذبحون عندها ثم ان ما راوا ما عينوا لله ازكي بدلوه بما لالهتهم وان راوا ما لالهتهم ازكي تركوه لها حبا لالهتهم وفي قوله مما ذرا تنبيه علي فرط جهالتهم فان اشركوا الخالق في خلقه * *Ferunt, eos* (Arabes) *propter Deum aliquid ſub-*

 ſidii

Liber 1. de orig. Muh. *ſidii comportâſſe de agro & pecoribus, & impendiſſe quædam uſibus advenarum & pauperum: Quædam verò Diis ſuis, eáque erogâſſe delubrorum miniſtris, ibique ſacrificâſſe. Quòd ſi igitur viderunt, id quod Deo ſubſidii loco ſepoſuerunt, eſſe præſtabilius permutârunt illud cum eo, quod Diis ſuis conſecrârunt: ſi verò id, quod Deorum ipſorum eſſet, & iis reliquerunt, amore nempe, quo Deos ſuos proſequebantur. Quod verò dicit* (Muhammed loco Alkor. citato) de eo quod creavit, *ſignificat exceſſum ſtultitiæ eorum, eò quòd ſocium adjungunt creaturæ creatorem.*

VIII. In τεκνοθυσία.. *Octavò*, Suratâ eadem, bis Arabibus exprobrat τεκνοθυσίαν, quam tamen *Beidavi* & alii non religionis, ſed alio longè reſpectu, inter Arabes uſitatam fuiſſe ſcribit. Unde ad verba فقد خسر الذين قتلوا اولادهم *utique jam damnum patiuntur, qui occiderunt ſuos liberos*, monet; يريد به العرب الذين كانوا يقتلون بنا بناتهم مخافة السبي والفقر * *Innuit Arabes, qui filios filiarum ſuarum mactabant, metu captivitatis & paupertatis.*

IX. In peculiaribus circa hæreditates legibus. *Nonò* in commentariis *Beidavi* occurrit سنة الجاهلية *lex Paganiſmi*, ſecundùm quam ما كانوا يورثون النسا والاطفال * *nullas hæreditates conſequebantur mulieres & infantes*, quam Muhammed abrogavit.

CA-

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

Caput VIII.

De

RELIGIONE SABÆORUM, NA-bataeorum, &c. veterum Arabum.

Neceſſitas & utilitas hujus tractationis proponitur. Habet illa partes ſequentes A. *agit de* origine *hujus impietatis ex Elmacino.* B. *De* ejus aſſeclis, *quales erant* 1. Nabatæi, *quorum meminit Strabo, Ioſephus, Plutarchus.* 2. Charanæi, Chaldæi *&* Aſſyrii, *de quibus prolixa ex Muhammede ben-Iſaac hiſtoria.* 3. Sabæi, *qui ex Beidavi deſcribuntur, & Keſſæo, qui aliquot de iis habet fabulas. Abraham ad eos miſſus dicitur. Ejus tempore valde iſta hæreſis invaluit. Habent & ipſi de Abrahamo aliquas hiſtorias. Illis Georgius Nazianzenus concionatus fuit. Catalogus Præſidum eorum ex Muhammede pertexitur.* C. *De* dogmatibus, *ubi examinatur quid ſentiant* a. *de Scriptura. Libri illorum aliquot citantur.* b. *De Deo & eſſentia divina. Planetas colunt.* c. *De cultu Deorum, ſecundùm menſes diſtincto.* d. *De precibus eorum.* e. *De conjugio & repudio.* f. *De luſtrationibus & purgationibus.* g. *De beſtiis ad ſacrificia deſtinatis.* h. *De Prophetis.* i. *De materia & forma.* k. *De veteris Teſtamenti Sanctis.* l. *De Imaginibus, quas* Tilſeman *appellant, ubi* 1. *de vocis origine.* 2. *De ipſarum imaginum incunabulis.* 3. *De fabrica earundem.* 4. *Aliquot Tilſeman ſubjiciuntur exempla.* 5. *Συνωνυμία ex S. Scr. monſtratur.* D. *Quatuordecim & ampliùs probatur exemplis, Legem Moſaicam horum Sabæorum ſacris, ceremoniis, ritibus à diametro in multis eſſe oppoſitam.*

DE craſſa Nabathæorum ſuperſtitione hoc loco ſcripturi, nec extra chorum ſaltamus, nec actum agimus. Fuerunt enim & illi, ut dictum eſt ſuprà, Arabes, quibus cum Muhammedi fuit negotium non ſemel: unde in horum quoque ſacra inquirere inſtituti ratio poſtulat. Neque verò una hæc me impellit cauſa, aut ſola hæc ratio eſt, quæ tantum ingredi jubet Idololatriæ eruendæ oceanum; aliæ etiam accedunt, ex ipſis Theologiæ latifundiis ortæ.

Primò enim, ut in *Theſauro Philol.* pag. 55. notavimus, ſuperſtitionis hujus ſuccum & loliginem in juventute quoque ſua hauſerat Abrahamus. Nôſſe autem exactè deliria illius, majo-

Liber 1. de orig. Muh.

rem in nobis, Dei gratiam & miſericordiam Abrahamo, ex Ur Chaldæorum erepto, præſtitam prædicandi, excitabit fervorem. Expreſsè enim *Majm.* comm. in Av. zar. c. 4. 5. 7. & More Nev. l. III. cap. 29. معلوم ان אברהם אבינו עה نشا في ملة الصابة ومذهبهم * id eſt, *Certum eſt Abrahamum, patrem noſtrum, ſuper quo ſit pax, educatum eſſe in religione Zabæorum, eorúmque ſacris.*

Secundò ipſa hæc tractatio non contemnendam dabit lucem explicationi rituum & ceremoniarum Leviticarum, quas Deus è diametro Sabæorum ſeu Nabatæorum ſacris, ut plurimùm, videtur oppoſuiſſe.

Tandem etiam hiſtoria profana; in qua ſuperſtitionis *Nabatæorum*, vel, quod idem eſt, *Chaldæorum, Sabæorum, Charanæorum*, ſubinde fit mentio; aliquid hinc habebit luminis.

Partes hujus capitis.

Ut verò perſpicuè agamus & Methodicè, certos tractationis noſtræ ponemus cancellos, ſcripturi

I. *De impia hujus vanitatis origine.*

II. *De amplis ejusdem pomœriis, & latè graſſante dominio.*

III. D*e dogmatibus & deliramentis Zabæorum, vel Sabæorum.*

I. De origine Sabæorum.

A. De Zabæorum origine ex *Patricide* nonnulla ſcripſimus in *Theſ. Philol.* pag. 53. Nunc *Elmacinum* de eadem quoque audiemus. Ita ille pag. m. 30. وفي ايامه ظهرت نواصب الفارسي واظهر دين الصابة وكان بفارس ملك يقال له طهورث ويقال انه الذي اظهر دين الصابة وقيل ان الذي اظهر دين الصابة رجل اسمه اليونان ابن

Digitized by Google

ادن مرقوليوس اليوناني اول من اظهر علم النجم ووضعوا فيها كتبا وكانوا صابيون * id eſt, *Diebus ejus prodiit Navazib Perſa, qui, ut dicitur, author eſt religionis Sabæorum. Alii tamen volunt, Sabæorum religionem manifeſtâſſe regem quendam Perſarum, cui nomen Tachurith. Alii dicunt, Sabæorum religionem produxiſſe virum, cui nomen Junam, filium Markolis, Græci, qui primò aſtrorum ſcientiam invenit, de qua libros poſuerunt* (ſcripſerunt). *Atque hi ſunt Sabæi*, id eſt, hi libri ſunt Zabæi iſti, quorum meminit *Muh.* in Alkor. Sur. 2. Liber 1. de orig. Muh.

B. Videamus nunc, quàm latè hæc eorum ſacra patuerint, quámque ampla mox occupârint pomœria, id quod tum perſpicuum nobis erit, cùm, quæ gentes illis fuerint addictæ, conſtabit. Scribit enim *Majm.* l. III cap. 29. *Hanc gentem totum terrarum orbem impleviſſe.* *II. De iis qui Sabæorum ſacra ſequuntur, ut ſunt*

Primi ſunt *Nabatæi*, Arabiæ Petreæ incolæ, ut diximus ſup. pag. 7. & pag. 209. qui Arabicè الانباط dicuntur. *Strabo*, Geogr. lib. XVI. pag. 721. ſcribit: Ναβαταῖοί εἰσιν οἱ Ἰδουμαῖοι. At *Joſeph.* Antiq. Judaic. l. 1. cap. 13. Ἀνδρωθέντι δὲ τῷ παιδὶ γυναῖκα ἄγεται, τὸ γένος Αἰγύπτιον, ἔνθεν δ' ἦν καὶ αὐτὴ τὸ ἀρχαῖον· ἐξ ἧς παῖδες Ἰσμαήλῳ γίνονται δώδεκα πάντες, ναβαιώθης, κήδαρος, ἀβδέηλος, ἰδουμᾶς, μάσσαμος, μάμασος, μάσμησος, χόδαμος, θημανὸς, ἴετουρος, Νάφαισος, κάλμασος. οὗτοι πᾶσαν τὴν ἀπ' εὐφράτου καὶ καθήκουσαν πρὸς τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν κατοικοῦσι, Ναβατηνὴν τὴν χώραν ὀνομάσαντες. εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ τῶν Ἀράβων ἔθνος καὶ τὰς φυλὰς ἀπ' αὐτῶν καλοῦσιν, id eſt, *Poſtquam autem* (Iſmaël) *ad virilem ætatem pervenit, uxor ei contingit, Aegyptia genere, unde & illa* (Hagar) *erat oriunda: Ex qua Iſmaël duodecim ſuſcepit liberos, qui erant, Nabæothes, Cedarus, Abdeel, Edumas, Maſſamus, Mamaſſus, Maſmeſus, Chodamus, Themanus, Jethurus; Na-* *A. Nabatæi.*

Liber 1. de orig. Muh. *Maphesus, Calmasus: Hi quicquid terrarum eſt, Euphratem inter & rubrum mare habitant, Nabatææ nomine regioni indito. Sunt autem hi, à quibus Arabes gentem ſuam, ejúsque tribus denominârunt.* Eorundem meminit *Plutarchus* in Demetrio pag. 895. ἐκ τούτου δὲ τῶν Ἀράβων τοὺς καλουμένους Ναβαταίους, ὑπαγάγεσθαι πεμφθεὶς ὁ Δημήτριος ἐκινδύνευσεν μὲν εἰς τόπους ἀνύδρους, ἐμπεσών, *Exinde miſſus eſt Demetrius ad ſubigendos Arabes, qui Nabatæi vocantur. Incidens autem in loca carentia aquis, in periculum venit.*

Sequuntur *Chasdæi*, ſeu *Chaldæi*, qui eadem ſacra ſequebantur. Unde كسداني ونبطي *Chasdanæus & Nabatæus* pro Synonymis habentur apud *Muh. fil. Iſaak.*

C. Charranæi. *Tertiò* loco ponimus *Charanæos*. Unde *Ahmedus* quidam libro ſuo de religione Sabæorum titulum fecit في امر مداهب الحرانية الكلدانيين المعروفي بالصابئة *de negotio rituum Charanæorum, Chaldæorum, qui Sabæorum nomine vulgò noti ſunt.* Sunt autem Charranæi incolæ urbis Carræ, de qua *Pompon. Mel.* de ſitu orb. lib. 3. pag. 209. *Alterum ſinum undique Arabes incingunt ab ea parte, quæ introeuntibus dextera eſt, urbes ſunt Carræ & Arabia*, &c. Ad quæ

Metropolis Carræ. verba ſic ſcribit *Joach. Vadianus: Plinius juxta Sabæos Carræos eſſe ſcribit ad Badanatha oppidum: puto à Carris illos dictos, quorum & Stephanus meinit in Arabia: Rufus ex Dionyſio: Cathramis eſt tellus Carræ vicina. Carra enim dici, vel ſingulari, teſtis eſt Hermolaus. Sunt qui Carnæ legere apud Dionyſium malunt, nam de Carna l. 15. ſi modò alia eſt: meminit Strabo. Aliæ ſunt in Meſopotamia Carræ*, (Scriptura *Haran* vocat *Gen.* 11. 32. *Padan* Gen. 27. 6. *Charran* Act. 7. 2.
4. *Ahmed* Arabs. in hiſt. Tamerl. pag. 51. regionem totam vocat بلاد كرد *Kurdam*, quæ inter Euphratem ſita eſt & Tigridem)

gidem) *Craſsi fato celebres, & Caracallæ etiam nece. Hic enim, ut Rufus conſularis ſcribit, intra Euphratem apud civitatem Edeſſam propera morte obiit. Spartianus inter Carras & Edeſſam periiſſe ait, cùm levandæ veſicæ gratiâ ex equo deſcendiſſet. A Carris illis Carreni dicti, qui Lunum Deum contra uxorum inſultus & muliebres inſidias coluerunt, ut Spartianus adnotavit.* Euſtath. comment. in Dionyſ. pag. 252. ait: *Quatuor præterea maximarum gentium, Arabiam inhabitantium, præcipuam eſſe Minæorum, quorum civitas maxima eſt Carna.* Carræ verò & Charrenorum nomine qui intelligendi hoc loco ſint, Syrii ſeu Chaldæi (veteres enim Chaldæam خردنية *Chardaniam* appellabant) an Arabes, authores non exprimunt. Puto tamen tutò nos aſſerere poſſe, utróſque ſacra habuiſſe communia. Vicinia enim facilè, quod jam ſuprà in Aſſyriorum Mylitta, & Arabum deſerti Allath obſervavimus, eadem numina inducere potuit. Hoc certum eſt, quod *Keſſai* ſtatim authoritate probabimus, Arabes docere, Sabæos Abrahami tempore Charan, ſeu Charran Meſopotamiæ incolas fuiſſe. Huc facit memorabilis illa hiſtoria, cujus ex *Abu Joſeph, Aſchæo* meminit *Muhammed ben Iſaac*, peculiari de Zabæorum ſacris ſcripto Arabico: ان المامون في اخر ايامه بديار المضر يريد بلاد الروم للغزو ويلقاه الناس يدعون له وفيهم جماعة من الحرانيين وكان زيهم ادراك لبس الاقبية وشعورهم طويلة موفرات كوفرة جد سنام بن ثابت وانكر المامون زيهم فقال لهم من انتم من الذمة فقالوا نحن الحرانية فقال انصاري انتم

Liber 1. de orig. Muh.

Hiſtoria de Charranais.

Liber 1. de orig. Muh.

قالوا لا قال فيهود قالوا لا قال فمجوس انتم قالوا لا قال
لهم اولكم كتاب ام نبي فمجمجموا في القول فقال
لهم وانتم اذا الزنادقة عبدة الاوثان واصحاب الرس في
ايام الرشيد والذي وانتم حلال دماوكم لا ذمة لكم فقالوا
نحن نودي الجزية فقال لهم انما توجد الجزية ممن
خالف الاسلام من اهل الاديان الذين ذكرهم الله عز
وجل في كتابه ولهم كتاب وصالحة المسلمون
عن ذلك فانتم ليس من هولا فاختاروا الان احد
امرين اما ان تنتحلوا دين الاسلام او دينا من الاديان
التي ذكرها الله تعالى في كتابه فالا قتلتكم عن
اخركم فاني قد انظرتكم الي ان ارجع من سفري
هذا فان انتم دخلتم في الاسلام او في دين من هذا
الاديان التي ذكرها الله عز وجل في كتابه والا
امرت بقتلكم واستيصال سافتكم ورحل المامون يريد
بلد الروم فغيروا زيهم وحلقوا شعورهم وتركوا لبس
الاقبية وتنصر كثير منهم ولبسوا زنانير واسلم منهم
طايفة وبقي منهم شرذمه وجعلوا يحتالون ويضطربون
حتي ابتدي لهم الشيخ من اهل حران فقيه فقال
لهم

لهم قد وجدت لكم شيا تنجون به وتسلمون من *Liber 1. de orig. Muh.*
القتل فحملوا اليه مالا عظيما من بيت مالهم احدثوه
منذ ايام الرشيد الي هذا الغاية اعدو للنوايب وانا اشرح
لك ايدك الله السبب في ذلك فقال لهم اذا رجع
المامون من سفره فقولوا له نحن الصابون وهذا
اسم دين قد ذكره الله جل اسمه في القران انتحلوه
وانتم تنجون منه وقضي ان المامون توفي في
سفرته تلك بالبدون وانتحلوا هذا الاسم منذ ذلك
الوقت لانه لم يكن بحران ونواحيها قوم تسمون بالصابة
فلما اتصل بهم وفاة المامون ارتد اكثر من كان
تنصر منهم فرجع الي الحرانية وطولوا شعورهم حسب ما
كانوا عليه قبل مرور المامون بهم علي انهم صابيون
ومنعهم المسلمون من لبس الاقبية لانه من لبس
السلطان ومن اسلم منهم لم يمكنه الارتداد خوفا من
القتل واقاموا متسترين بالاسلام وكانوا يتزوجون
بنسا حرانيات ويجعلون الولد الذكر مسلما والانثي
حرانية وهذا كانت سبيل كل اهل فرعون
وسلمسين القريتين المشهورين العظيمتين بالقرب

من

Liberi de orig. Muh.

من حران الي منذ نحو عشرين سنة وان الشيخين المعروفين بابي زرارة وابي عروبة علما شيوخ اهل حران الفقه والامر بالمعروف وساير مشايخ اهل حران وفقهايهم احتسبوا عليهم ومنعهم من ان يتزوجوا نسا حرانيات اعني صابيات فقالوا لا يحل للمسلمين نكاحهم لانهم ليسوا من اهل الكتاب وبحران ايضا منازل كثيرة الي هذه الغاية * id eſt, *Mamon ſub finem dierum ſuorum in provinciis Aegypti, bello aggredi voluit Romam. Et occurrerunt ei homines, qui ad ipſum vocabantur, inter quos multi erant Charanai, qui veſtiti tunc erant tunicâ anguſtâ* (eſt propriè veſtis Perſarum: *Giggaus* hîc agnoſcit ſonum vocis Italorum *Cappa*) *quorúmq; comæ promiſſæ, atq; adeò amplæ, ut amplitudine ne quidem ceſſerint Ghed-Senan* (aut, ſi appellativè ſumas, avo *Senan*) *filii Tabeth. Mamon autem, habitum eorum ignorans, rogavit eos: Quales eſtis, confœderati, vel tributarii? Reſponderunt: Harranai ſumus. Dixit: An Chriſtiani eſtis? Negârunt. Rogat: Judæi? Negârunt. An ergo, inquit, Maguſai eſtis? Negârunt & hoc. Dixit ergò iis, num liber vobis eſt, an Propheta? Et flexiloqui in ſermone ſuo* (eleganter hoc Græci verbo ναυσιοσοφεύειν exprimunt, quando quis involuta loquacitate urget, quod affirmare videtur, rurſus affirmat, quod negavit, wann einer munzet/vnd mit der ſprach nicht recht herfür wil) *eſſe cœperunt. Proinde dixit iis: Ergò Sadducai, eſtis Idololatræ & ſocii putei, lapidibus obſtructi,* (Themudis temporibus: vide ſup. p. 46. *Keſſæ*. pag. 77. *Hiſtor. Timuri* pag. 93.) *in diebus Raſjidi, qui ſi fueritis, permiſſus eſt ſanguis veſter, neque fœdus vos ſalvabit.*

vabit. Illi verò dixerunt ei. Nos tributum ſolvemus. At hic reſpondit: Tributum, qui Islamiſmo contradicunt ab iis tantùm, & earum religionum ſociis accipitur, quarum meminit Deus magnus & potens in libro ſuo, qui omnes librum aliquem (cœlitus) *acceperunt: atque cum his pacem hac conditione habent Muslimini. Vos autem ex illorum numero non eſtis. Quare eligite vobis unum ex duobus iſtis: Aut Islamiſmum ſequimini, aut aliam aliquam religionem, cujus meminit Deus excelſus in libro ſuo. Id niſi feceritis ad ultimum omnes occidam. Moram tamen vobis indulgebo, uſque dum ab hoc itinere meo fuero reverſus. Quòd ſi Islamiſmum fueritis amplexi, aut aliam aliquam earum religionum, quarum mentionem facit Deus magnus & potens,* bene eſt: *ſin minus, jubebo occidere vos, & evellere craſſos veſtros crines. Et profectus eſt Mamon, in Romanorum regionem concedens. Illi interim mutârunt veſtes ſuas, detonderunt capillos ſuos, & tunicas illas anguſtas abjecerunt. Multi, qui Chriſtiani facti ex iis ſunt, induerunt habitum geminum: alii Islamiſmum ſunt amplexi: alia denique caterva in ſtatu ſuo permanens, aſtu agere cogitavit, fluctuans ſemper, uſque dum ſenex quidam de populo Charranæorum, quos inter ille ſapientiâ polluit, apparuit, iíſque dixit: Inveni utique aliquid, quo ſervari poſſitis & liberari à cæde. Et obtulerunt ei magnas opes è theſauro ſuo, quem cœperunt colligere à diebus Rasjidi, & huc uſque aſſervârunt, calamitatibus* redimendis *eum deſtinantes: cujus rei cauſam, auxiliante Deo, tibi ſignificabo. Dixit ergò illis: Si Mamon de itinere ſuo fuerit reverſus, ſignificate ei:* Nos Zabæi ſumus, quod *nomen eſt religionis, cujus Deus; magnum ſit nomen ejus; meminit in Alkorano. Hanc vobis religionem eligite, atque ſic ab eo liberabimini. Fato autem contigit, ut Mamon in hoc itinere ſuo moreretur in-ad-dun. Atque ſic nomen hoc ab eo tempore ſibi vendicârunt, neque enim ante in Harran, & circumjacentibus locis populus erat, nomine Zabæorum* Liber 1. de orig. Musl.

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

notus. Cúmque audiviſſent, Mamonem vitâ exceſſiſſe, plerique ex iis, qui Chriſtianiſmum erant amplexati, ἀποστατήσαντες *redierunt ad Charranæos, comam aluerunt, planè eo modo, quo fuerunt, antequam apud eos tranſiiſſet Mamon. Quia verò Zabæi illi erant, prohibebant eos Moſelmani portare tunicas anguſtiores,* (الاقبية dicuntur) *cùm habitus ſint Soltanorum: Et qui ad Islamiſmum jam acceſſerunt, metu mortis, non auſi fuerunt eum deſerere. Perſtiterunt igitur Islamiſmo tecti* (id eſt, ſalvi, ſub prætextu Islamiſmi, & ab omni periculo immunes,) *conjugia nihilominus cum mulieribus Harranæis contrahentes. Quòd ſi maſculum ſuſceperunt, Moſelmanus erat; ſi fæmellam, Harranæa. Atque hæc conſuetudo erat incolarum Pharo & Salmaſin, duarum celebrium & magnarum urbium, quæ vicinæ erant Harran, per annos ferè viginti. Tunc enim duo ſenes, nominati Abi Zerarah, & Abi Aruba docebant ſeniores Harranæorum, juriſprudentiam, & facere* τὰ καθήκοντα*: Reliqui verò Seniores Harranæorum, eorúmque Doctores* (juris utriuſque periti) *iſtâ negârunt, prohibuerúntque, ne deinceps ſe copularent cum mulieribus Harranæis, id eſt, Zabæis. Dicebant enim: Non convenit Moſelmanis, conubia ambire eorum, qui non acceperunt librum. In Harran autem plures adhuc ſuperſunt familiæ ad hunc uſque diem.* Ita tamen, ut alii Chriſtiani ſint, alii Moſelmanni, quos inter celeberrimi ſunt filii Kotran, & alii.

Ratio, cur vox زنادقة *vertatur Sadducæi. Varia Sadducæorum nomina.*

Reddenda nobis obiter eſt ratio, cur vocem زنادقة verterimus *Sadducæos.* Reperio in Arabum (Judæorum, Chriſtianorum, & Muhammedanorum) libris *Sadducæos* variis appellari nominibus. *Majm.* in More p. m. 151. eos vocat الخوارج *egredientes Apoſtatas,* quos *Erpenius* Hiſt. Sarac. pag. 60. voce Arabica retenta *Chariſæos* nuncupat. *In Elmac.* p. 164.

pag. 164. dicuntur المعتزلة *Mutaẓalitæ*, id eſt, *errantes.* Idem etiam *Elmac.* pag. eadem صلوقية eos nominat, quos ait in Evangelio venire nomine زنادقة *Zenadaka, Zindekaorum,* prout vocem tranſtulit *Erpen.* Hiſt. Sarac. pag. 107. Singulare eſt زنديق & زنديق *Sadducæus,* ut rectè explicat *Giggæus* in Theſ. Arab. *qui non credit reſurrectionem mortuorum, qui non credit providentiam* (tales erant Sadducæi, ut diximus in *Theſ. Philol.* pag. 35.) *Dei.* Unde زندقة *Hiſtor. Sarac.* p. 84. videtur ſumi pro *Epicureiſmo.* Hinc etiam verbum تزندق *Sadducæus, hæreticus* fuit. Hi ergò Sadducæi Muhammedanis ità exoſi fuerunt, ut obvios quosque ſine ulla λύξω acceptione occiderint. Exemplum habes in *Hiſt. Sarac.* pag. 107. Quid? quòd expreſſus in illorum jure Canon ſit, in quo hæc habentur verba: وتقتل الزنديق ولا تقبل توبته *occidatur Sadducæus, neque acceptetur ab eo pœnitentia.* Sic in كتاب الرسالة utriusque Juris Muhammedici compendio abſolutiſſimo pag. 104. Horum etiam meminit, ex *Geographo Nubienſi, Shikhard.* in Taarich Perſico p. 134. Liber 1. de orig. Muh.

Accedimus ergò ad *Sabæos*, quorum ſuperſtitio apud Orientales, Arabicos præſertim Scriptores, decantata admodùm eſt. Sequioribus maximè temporibus. Unde *Abu Joſeph Aſchæus* ſcripſit, عن مذاهب الخرانيين المعروفين في عصرنا بالصابة * *De ritibus ſeu religione Charanæorum, qui noſtro tempore ſunt Zabæi.* Unde verò aut qui Zabæi illi? *Beidavi* comment. in Alkor. pag. 53. ſcribit, eſſe eos, قوم بين النصارى D. Sabæi. Qui illi?

Liber 1. de orig. Muh.

النصاري والمجوس وقيل اصل دينهم دين نوح عليه
السلام وقيل هم عبادة الملايكة وقيل عبدة الكواكب
وهو ان كان عربيا فمن صبا اذا خرج ومال لانهم
مالوا عن ساير الاديان الي دينهم او من الحق الي
الباطل * *populum* medium *inter Chriſtianos & Maguſæos. Dicunt fundamentum religionis eorum eſſe religionem Noachi, ſuper quo ſit pax. Alii dicunt, eos eſſe* Αγγελολάτρας, *alii* Αστρολάτρας. *Quòd ſi Arabicum fuerit, erit à* صبا exivit, deflexit; *deflexerunt enim à reliquis religionibus ad ſuam, vel, à veritate ad mendacium.* Sed quorſum ad has ineptias (loquor de Etymologia Arabica, reliqua enim non malè Sabæis tribui poſſunt) labamur? Sabæi, ſunt poſteri Sabæ, filii Chuſi, Chami nepotis, Arabiæ felicis incolæ, de quibus jam ſuprá pag. 213. (quibus adde notas *Vadia.* in Mel. pag. 208.) actum eſt. Horum oppidum Saba eſt, Ptolomæo *thurifera* frequenter cognominata; *Strabo* tamen *Mariabum* eorum vocat Metropolin. Quòd verò aliter de hac voce ſentire fuerint Arabes coacti, ex Muhammedis contigit ignorantia, qui, ubi Sabæorum in Alkorano meminit, pro ס vel ש ſcribit צ, ut ita nuſpiam non mendax & vanus Etymologus deprehenderetur. Quid verò eſt, quòd *Elmacinus* ſuprà ſcripſit, *Zabæos eſſe libros?* Muhammedicum obſcurè ſatis innuit figmentum, cujus *Keſſæus* in vitis Patrum pag. 44. his verbis meminit: وادريس
عليه السلام اول من خط بالقلم بعد انوش ابن شيث
ابن ادم عليه السلام ثم علمها ادريس اولاده وقال لهم
يا بني اعلموا انكم صبيون فتعلموا القراة في صغركم
لتنتفعوا

A Saba dicti.

Muhammedis inſcitia.

Quo ſenſu Zabai pro libris ſumantur.

لتنتفعوا بها في كبرها والصبيون وهم الكتبا Liber 1. de orig. Muh.
وذلك قوله تعالى والصابيون والنصاري قال ولم يزالوا
يتوارثونها من صحف شيث وادريس الي زمان نوح
والي زمان ابرهيم بعد ان نصره الله تعالى علي النمرود
عليه اللعنة فيوم الذي خرج ابرهيم من بلاد العراق
واراد القدوم الي بلاد الشام الي بلاد ابايه صار بارض
حران بارض الجزيرة وجد فيها قوما من الصابيين يقرون
الكتب المقدمة ويومنون بما فيها فقال ابراهيم الاهي
ما ظننت ان احد يوحدك غيري وغير من سمع من
المومنين فاوحي الله اليه يا ابراهيم ان الارض لا تخلوا
من قايم يقوم فيها بحجة الله تعالى فامره الله ان
يدعوهم لدينه فدعاهم فابوا فقالوا كيف نومن بك وانت
لا تقرا كتابا فانساهم الله ما كانوا يحسنونه من العلم
والكتب وتحقق عندهم ان الكتب الذي كانوا
يدرسونها انما هي من الله فامن بعضهم فابي بعضهم ثم
افترقوا الصابيون ومنهم من امن به وهم البراهمة
وكانوا لا يفرقون ابراهيم عليه السلام وفرقة منهم بغوا
علي دينهم وهم بارض حران ولم هاجروا مع ابرهيم الي
الشام

Liber 1. de orig. Muh. الشام فقالوا نحن علي دين شيث وادريس ونوحا *

id eſt, *Edris; ſuper quo pax; primus fuit, qui poſt Enoch, filium Scheth, filii Adami; ſuper quo pax; calamo ſcripſit: Hoc ipſum poſtea Edris filios ſuos docuit, iiſque dixit: O filii, ſcitote vos eſſe* Zabæos (ſignificat aliàs hæc vox *juvenes, adoleleſcentes*, quæ notatio loco huic optimè conveniret, niſi obſtaret authoris explicatio, quæ ſequitur) *Diſcite igitur legere libros in veſtra juventute, ut illud uſui vobis ſit in ſenectute. Sunt autem* Zabæi *Scribæ*, (ita verto quaſi كتبا eſſet plurale factum, â ſingulari rationali كتيب formæ تصبر: Aliâs, ſi, quam lectionem etiam *Elmacinus* fuit ſecutus, retineamus الكتب, *libros* notat, quod tamen minùs commodum videtur. Quo enim ſenſu Edris, ſeu Enochi filii vocabuntur libri? Scribæ potiùs, ſeu calamographi dici poſſunt) *de quibus dicit Excelſus* (Alkoran. Sur. II. intelligit:) *Zabæi & Nazareni. Dicit* author, *non ceſſarunt hæreditario jure libros Sethi & Edris poſſidere inter ſe invicem, ad Noachi uſque & Abrahami tempora, poſt quam Deus excelſus eum contra Nimrodum, ſuper quo ſit maledictio, juvit. Die autem, quâ egreſſus eſt Abrahamus ex regione Irak, & proficiſci voluit in Syriam, in terram patrum ſuorum, abiit in terram Charan & Ghezira, ibíque populum de Zabæis invenit qui libros vetuſtos legebant, iiſque, quæ ibi continebantur, fidem adhibebant. Dixit autem Abraham: Deus mi, non putabam quenquam eſſe, extra me, & reliquos, qui mecum ſunt, fideles, qui unum te eſſe crederent. Et inſpiravit Deus Abrahamo: O Abraham, nunquam terra vacua eſt, quin aliqui, in ea ſubſiſtentes, pro Deo diſputent. Mandavit autem ei Deus, ut eos ad ſuam vocaret religionem. Et vocavit eos, illi verò* parere *renuerunt, dicentes: Quomodo credemus tibi, cûm librum non legas?*

Digitized by Google

gas? Et oblivionem Deus iis immiſit eorum, quæ de ſcientiis & libris ſciebant. Et ratum apud eos erat, libros, quos volvebant (prop. *ventilabant*) *à Deo eſſe. Et crediderunt alii, alii verò non. Poſtea diviſi ſunt Zabai, & alii quidem illi credebant, nempe Barahamei, qui ab Abrahamo, piæ memoriæ, ſe non ſeparabant; alii verò magno religionem ſuam ſectabantur ſtudio, illi nempe qui ſunt in terra Charan,* Zabæorum religio cum Harraneorum ſeu Meſopotamicorum ſacris eadem eſt, quod ad explicationem eorum, quæ de Carræis ſuprà diximus, eſt obſervandum) *qui cum Abrahamo in Syriam non migrârunt: dicebántque: Nos ſequimur religionem Schethi, Edriſi, & Noachi.* Addit porrò *Keſſus*: ثم فتح ابراهيم تابوت ادم فاذا فيه سفر ادم وصحيفة شيث وادريس وفيه ايضا اسم كل نبي مرسلا من بعد ابرهيم وقال ابراهيم لقد سعد طهر من يخرج منه هاذه الانبيا كلهم فاوحي الله اليه انت ابوهم كلهم يا ابرهيم وهم اولادك ولذلك سمي ابراهيم ابو الانبيا عليهم السلام * id eſt, *Poſtea aperuit Abrahamus ciſtam Adami, & ecce in ea libri Adami, codex item Schethi, & Edris, nomina etiam omnium Prophetarum, poſt Abrahamum mittendorum. Dixit autem Abraham: Vtique felices ſunt lumbi, è quibus egredientur Prophetæ iſti omnes, Et inſpiravit Deus illi: Tu, ô Abraham, omnium eorum pater es, illi verò liberi tui: Atque ob hanc cauſam Abraham,* Pater Prophetarum, *ſuper quibus pax, appellari meruit.* Quæ de Abrahami miſſione & apoſtolatu ad Sabæos ſcribit *Keſſæus*, ea omnia à Judæis mutuavit. *Majmonides* enim, in ſuo More Hannev. expreſsè commemorat, *Sabæorum Hæreſin Abrahami maximè tempore in-*

Liber 1. de orig. Muh. *valuiſſe.* Verba ejus ex lib.I.cap.63. ſic habent: قد علمت ظهرة مداهب الصابة في تلك الازمان وكان الناس كلهم الا احاد עובדי ע״ז اعني اعتقاد الروحانيات الطلسمات والاستنزلات بعمل * *Noſti utique, illis temporibus ſectas Zabaorum fuiſſe manifeſtatas. Omnes tum homines, paucis exceptis, Idololatriæ erant addicti, credentes, omnia ſpiritualia & cœleſtia dona à ſuis Tilſeman, quas faciebant, dependere.* Quid? quòd ipſi quoque Zabæi vel Sabæi libros venditant, in quibus Abrahami contra Idololatras diſputantis fit mentio. Eſt inter alios الفلاحة النبطية *Cultus,* ſeu, de cultu *Nabatæorum*, ex quo Majmonides, More Nev. lib.III.cap.29. ſequentia depromſit: قالوا وقد تجدهم كذ ذكروا في كتبهم تلك وتواريخهم حديث אברהם אבינו ע״ה وقالوا بهذا النص ولما ابرهم الذي تربا في كوثا لانه لما خالف الجماعة وادعا ان ثم فاعل غير الشمس احتج عليه بكذا وبما ذكروا في حججهم ما هو ظاهر بين من افعال الشمس في الوجود فقال لهم يعنون ابرهم صدقتم هي كالفاس في يدي النجار ثم ذكروا طرفا من احتجاجه عم عليهم واخر تلك القصة ذكروا ان الملك سجن ابرهم ابينوعم وانه داس في محاجتهم ايلما وهو في السجن ثم خاف الملك ان يفسد

يفسد عليه سيادته ويرد الناس عن اديانهم فنفاه اطرف Liber 1. de orig. Muh.
الشام بعد استيصال ماله * id eſt, *Dicunt* (Sabæi) *id quod reperies commemoratum in libris eorum, & relatum in annalibus eorum de Abrahamo P. N. ſ. q. ſ p. exprimúntque illud in hunc modum: Abrahamus, qui educatus fuit Cutha, cùm diſſentiret à vulgo, dicerétque, alium eſſe creatorem, præter Solem, contra ipſum ſic & ſic diſputavit: Inter cæteras autem objectiones eorum referuntur operationes Solis manifeſtæ in mundo. Dixit autem ille, Abraham nempe, iis: Verum dicitis. Eſt enim is* (Sol) *ſicut ſecuris in manu arcularii. Poſtea etiam meminerunt quarundam objectionum Abrahami, ſuper quo pax, contra eos. Poſt hanc autem narrationem ſcribunt, Regem Abrahamum, patrem noſtrum, ſuper quo ſit pax, in carcarcerem compegiſſe, in quo ille diu in oppoſitionibus ſuis contra eos perſtiterit. Tandem timuiſſe regem, ne forte Imperio ſuo aliquid mali obtingeret, hominéſque à religione abduceret, ipſum in fines Syriæ, confiſcatis bonis ejus, relegavit.*

Zabæorum autem ſuperſtitio non tantùm latè fuit graſſata, ſed & diu in orbe locum habuit Anno poſt Chriſtum natum 366. & deinceps celebris eſſe cœpit *Gregorius*, cognomento *Nazianzenus*, qui & ipſe Zabæorum impietatem publicis concionibus impugnavit, teſte *Patricide* pag. 133. *Sabei ſuperſtites adhuc erant tempore Gregorii Nazianzeni.*
وكان ايضا في عصر هذا الملك باسليوس اسقف
قيسارية قبادوقية التي بارض الروم واغريغوريوس اسقف
نازيانزو وكان اهل هذه المدينة نازيانزو كلهم
صابيين ووضع غريغوريوس اسقف نازيانزو ميمر في
ميلاد سيدنا المسيح ويقول في ابتدا الميمر المسيح ولد

Liber 1. de orig. Muh.

فسجدوا المسيح من السما استقبلوا المسيح علي
الارض ارفعوا فلما قراه عليهم هزوا ويقبلوا يضحكوا منه
ولما كان عيد الخمير وضع ايضا غريغوريوس ميمر
يهتك فيه دين الصابيين وفضحهم فيه id eſt, *Fuit etiam tempore hujus regis* (Juliani) *Baſilius, Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, quæ in terra Romanorum eſt; Et Gregorius, Nazianzenus Epiſcopus. Erant autem urbis Nazianzenæ incolæ omnes Zabæi. Habuítque Gregorius, Epiſcopus Nazianzeeus, orationem de nativitate Domini noſtri Meſſiæ, dixítque initio ſermonis: Natus eſt Meſſias, laudate Meſſiam de cœlo. Prono vultu accipite Meſſiam in terra: Exaltate eum. Quod cùm legiſſet* (prædicâſſet) *ſannis & riſu illi eum exceperunt. Poſtea verò, in feſto azymorum, alium Gregorius habuit ſermonem, quo religionem Zabæorum refutavit, ejúsque probra & occulta mala detexit.*

Sexto ſeculo, cum Muhammed orbem ferè univerſum veneno ſuæ hæreſeos dementâſſet, multos reperit Sabæos, quorum expreſsè meminit Sur. II. cum quibus etiam aſſeclis ſuis fœdera ferire conceſſit. Sed & tempore *Saiph-Addula*, Sabæos ſuperſtites in Imperio Romano fuiſſe, ſcribunt Arabes. Unde *Muhammed, filius Iſaac*, de religione Indorum, aliiſque rebus, pag. m. 64. والمجاورون لذلك الموضع قوم من
الصابئة الكلدانيين وقد اقرتهم الروم على مذاهبهم
وتاخذ منهم الجزية * *Vicini illius loci* (loquitur de quodam loco, ædificiis, libris & monumentis aliis vetuſtiſſimis referto, & per plures annos à Chriſtianis obſerato) *populus Zabæorum ſeu Chaldæorum, quos Romani religionem ſuam ſequi ſinunt,*

nunt, tributum ab iis accipientes. In تاليف *σύνταξις Muhammed ben Iſaac* pag. m. 20. exhibetur تاريخ روسا الصابيين الحرانيين الذين جلسوا علي كرسي الرياسة في الاسلام منذ عهد عبد الملك بن مروان وذلك في سنة الف واربعة للاسكندري * *ſeries principum Zabæorum Charranæorum, qui ſederunt in ſolio principatus tempore Islamiſmi, à fœdere Abdolmelici, filii Mervan, quod factum eſt anno milleſimo quarto, æræ Alexandrinæ.* Ordo talis eſt:

Liber 1. de orig. Muh.

Series Principum Sabæorum.

اولهم ثابت بن احوسا راس اربع وعشرين سنة :

ثابت بن طسبو راس ستعشرة سنة :

ثابت بن ايليا راس عشرين سنة :

ثابت بن قرة راس سبعة عشر سنة :

قرة بن ثابت بن ايليا راس احدي وعشرين سنة :

جابر بن قرة بن ثابت راس احد عشر سنة :

عمروس بن طـ... راس سبعة عشر سنة :

جابر بن قرة بن ثابت بن ايليا راس سبع سنين :

ميخايل بن اهرزهارس راس ثلثة عشر سنة :

نعيم بن قصرونا راس خمس سنين :

معلس بن طـ... راس خمس سنين :

عنمار

Liber 1. de orig. Muh.

عنمار بن مالي راس اربعا وعشرين سنة :
قرة بن الاستر راس تسع سنين :
القسم بن القوفة راس تسع سنين وكان هذا
الرجل اعني القسم مسافرا ثم عاد وراس اربع سنين :
مسطاس بن يحي بن روبق راس اثنين واربعين
سنة :

I. *Primus eorum eſt* Thabethus, *filius Ahuſa, qui principatum geſſit per annos XXIV.*

II. Tabethus, *filius Taſu, Princeps per annos XVI.*

III. Tabethus, *filius Eliæ, Princeps per annos XX.*

IV. Tabethus, *filius Kariba* (aut Karina, nam puncta diacritica abſunt) *Princeps per annos XVII.*

V. Kara, *filius Tabeth, fil. Eliæ, Princeps per annos XXI.*

VI. Haber, *filius Kora, fil. Tabeth, Princeps fuit per annos XI.*

VII. Amrus, *filius Taſa* (Tina, vel Tiba, conjecturis enim opus eſt, ubi diacritica puncta deſunt) *Princeps per annos XVII.*

VIII. Haber, *filius Kara, filii Tabeth, filii Eliæ, Princeps per ann. VII.*

IX. Michael, *filius Abar-r-thares, Princeps per annos XIII.*

X. Nahin, *filius Katruna, Princeps per annos V.*

XI. Maalas, *filius Taſa, Princeps per annos V.*

XII. Anmar, *filius Mali, Princeps per annos XXIV.*

XIII. Kara, *filius Alaſter, princeps per annos IX.*

XIV. Alkaſem, *filius Alkupha, principatum geſſit per annos IX. Atque hic vir iter faciebat, poſtea ad principatum rediens, imperavit annos quatuor.*

XV.

XV. ...Stas, *filius Jahia, filii Raubek, Princeps per annos XLII.* Plura de Zabæorum reliquiis in extremis terræ partibus habet *Majm.* More Nev. lib. III. c. 29. Liber 1. de orig. Muh.

C. Conſequens eſt, ut ad ipſa nunc Sabæorum dogmata accedamus. Et quoniam in omnibus noſtris conatibus hunc nobis præfiximus ſcopum, ut rem Theologicam, quantum fieri poteſt, vel directè, vel indirectè, illuſtremus, hoc quoque loco dabimus operam, ne nos ſuſcepti laboris pœniteat, aut lectoris expectationem fruſtremur. C. *Dogmata Sabæorum.*

Et primò quidem, de *Scriptura Sacra* quid ſentiant, diſpiciamus. Typum ſanè præbuerunt omnium ferè hæreticorum, qui, libris verè Canonicis è cœtibus ſuis eliminatis, alios Patriarchis, Prophetis & Apoſtolis ſuppoſuerunt fœtus. Sabæi enim Sethi cumprimis & Enochi libros jactant, ut diximus p. 259. unde *Majm.* poſtquam lib. III. cap. 29. recenſuiſſet Sabæobæorum de Abrahamo opinionem, concludit: *Eorum verò, quæ in libris noſtris Canonicis habemus, nullam faciunt mentionem &c.* Magno apud eos loco eſt liber de الفلاحة النبطية *cultu Nabatæorum*, cujus *Majm.* aliquoties meminit in ſuo More Nev. libro præſertim III. c. 27 ubi ait: والاصح عندي ان ספר רפואות الذي ستر حزقيهو من هذا القبيل كان بلا شك * *Meo autem judicio liber Sanationum* (de quo videatur *Theſ. Philol.* pag. 533.) *quem abſcondit Ezechiel, fuit hujus familiæ* (farinæ) *ſine dubio.* cap. 29. idem *Majm.* alios Sabæorum exprimit libros, cujusmodi eſt liber *Haiſtamchus*, qui Ariſtoteli, ſed falsò, tribuitur; Liber item הטלסמאות *de imaginibus loquentibus*; Liber *Tantam*; Liber השרב; Liber מעלות הגלגל והצורות העולות בכל מעלה *de gradibus orbium cœleſtium, & figuris aſcendentibus in uno* a. *De Scriptura.*

Liber 1. de orig. Muh. *no quoque gradu*; Liber item alius de *Imaginibus loquentibus*, qui etiam tribuitur Ariſtoteli; Liber quidam, qui tribuitur *Hermeti*; Liber *Iſaaci Zabii*, in quo diſputat pro lege Zabiorum; Liber item *illius magnus de conſuetudinibus & particularitatibus Legis Zab orum, ut de illorum feſtis, ſacrificiis, precationibus, & aliis ad fidem eorum ſpectantibus. Hi omnes ſunt libri de rebus Idololatricis tractantes, & in linguam Arabicam translati.* Sed, ut rectè monet *Majm.* plures adhuc ſunt de hac ſuperſtitione ſcripti libri: Nos ad manum hac de re habemus; تأليف محمد بن اسحق القديم المعروف بابي الفرج بن ابي يعقوب * *Tractatum Muhammedis fil. Iſaac, priſci, qui aliâs Abulfarch, filius Abi Jakub vocatur.* Aliorum nomina dedimus in diſſert. de *uſu linguæ Arabicæ in Medicina* S. IV. Hoc tibicine, hoc columine librorum Idolatricorum, ſpecioſo tamen Prophetarum nomine fucatorum, ſuffulta eſt impietas Zabaiſtarum.

b. *De Deo.* Doctrinam *de Deo* quàm denſâ errorum caligine Sabæi infuſcârint, dici nequit. Κοινὰς ἐννοίας, & naturalem de Deo notitiam ita obſcurârunt atque oppreſſerunt, ut vix σκοτειναὶ ἀκοαὶ apud eosdem remanſerint. Unde *Majm.* lib. cit. cap. 29.

وكشفت لك مذهبهم واخبارهم يتبين لك منها
تصريحهم بان الكواكب هي الالاهة وان الشمس هي
الاله الاعظم وكذلك ايضا قالوا ساير السبعة الالهة
لكن النيرين اعظم وتجدهم يقولون بتصريح ان
الشمس هي التي تدبر العالم العلوي والسفلي *

Et revelabo tibi religionem eorum, & res eorum, & ſic ſententia eorum, ex iis (libris) *tibi pateſcet, quòd nempe*, juxta illos, *ſtellæ*

ſtellæ Dii ſint; Sol autem Deus maximus. Atque ſic etiam dicunt, reliquos quoque de ſeptem Planetis eſſe Deos, ſed duo luminaria eſſe maximos. Invenies etiam eos perſpicuè dicere, Solem eſſe, qui mundum gubernet, ſuperiorem & inferiorem. Liber 1. de orig. Muh.
Sic etiam *Muhammed, ben Iſaac*, de ritibus Sabæorum pag. 10. ſeptem planetas aliquoties vocat سبعة الالهة *Septem Deos.* Et pag. 18. فيذكرون ان هذا النجوم السبعة التي هي الالهة ذكور واناث وانها تتناكح id eſt, *Commemorant*, (Sabæi) *has ſeptem ſtellas, quæ ſeptem ſunt Deæ, maſculos eſſe & fœmellas, conjugio ſibi mutuò copulatas.* Solem verò, eodem authore teſte, appellant الرب العظيم *Dominum magnum*, رب الخير *Dominum boni.*

Sed & *cultum*, quem ſuis detulerunt Diis & Deabus, paulò pleniùs exponemus. Hic verò vel *menſtruus* erat, vel *diurnus*. Diurnum *Ali Said Vaheb*, filius Abrahami ita deſcribit: يوم الاحد للشمس: يوم الاثنين للقمر يوم الثلثة للمريخ: يوم الرابعة لعطارد: يوم الخامس للمشتري: يوم الجمعة للزهرة واسمها بلثي: يوم السبت لزحل* id eſt, *Diem primum ſacrum faciunt* Soli: *ſecundum* Lunæ: *tertium* Marti: *Diem quartum* Mercurio: *Diem quintum* Jovi: *Diem ſextum* (congregationis) Veneri, *cujus nomen eſt* Beltha. *Diem ſeptimum* Saturno. De *menſtruo*, ſecundùm menſium duodecim ſeriem, ordine etiam ex Mſc. libro *Muhammed ben Iſaac* aliquid dicemus. Initium anni, ſcribit ille, faciunt à menſe *Niſan*, cujus primum, ſecundum, & tertium diem feriantur, يصرعون لالهتهم بلثي وهي الزهرة *ſupplican-*

c. De cultu Dei.

Qui vel diurnus.

Vel menſtruus.

Sacra primi menſis Niſan.

 tes

Liber 1. de orig. Muh.

tes Deæ ſuæ Beltha, id eſt, Veneri. Sua etiam adeunt delubra, ويذبحون الذبايح ويحرقون الحيوان احيا *Sacrificantes ſacrificia, & comburentes animalia viva.* Die ſexto menſis ejusdem يذبحون ثورا لالهتهم القمر *mactant taurum Deæ ſuæ, lunæ, eúmque, præcipitante in occaſum die, commedunt.* Die octavo Jejunium indicunt, ſimúlque feſtum agitant للسبعة الالهة والشياطين وخروفا لرب العميان وخروفا للالهة الشياطين * *Septem Diis, & Dæmonibus, agnum offerentes Domino cæcorum* (ita habet exemplar, *Martem* intelligi puto, qui paulò inferiùs الاله الاعمى *Deus cæcus* dicitur) *agnum item Diis Dæmonum.* In decimum quintum diem incidit τελετὴ (ita commodiſſimè hoc loco vox Arabica, سر, quæ μυςήριον propriè ſignificat, reddi poteſt) Sammaelis (nomen eſt Diaboli, cujus crebra apud Talmudicos fit mentio, qui & aliâs *Angelus mortis*, & *ſerpens* ille antiquus, qui protoplaſtos noſtros ſeduxit, appellatur; vide *More Nevoch.* libr. II. c. 30. Lex. Tal. *Buxt.* pag. 1495.) multis ſacrificiis, holocauſtis & oblationibus celebris, quo etiam die genio ſuo indulgent. Die viceſimo viſitant Cœnobium vel Monaſterium quoddam Harranæorum, cui nomen *Cadi*, ad portam, quæ *Phondekazzeit* dicitur: ubi tres mactant boves admiſſarios, juxta illud: ويذبحون ثلثة زيرخ والزيرخ فحل البقر: واحد لزحل وواحد لاريس وهو المريخ وهو الاله الاعمي وواحدا للقمر ويذبحون تسعة خرفان سبعة للسبعة الالهة وواحدا لاله الجن وواحدا لرب الساعات ويحرقون خرفانا

Digitized by Google

خرفانا وديلة كثيرة وفي يوم ثمانية وعشرين يخرجون Liber 1. de orig. Muh.
الي دير لهم في قرية تسمى سبي علي باب من ابواب
حران يقال لها باب السراب ويذبحون ثورا كبيرا
لهرميس الاله ويذبحون تسعة خرفان للسبعة الالهة
ولاله الجن ولرب الساعات وياكلون ويشربون
ولا يحرقون في هذا اليوم شيا من الحيوان * *Eodem die mactant tres boves admiſſarios, unum Saturno, alterum Marti, qui Deus cacus eſt, tertium Lunæ. Mactant etiam novem agnos, ſeptem quidem ſeptem ſuis Diis, unum Deo Geniorum, & unum Deo horarum. Comburunt etiam multos agnos & gallos. Die viceſimo octavo egrediuntur in templum, quod habent in urbe Saba, ad portam aliquam Charranis, quæ dicitur porta Aſſarab, mactántque Hermeti, Deo ſuo magnam taurum, novem item agnos ſeptem Diis ſuis ſeptem, unum Deo Dæmoniorum, & Deo horarum, edentes & bibentes: nihil autem eo die de beſtiis comburunt.*

Menſem ſecundum, qui eſt *Iiar*, iterum auſpicantur ſacris. *Secundi menſis Iiar.* Sammaëlis, cui πλετὴν, ſeu *conſecrationem*, ut Auguſtinus explicat, faciunt; ventri demum ſervientes & abdomini. Die ſecundo feriantur لابن السلم *in honorem Aben Salemi*, vota etiam nuncupant, eúmque totum hilares pergræcando conſumunt, replentes manus tamariſco, aliiſque fructibus.

Τελεσιυργία *menſis tertii* varia eſt, blaſphema partim & impia, partim ridicula. *Tertii menſis.* *Impium* eſt, quòd die 27. Sammaëli, quem author ait, الاله الذي يطير النشاب *Deum eſſe, qui ſagittas volare faciat*, id eſt, qui ſagittarum ictum & jactum dirigat, iterum litant & libant. *Ridicula* verò ceremonia eſt

Liber 1. de orig. Muh. Cumar ſeu ſacrificuli, qui ſagittam, ignem ex attritu ligni cujusdam, quod apud Harranæos frequens eſt, concipientem, duodecies ejicit, deinceps humi, canis inſtar, repit, & ex duobus linis, ſagittæ adjunctis de religionis ſinceritate, cultúsque perfectione judicium facit & conjecturam. Quòd ſi enim lina iſta aut vertex ignitus (ſic verto vocem بوصين ex uſu linguæ Syriacæ & Hebraicæ, ſicut multa alia in hac Sabæorum ſeu Charranæorum hiſtoria: aliâs بوصا etiam ſignificat *ludi genus, in quo lignum accipitur vertice ignito. ſociíque capiti circumducitur*, &c. quod optimè huic loco convenit) extincta fuerunt, conjecerunt hinc, cultum Myſtæ & Religionem Deo non eſſe gratam: ſin autem contrario modo eveniſſet, contrarium tulerunt judicium.

Quarti menſis Thammuz. Menſis *Thammuz*, ſeu quartus, feſto peculiari fuit nobilis. Menſe enim hoc adulto erat feſtivitas البوقات *Albukat*, id eſt, النسا المبكيات *mulierum plorantium*. De origine hujus feſti ſcribit R. D. *Kimchi* ad Ezech. cag. 8. & ex Sabæorum monumentis *Maj.* More Nev. l. III. cap. 29. *Narratur quoque*, inquit, *in libro illo fabula de Pſeudopropheta quodam Idololatrico, cujus nomen erat* Thammuz; *quòd, cùm vocaret Regem ad colendos ſeptem Planetas, & duodecim ſigna Zodiaci, ac à rege ignominioſè interficeretur, illa nocte, quâ interfectus fuit, omnes imagines ab extremitatibus terræ convenerint in palatio, quod in Babylonia imagini magnæ aureæ, imagini videlicet Solis, inter cœlum & terram pendenti, erectum erat. Ibi imaginem illam* (Solis) *in medio procidiſſe, reliquis imaginibus in circuitu ejus circumſtantibus ac* Thammuzum *deflere vel plangere, &, quid ei contigerit, narrare cœpiſſe; reliquas imagines ploráſſe, & tota nocte lamentatas eſſe: Aurora verò aſcendente omnes ſimul avoláſſe, & in templa ſua in extremas terræ oras reverſas eſſe. Hinc conſuetudinem intro-*

troductam eſſe, ut primo die menſis Thammuz (hoc eſt Junii) *lamententur, lachrymentur, plangant & lugeant propter Thammuzum* Pſeudoprophetam. Noſter author feſtum hoc rejicit لنصف منه *in medium menſem*, additque, mulieres propterea in luctu tum eſſe & ſqualore, ut in memoriam ſibi revocent كيف قتله ربه وطحن عظامه في الرحا ثم دراها في الريح *quomodo eum* (Thammuzum) *occidiſſet Dominus ejus, oſſáque commolita in mola vento commiſiſſet, ac propterea iſtas mulieres* لا تاكل شيا مطحونا في رحا *nihil edere eorum, quæ in mola molita ſunt, in cicere acquieſcentes, dactylis aliíſque id genus eſculentis.* Ejusdem menſis diem 27. viri conſecrant Sammaëli, aliíſque Diis & Dæmonibus, ſacrificantes novem agnos cuidam Hanani. وياخذ الريس من كل رجل منهم في هذا اليوم درهمين وياكلون ويشربون * *Accipit etiam Princeps ab uno quoque viro eorum, hoc die, duas drachmas: Edunt etiam & bibunt.* Mentio fit Thamuzi *Ezech.* cap. VIII. v. 14. ubi Propheta ita loquitur: וַיָּבֵא אֹתִי אֶל־פֶּתַח שַׁעַר בֵּית יְהוָֹה אֲשֶׁר אֶל הַצָּפוֹנָה וְהִנֵּה שָׁם הַנָּשִׁים יֹשְׁבוֹת מְבַכּוֹת אֶת־הַתַּמּוּז *Et deduxit me ad oſtium portæ domus Jehovæ, quæ eſt ad Aquilonem; ubi ecce mulieres ſedebant, deflentes Thammuzum.* Per mulieres intelligit *Junius* Sacerdotes Iſidis impudiciſſimas, quæ phallos & ithyphallos geſtabant (quemadmodum φαλλήφοροις, id eſt, Pamylis viri ſacerdotes Oſiridis) indutæ veſtibus lineis, & publica lupanaria incolebant in domo Jehovæ cum pueris meritoriis, Oſiridis adminiſtris, de quibus 2. *Reg.* 27.7. De ritu verò lugendi Thammuz idem ſic ſcribit: *Deflentes, i.e. lugentes Oſiridem virum Iſidis, ut Aegyptii narrabant: quem amiſ-*

Liber 1. de orig. Muh.

Liber 1. de orig. Muh.

amiſſum in Aegypto quot annis defleri Iſis mandaverat. Hæc enim præſtigiis ſuis & incantationibus magicis tantam ſibi viróque authoritatem apud Aegyptios comparavit, ut pro Diis ſummis haberentur, & menſe quarto (qui menſis eſt ad meſſem in eo tractu ordinarius) colerentur. Eſt enim Iſis Aegyptiis eadem quæ Ceres Dea frugum, Oſiris verò (ut Plutarchus eodem libello teſtatur) eſt dictus Aegyptiis Ammuz, unde (inquit ille) Jovis Ammonis nomen corruptè eſt derivatum. Vocem verò Ammuz, quam Herodotus & Plutarchus uſurpant, non dubitamus ex corrupto Thammuz derivatum eſſe, cujus vocis duplex eſt ſignificatio: Primùm enim Aegyptiis abſtruſum & occultum ſignificat, ut Manetho Sebennites apud Plutarchum ibidem interpretatur; quamobrem ſacra illius quoque erant opertanea: deinde verò menſem quartum ſignificat, à ſolenni feſto Thammuzi ſive Oſiridis requiſiti per ſacerdotes adminiſtras Iſidis cum ejulatu & planctu maximo. R. *Sol. Jarchi* ſcribit, צלם אחד שמחממות אותו מבפנים והיו עיניו של עופרת והם נתוכין מחום ההיסק ונראה כאילן בוכה ואומרות תקרוב׳ הוא שואל *Thammuz eſſe Idolum, quod intrinſecus calefaciebant: oculos ejus fuiſſe plumbeos, qui calore ita fuerint liquefacti, ut videretur lachrymare: Tunc dicebant mulieres:* Ecce munus poſtulat! Didicerunt has mendicandi & miracula patrandi artes illi, qui hodierno quoque die Idola ſua ita formant & fabricant, quaſi lachrymis ad commiſerationem homines pellicere poſſent. Luculentiſſima dedimus exempla in ὁδηγῷ P.II. pag. 288. Pleniùs de hac fraude ſcribit R. *D. Kimchi* ad hunc locum: Addit tamen, alios eum aliter explicare, & vel ad lætitiam, quâ mulieres Thammuzi feſtivitate onuſtæ incedant; vel ad triſtitiam, quam ex filiorum filiarúmque combuſtione concipiant, referre. Vide authorem ipſum.

Quinto menſe, quem اب *Ab*, Syrorum more, Sabæi

ap-

appellant, يعصرون خمرا حديثا للالهة ويسمونه باسما مختلفة كثيرة * *Exprimunt vinum novum Diis ſuis, eique varia indunt nomina.* Fit hoc dieb. menſis 8. Tunc etiam infantem recens natum Diis ſuis mactant. يذبح الصبي ثم يصلق حتي يتهرى ويوخذ لحمه فيعجن بدقيق السميذ وزعفران وسنبل وقرنفل ويعجن منه اقراصا صغارا مثل التين ويخبز في تنور جديد ويكون لاهل السر للشمال لاكل السنة ولا تاكل منه امراة ولا عبد ولا ابن امة ولا مجنون * *Mactatur infans, qui verberibus contunditur, uſque dum fuerit comminutus. Poſtea caro ejus ſumta commiſcetur farinæ ſimilagineæ, croco, ſpicæ, cariophyllis, placentaq; parvæ, fici inſtar, inde pinſuntur, & in furno novo coquuntur, quæ Myſtagogis* (Populo Myſteriorum) *Sammaëlis cedunt per totum annum. De eo autem nec mulier edit, nec ſervus, nec filius ancillæ, neque obſeſſus vel inſanus,*

Liber 1. de orig. Muh.

Sexti menſis, qui *Eiloul* dicitur, ſacra ab authore hoc modo recenſentur: في ثلاثة ايام منه يطبخون ما يستحمون به سرا للشمال لرئيس الجن وهو الاله الاعظم ويطرحون في هذا الما شيا من طرفا وشمع وصنوبر وقصب ثم يغلونه ويجعلون ذلك قبل ان يطلع الشمس ويصبونه علي ابدانهم مثل السحرة ويذبحون في هذا اليوم ثمانية

Sexti menſis Eiloul.

Liber r. de orig. Muh.

ثمانية خرفان سبعة للالهة وواحدا للاله الشمال
وياكلون في مجمعهم ويشرب كل واحد سبعة
بكاسات من خمر وياخذ الريس منهم لبيت المال
من كل راس درهمين وفي يوم ستة وعشرين من
هذا الشهر يخرجون الي الجبل ويعملون علي اسـ...ـاك
الشمس وزحل والزهرة ويحرقون ثمانية فراريج وديوك
وثمانية خرفان ومن كان عليه نذر البخت ياخذ
ديكا عتيقا او فروجا ويشد جناحه بوصين قد اشعل
طرفيه بالنار ويرسل الفروج لرب البخت وان احرق
الفروج كله فقد قبل نذره وان انطفي البوصان
قبل ان تحرق الفروج فلم يتقبل منه رب البخت
النذر ولا القربان وفي يوم سبعة وعشرين ويوم ثمانية
وعشرين لهم اسرار وقرابين وذبايح واحراقات للشمال
وهو الرب الاعظم وللشياطين والجن الذين تدبيرهم
وتوقيهم وتعطيبهم البخت * id eſt, *Tribus diebus elixant aquam, ut ſe lavent, τελετουργοῦντες τῷ Σαμμαὴλ, qui princeps eſt Dæmonum, Deúsque maximus. In hanc verò aquam projiciunt aliquid de tamariſco, cera, oleis, canna* aromatica, &c. *eámque fervidam factam apponunt antequam Sol oriatur, & affundunt eam corporibus tanquam amuletum. Eodem etiam die mactant octo agnos, ſeptem Diis ſuis, unum Deo Sammaël, edunt*

edunt etiam in cœtibus ſuis, ebibúntque ſinguli ſeptem pocula vini. Inſuper exigit Princeps ab uno quoque eorum in domum Gazophylacii duas Drachmas. Die verò viceſima ſexta ejuſdem menſis egrediuntur in montem, facientes ſacra in ····· Solis, Saturni & Veneris, comburentes octo pullos gallinæ, gallos octo, & totidem agnos. Qui autem votum nuncupavit Fortunæ, accipit gallum veterem, aut pullum gallinaceum, cujus alæ alligat duo lina, quorum extremitatem igni accendit, mittítque pullos iſtos Domino Fortunæ. Quòd ſi pulli igni planè conſumantur, votum ejus acceptum eſt: Sin verò lina iſta fuerint extincta, priusquàm pulli fuerint combuſti, non acceptat ab eo votum Dominus Fortunæ, nec oblationes, nec ſacrificia. Die verò viceſimo ſeptimo & viceſimo octavo, ſua habent Myſteria, ſacrificia, oblationes & holocauſta Sammaëli, qui maximus eſt Dominus, Dæmonibus & Geniis, qui eos circumdant, cuſtodiunt, fortunámque largiuntur. Liber 1. de orig. Muh.

Menſis ſeptimus, quem Syri & Sabæi *Tiſchrin priorem* appellant, peculiaria habet ſacra, quæ nobis author ita deſcribit: *Septimi menſis Tiſri prioris.*
في النصف من هذا الشهر يعملون احراق الطعام
للموتي وهوان يشتري كل واحد منهم من كل
شي يوكل مما وجد في السوق من صنوف اللحوم
والفواكهة الرطبة واليابسة ويطبخون اصناف
الطبيخ ثم يحرق جميع ذلك بالليل للموتي ويحرق
مع هذا الطعام عظم من فخذ جمل * id eſt, *Circa medium hujus menſis faciunt combuſtiones ciborum, mortuis,* hoc modo. *Emit eorum quiſque de omni eſculento, quod quidem in foro proſtat, de omnis generis carnibus, fructibus, viridibus & aridis. Varias etiam coquunt coctura: quas deinde*

Liber 1. de orig. Muh. *de omnes mortuis ſuis noctu comburunt. Cum hoc etiam cibo comburitur os coxæ cameline*, quod deinde cani apponunt, ne mortuis eorum inſultet, aut moleſtiam iis creet. ويصبون
ايضا لموتاهم علي النار خمرا ممزوجا ليشربونه * *Af-fundunt etiam mortuis ſuis, ſuper ignem, vinum mixtum, ut illud bibant.*

Octavi menſis Tiſripoſteriorꝛ. Menſe octavo, qui *Tiſchrin poſterior* dicitur يصومون
في احد وعشرين يوما منه تسعة ايام اخرها يوم تسعة
وعشرين لرب البخت * *Jejunant, die viceſimo primo, & deinceps, per dies novem, quorum ultimus eſt dies viceſimus nonus, idque in honorem Domini fortunarum*, &c.

Noni menſis. Nonus menſis, *Canun primus* appellatus, cumprimis Veneri ſacer eſt. Die enim hujus menſis quarto ينصبون قبة
يسمونها الخضر لبلثي * *Tabernaculum erigunt, quod thalamum ſeu cubile Belthæ*, id eſt, Veneris appellant. Variis illud ornant frondibus, frugibus, roſis, &c. ſacrificia etiam, de beſtiis & avibus, oblaturi dicunt هذا ذبايح الهتنا بلثي وهو
الزهرة يفعلون ذلك سبعة ايام ويحرقون ايضا في هذه
الايام احراقات كثيرة من الحيوان للالهه والالهات *
Hæc ſacrificia deſtinata ſunto Deæ noſtræ Belthæ, id eſt, Veneri. *Hoc per ſeptem dies faciunt. Iisdem diebus multæ fiunt combuſtiones beſtiarum Diis & Deabus eorum.* Die triceſimo menſis ejusdem يجلس الكمر علي منبار مرتفع وصعد
اليه تسع مراقي وياخذ في يده قضيبا من طرفا وتمر به
ستايرهم

سايرهم ويضرب كل واحد ثلثة بالقضيب او خمسة Liber 1. de orig. Muh.
او سبعة ثم يخطب خطبة لهم يدنوا فيها لجماعتهم
بالبقا وكثرة النسل والامكان والعلو علي جميع
الامم ويردد وليستهم وايام ملكهم ثم نزل عن المنبر
فياكلون من الذبايح ويشربون وياخذ الريس من
كل رجل في هذا اليوم لبيت مالهم درهمين *

Sedet ſacrificus in cathedra alta,in qua novem aſcendit gradus. Sumítque in manum ſuam baculum de tamariſco; quo tranſit omnes eorum (quem ad omnes eorum extendit) *percutítque quemque eorum ter,aut quinquies,aut ſepties. Poſtea ſermonem iis habet, quo catui eorum explicat ſubſiſtentiam* (durationem,) *feminis multitudinem, loca & excellentiam ſuper reliquas gentes. Repetit* (aliâs uſitatiùs ſignificat *reſtituit) etiam,iis Imperium eorum,& dies regni eorum. Poſtea, cùm de ſuggeſtu deſcendit, edunt illi de* εἰδωλοθύτοις, *& bibunt,exigítque Princeps ab uno quoque eorum hoc die in Gazophylacium duas drachmas.*

Menſe decimo qui كانون الثاني *Canun alter* appellatur, ſacra cumprimis faciunt Lunæ. Ita enim author noſter *Decimi menſis.*

في اربعة وعشرين يوما منه ميلاد الرب الذي هو
القمر يعملون فيه سرا للشمال ويذبحون الذبايح
ويحرقون ثمانين حيوانا من دوات الاربع والطير
وياكلون ويشربون ويوقدون البادي وهي قضبان

Liber 1. de orig. Muh.

الصنوبر للالهه وللالهات * id eſt, *Die viceſimo quarto ejus menſis eſt nativitas Domini, id eſt, Lunæ, quo myſteria celebrant Sammaëli, ſacrificantes ſacrificia, & comburentes octoginta animantia è quadrupedibus & volatilibus: Edunt etiam bibúntque, & Badi, ſeu bacillos vel cannas palmarum, ima parte tenuium, Diis & Deabus ſuis comburunt.*

Vndecimi menſis Sjubat.

De cultu menſis شباط *Sjubat*, qui undecimus eſt, author ſic ſcribit: يصومون فيه سبعة ايام اولها يوم التاسع منه

وهذا الصوم للشمس وهي الرب العظيم رب الخير ولا

ياكلون في هذا الايام شيا من الزفر ولا يشربون الخمر

ولا يصلون في هذا الشهر الا للشمال الجن والشياطين*

Jejunant hoc menſe ſeptem dies, facto initio à die nono, quo jejunium indicunt Soli, qui eſt Dominus magnus, Dominus, ſeu largitor, *boni: Non edunt his diebus quicquam de mulctrali* (puto lacticinia intelligi) *nec bibunt vinum, neque menſe hoc precantur niſi Sammaëli, Geniis & Diabolis.*

Duodecimi menſis Adar.

Menſe *Adar*, quî duodecimus & ultimus eſt, Iejunia etiam indicunt, Lunæ, die præſertim octavo & vigeſimo, quo يقسم

الريس خبز شعير علي جماعتهم للاريس الاله وهو المريخ*

Dividit Præſes panem hordeaceum cœtui eorum, in honorem Martis. Aliáque plura hoc menſe vanitatis ſuæ & impietatis produnt deliria, وياخذ الريس من كل واحد منهم لبيت

المال درهمين* *exigítque princeps ab uno quoque eorum pro Gazophylacio duas drachmas.* ويخرجون في كل يوم سبعة

وعشرين

Digitized by Google

وعشرين من الشهر اعني شهر الهلال الي دير لهم
بدير كادي ويذبحون ويحرقون احراقات لسلين
الاله وهو القمر وياكلون ويشربون ويخرجون في يوم
ثمانية عشرين الي قبة له الاجر ويذبحون ويحرقون
خروفا وديوكا وفراريج كثيرة لهرمس الاله وهو
المريخ واذا ارادوا ان يذبحوا ذبيحه كثيرة مثل
الزبرخ وهو فحل البقر او خروف ويصبون عليه الخمر
وهو حي فان انتفض قالوا هذا قربان يتقبل وان لم
ينتفض قالوا الالاه غضبان لا يقبل هذا الندر * Liber 1. de orig. Muh

id eſt, *Vno quoque die viceſimo ſeptimo menſis, cùm nempe novilunium apparere cæpit, egrediuntur in templum quod habent in Monaſterio Cadenſi, ſacrificia & holocauſta offerentes* Σελλωή *Deo, id eſt, Lunæ: Edunt inſuper & bibunt. Die viceſimo octavo egrediuntur in tentorium tecto munitum, ubi etiam ſacrificant & comburunt agnos, gallos, pullos multos Hermeti* (puto legendum pro هرميس *Hermes*, اريس, Ἄρης *Mars*) *Deo, qui eſt Mercurius* (Mars) *Quòd ſi multa* (magna) *afferre velint ſacrificia: ut ſunt bos admiſſarius, aut agni, tunc fundunt ſuper eos vivos vinum. Si excutiat illud, dicunt; Gratum hoc Deo erit ſacrificium: Sin autem illud non excutiat, dicunt: Deus iratus eſt, non recipiet hæc vota.* Et quia aliquoties mentio facta eſt Monaſterii Cadi, de illius quoque origine, quantum ſcire nobis licuit, agere viſum fuit. Amiſerunt, ut author Arabicus nugatur, Harranæi Idolum, quod appellat صنم الما *Imaginem aquæ.* Egreſſi igitur fuerunt in Indiam

Liber 1. de orig. Muh. diam uſque, Deum ſuum repetituri. At noluit ille reverti: اني لا ادخل بعدها مدينة حران ولكن اجي الي هاهنا ومعني هاهنا بالسريانية كاد* *Non ingrediar ampliùs*, inquiebat, *urbem Harran, ſed huc uſque* (quod Syri exprimunt per voculam ܟܕܐ *Ceda*) *Veniam*. Atque hinc nomen Monaſterio impoſitum, فهم الي يومنا هذا يخرجون في كل عشرين يوما من شهر نيسان الرجال والنسا معا يتوقعون ورود صنم الما وقدومه عليهم * *quo in hoc uſque tempus egrediuntur die 20. menſis Niſan, viri & mulieres pariter, expectantes adventum & acceſſum Idoli Aquæ.*

d. De precibus. Hæc de feſtis Sabæorum, de *precibus* eorundem *Muhammed fil. Iſaak* ſequentia refert: المفترض عليهم من الصلاة في كل يوم ثلث اولها قبل طلوع الشمس بنصف ساعة لينقصي ما طلوع الشمس وهي ثماني ركعات وثلث سجدات في كل ركعة الثانية انقضاوها مع زوال الشمس وهي خمس ركعات وثلث سجدات في كل ركعة الثالثة مثل الثانية انقضاوها عند غروب الشمس * *Conſtitutas autem, ſeu injunctas preces, ter ſingulis diebus concipiunt.* Primas *ante ortum Solis dimidiam horam incipiunt, & cum ejus ortu abſolvunt. Conſtant illa octo Rechaat* (vox hæc corporis *incurvationem*, & *demiſſionem* ſignificat) *quarum unaquaque tres Seghadat* (προσκυνήσεις eſt Græcè, Hebraicè השתחוית) *habet.* Secundarum *precum*

precum finis incidit in Solis occaſum, quæ quinque habent Rechaat : una quæque verò Rechaa tres Seghadat. Tertiis, *ut ſecundis, precibus finem imponunt ad occaſum Solis.* Præter has orandi vices ordinarias, alias etiam, quas Muhammedanorum exemplo النافلة *redundantes* appellant, quotidie recitant. Liber 1. de orig. Muh.

الاولى في الساعة الثانية من النهار والثانية في الساعة التاسعة من النهار والثالثة في الساعة الثالثة من الليل ولا صلاة عندهم الا على ظهر * id eſt, Primò, *horâ ſecundâ diei* : Secundò, *horâ nonâ diei* : Tertiò, *horâ tertiâ noctis. Nulla autem apud eos fiunt preces niſi publicè.*

Rationem *conjugii* & *repudii* author ita exprimit: يشهود لا من القريب القرابة وفريضة الذكر والانثى سوي ولا طلاق الا بحجة بينة عن فاحشة طاهرة ولا تراجع الطلقة ولا يجمع بين امراتين ولا يطاهن الا لطلب الولد * *Connubia contrahunt per teſtes non cum proximis propinquis. Lege autem apud eos ſancitum eſt, ut mas & fæmina pariter* conſueſcant : *Repudium non concedunt, niſi ob manifeſtum adulterium. Repulſi autem non revertuntur. Nec concedunt bigamiam, nec conjugalem conſuetudinem, niſi ad propagationem ſobolis.* e. De conjugio & repudio.

Habent etiam ſuas luſtrationes aut purgationes בעלי קרי qui *nocturnas illuſiones patiuntur* : وعليهم الغسل من الجنابة وتغسر الثياب *Lavant ſe propter gonorrhaam, veſtésque mutant.* Eandem lavandi obſervant conſuetudi- f. De luſtrationibus.

Liber 1. de orig. Muh. nem menſtruatæ, à quibus viri abſtinent, juxta legem: يعتزل الطامث *abſtineatur à menſtruata.* De *præmio* & *pœna* (Arab. الثواب والعقاب) docent, ليس يوخر الى اجل معلوم *eam ad terminum definitum* (ultimum judicium) *non differri.*

g. *De beſtiis ad ſacrificia deſtinatis.* In *beſtiis* ad ſacrificia deſtinatis ſelectum habent: لوا دبيحة عندهم الا لما له رية ودم* *Nihil ſacrificant, quod pulmonem non habeat, & ſanguinem.*

h. *De cibo.* Sed & in ipſo *cibo* ſuas habent leges: وقد نهوا عن اكل الجزور وما لم يذكا وكل ما له اسنان في اللحيتين جميعا بالخنزير والكلب والحمار ومن الطير غير الحمام وما له مخلب ومن النبات غير الباقلي والثوم ويتغذي بعضهم اللوبيا والقنبيط والكرنب والعدس * id eſt, *Prohibentur edere Camelum* (aliâs vox Arabica ovem etiam notat jugulatam) *& quicquid non ſacrificatur: Quicquid item dentes in utraque maxilla habet conjunctim, ut porcus, canis, aſinus. Ex avibus, præter columbas, & aves roſtratas nihil conceditur: Nec ex germinibus* (fructibus, herbis) *niſi faba & allium. Veſcuntur alii phaſeolis, braſſica capitata, crambe & lendibus.*

i. *De Prophetis.* *Prophetam* illi deſcribunt *virum*, البري من المذمومات في التغيير والافات في الجسم والكمال في كل محمود فان دعا لا نقض عن الاجابة ويجاب في دعوته في انزال

انزال الغيث ودفع الافات عن النبات والحيوان * Liber I. de orig. Muh.
mundum à turpitudine atque infamia exprobrationis, & à vitiis corporis: Perfectum in omni deſiderabili. Precantem nunquam ferre repulſam, ſed in precibus ſuis exaudiri, cœlitus impetrando auxilium, & repellendo plagas à frugibus & beſtiis.

De *materia, forma, privatione, elementis, tempore, temporis motu* ſentiunt cum Ariſtotele. De cœlo ſcribunt, انها طبيعة خامسة ليست مركبة من العناصر الاربعة ولا تضمحل ولا تفسد * *eſſe naturam* (eſſentiam) *aliquam quintam, ex quatuor elementis non compoſitam, quæ nec diſſolvi poßit, nec corrumpi.*

k. *De materia, forma, &c.*

Sic etiam de *Meteoris*; de *anima*, de *demonſtrationibus, ſenſu & ſenſibilitate* idem cum Ariſtotele ſentiunt.

l. *De Meteoris.*

Mundum etiam cum Ariſtotele *fecerunt æternum. Maj.* More Hannev. l. III. c. 29:

m. *De mundo.*

De *Sanctis* Veteris Teſtamenti quàm, Deus bone! ridicula illi, impia & abſurda credunt. Volunt Adamum virum fuiſſe ex viro & fœmina, ſicut reliqui homines, progenitum, *Majm.* loc. cit. In libris העבודה הנבטית de religione Nabathæa, fit mentio, ינבשאר וצגרות ורואני ואמרו כי הם קודם אדם ושינבושאר היה רבו של אדם הראשון: id eſt, *Janbuſchari, Zegrithi & Roani, dicúntque quòd fuerint ante Adamum, quódque Jambuſchar magiſter fuerit primi hominis*, ſcribit author lib. *Coſ.* pag. 5. De eodem Adamo referunt, *quòd librum ſcripſerit, in quo, præter alia, commemoret, arborem quandam eſſe in India, cujus ramus in terram projectus inſtar ſerpentis repat: Arborem item aliam, cujus radix habeat formam humanam, & vocem vehementem, ac diſtincta verba edat ac loquatur: Item, eſſe certam quandam herbam,*

n. *De Sanctis V.T.*

l. *De Adamo.*

Liber 1. de orig. Muh. *qua, ſi ſumatur, ac in collo ſuſpendatur, hominem reddat inviſibilem, ita ut non videri poſſit, quónam ingrediatur, vel unde exeat: quòd ſi verò de illa ſuffitus ſub cœlo conficiatur, audiri in vicino Aëre fragores ac tonitrua horrenda, quamdiu fumus ille aſcendit.* Narrant etiam, *Adam ex terra* תשאם, *quæ India vicina eſt, egreſſum, & terram Babel ingreſſum, multa mirabilia ſecum aſportâſſe, & inter illa arborem, flores, folia & ramos auri habentem; arborem item talem lapideam, folia item cujusdam arboris ita vireſcentis, ut folia ejus ab igne non conſumantur, & quæ ſub ſe comprehendere vel tegere poſſit decem millia virorum ſtaturæ Adami, quòd duo ſecum folia geſtaverit è quorum unoquoque duo Homines contegere vel veſtire ſe potuerint, Majm.* l.cit.

2. De Noacho. De *Noah* ſcribunt, *quòd fuerit agricola, neque imaginum cultus ei placuerit. Inde,* ſcribit *Majm. invenies omnes Zabios vituperare Noam, & dicere, quòd nullas coluerit imagines.* Et Reformati quoque hanc cum Noacho, propter *εἰδωλοβδελυξίαν*, experiuntur ſortem.

3. De Setho. *Schetum* exiſtimant diſceſſiſſe à ſententia Patris ſui Adami in cultu Lunæ, *Majm.* l.c.

0. De imaginibus, quæ Tilſemat dicuntur. De imaginibus, quas peculiari nomine طلسمات טלסמאת *Tilſemat* Arabes vocant, earúmque fabrica, cui Zabæi erant dediti, plurima afferri poſſent: Sed & hîc quoque loci lectori brevitatis ſtudium probabimus. Primò ergò vocis طلسمات טלסמאת Etymologiam excutiemus. 2. Originem harum Imaginum inveſtigabimus. 3. De ipſa earum fabrica & uſu aliquid dicemus. 4. Aliquot ſubjiciemus exempla. 5. Expendemus, quo nomine illæ in S. Literis veniant.

Ubi I. de earum Etymologia, quam alii volunt Arabicam. A. *Etymologiam* vocis varii oſtendunt variam. Sunt qui dicunt vocem eſſe Arabicam. Certè apud Arabes frequentiſſimè illa occurrit. Unde *Giggæus* in Theſ. Arab. طلسم טלסם

Til-

Digitized by Google

Tilſam, plur. טלסמאת طلسمات *Imagines ad influxum ſtel-* Liber 1. de orig. Muh.
larum facta. Hinc מטלסמה مطلسمة *Cantionibus ac præ-ſtigiis munita. Scaliger* in Epiſtolis ait, talem apud Græcos ἐϛοιχειωμένον appellari. Sic Cl. *Buxt.* in Lex. Talmud. *Plerique ſcribunt eſſe vocem Arabicam.*

Alii dicunt vocabulum hoc eſſe origine ſua Græcum. Ita *Alii Græcam.* ex Judæis R. *Moſe* ad fin. c. 4. Maſs. Peſachim. Id ſi ſit, erunt Taliſmat Arabum, ipſa Græcorum Τελέσματα, quorum meminit *Juſtin. Mart.* Reſp. ad orthod. πῶς τὰ Ἀπολλωνίου τελέσματα, &c. Aliâs ϛοιχεῖα vocantur & authores eorum ϛοιχειωματικοί. *De Taliſman Arabum*, ſcribit *Selden.* in Syntag. pag. 116. *quæ eadem ſunt quæ* ϛοιχεῖα, &c. *Buxt.* Lex. Tal. *R. Moſe dicit, vocem eſſe Græcam. Ita videtur à* τέλεσμα, ἀποτέλεσμα, *quod peculiari ſignificatione effectus ſtellarum ſignificat apud Manilium.*

Sunt tandem, qui ab Hebræis vocis originem accerſunt. *Alii Hebream.* R *Jejuda Muſcato*, in Comment. libri Coſri ſcribit, ſe vidiſſe, qui derivent hanc vocem à טָלֶה (quod *arietem* ſignificat) & שֶׁמֶשׁ *Sol; quòd videlicet imagines tales conficiantur Sole exiſtente in ſigno arietis, quod primum eſt ſignum Zodiaci.* Sed inepta eſt hæc & planè ridicula derivatio, in earum Catalogum referenda, de quibus in *Diſſert. noſtra de jubilæo* egimus. Nos in prima Etymologia ſimpliciter acquieſcimus, quam frequentiſſimus vocis uſus in Arabum & Sabæorum vetuſtiſſimorum monumentis luculenter probat.

B. Accedimus ad *originem Tilſemarum*, quam *Majm.* acceptam fert Sabæis, tum in Comment. ſuper Miſch. Av. Zarah. c. 4. S. 7. tum in More Nev. l. I. c. 63. Et certè inter illos, qui Sabæorum religionem fuerant amplexi, harum imaginum uſus fuit longeè maximus. *Ibn Vahſchija* (cujus etiam meminit *Majm.* in More Nev. P. III. cap. 29.) Chaldæus ſeu Sabæus, ce- *II. Origine qua juxta alios petita à Sabæis.*

Liber 1. de orig. Muh. lebris valde Magus, يعمل اعمال الطلسمات *faciebat opera Taliſmarum.*

Iuxta alios ab Apollonio Tyanao. Alii verò authorem Taliſmarum faciunt *Apollonium Tyanæum.* Natus eſt hic Apollonius *apud oppidum Tyana, apud Asbamei Jovis templum in Cappadocia,* ut ſcribit *Ammianus Marcellinus,* lib. 23. p.m. 654. unde *Dio Nicaus* in Anton. Carac. eum *Apollonium Cappadocem* appellat. Domitiani temporibus floruerat, ut ſcribit *idem. Baronius,* ejus ad an. Chr. 52. ſub Claudio jam, meminit. Inſignis erat Magus, Epheſiis proinde, ut *Hierocles* teſtatur, & aliis, pro Deo habitus. Vide *Baron.* an. Chr. 68. S. 32. unde & Alexander Severus in Lario ſuo non Chriſtum modò habuit; ſed & Apollonium, ut diximus in *Hiſtoria Eccleſ.* pag. 54. *Philoſtratus* de eo refert, *quòd puellam feretro jam impoſitam à mortuis ſuſcitârit.* Mendacium eſt, quod de Apollonio confinxit Philoſtratus, ſicut multa alia. De eodem etiam ſcribit, *quòd Romam fuerit vocatus, tonſus & carceri mancipatus: ſiſtendus verò Domitiano, evanuerit, & Puteolis improviſus apparuerit.* Atque hunc Apollonium Arabes, *Muhammedani* pariter & *Chriſtiani,* Taliſmas in orbem invexiſſe credunt & tradunt. De *illis* loquitur *Selden.* Synt. pag. 116. *De Taliſman Arabum ſcribit Leunclavius in Pandect. Turcic. cap. CXXX. ubi Apollonio Tyanao, vëlut authori, ex Muhammedanorum libris tribuuntur. Et vetuſtum habeo authorem anonymum, Aracicè Mſc. in quo plurima occurrunt de Taliſmath in urbibus colebrioribus Orientis olim collocatis. Atque omnium, inquit ille, horum Taliſmath* كان صانع الحاكم فلعنوس *author, ſeu artifex fuit Polonus ſapiens, quo Apollonium intelligi puto.* Ex *horum* numero unus multorum inſtar erit *Elmac.* cujus verba pag. 195. ſunt: وفي زمانه كان امولونيوس صاحب

صاحب الطلسمات وكان يضاده النصاري بافعاله Liber 1. de orig. Muh.
المجوسية *Tempore ejus* Domitiani *fuit Amulonius* (l. افولونيوس *Apollon.) Tilſe. Autor, qui Chriſtianis reſtitit.* Idem ait, quendam ejus diſcipulum præceptorem rogâſſe: ايها المعلم من هو هذا الرجل الذي امن به اكثر الامم وعامة اللغات المختلفة * *O Doctor! Quis eſt vir ille, in quem pleræque credunt gentes, pluréſque linguæ diverſæ?* Quibus ille reſpondit: هذا فيما زعموا انه رجل صلب ومات وعاش وصعد الي السما كما يذكر اصحابه ونحن نري انه ياروس ريس حكما اتناس وفرفيمانوس ومرطيانوس وغيرهم من الحكما قد كفروا بالهتهم وسجدوا له وتابعيه والدعاة له تاركوا الدنيا لا مال لهم ولا عقدة وهم ذو قوة في القول والعمل ولا يدنسون اجسادهم بدنس الخطية وسيرتهم حسنة * id eſt, *Eſt is, quem exiſtimant crucifixum, mortuum, reſuſcitatum, & in cœlos ſublatum, prout ſocii ejus vel aſſeclæ commemorant, nóſque videmus, quòd Jarus, ſapientum Princeps, Athanaſius, Parphimanus (* ſunt nomina propria, ſed mendosè admodum, ut fieri ſolet, ſcripta *) & Martianus, aliíque ſapientes, Deos ſuos abnegârunt, eúmque adorârunt. Qui verò eum ſequuntur & invocant, mundum illi relinquunt, nec divitias quærentes nec agros (* nec mobilia bona, nec immobilia*) Potentes autem ſunt & verbo, & opere, nec corpora ſua polluunt macu-*

lâ

Liber 1. de orig. Muh. *lâ peccati, éſtque πολιτεία eorum bona valde, vel laudabilis.* Conf. *Hiſt. Eccl.* p. 80.

III. De fabrica. C. De *fabrica* & *uſu* Tilſemarum (ita enim vox juxta Arabicam ſcriptionem legenda) multa commemorant ſcriptores Orientales. *Muhammed. fil. Iſaac* ſcribit: زعمت طايفة من الفلاسفة وعبدة النجوم انهم يعملون الطلسمات على ارصاد الكواكب * *Putant quidam Philoſophi & Aſtrol. eos facere Tilſemath ad ſtellarum obſervationem.* Quæ quidem ſtellarum conſideratio adeò neceſſariò requiritur, ut quidam صحاب الطلسم فانه ابطل عمله بسبب انتظار الرصد الموافق لعمله * artifex Tilſemæ *intermiſerit opus, propterea quòd expectare debuerit convenientem operi ſuo conſtellationem.*

Vbi certus ſiderum ſitus & conſtellatio obſervanda.

Sic Majm. Av. Zar. c. 3. ad verba: כל הצלמים אסורין מפני שהן נעברין פעם אחת בשנה *Omnes imagines ſunt prohibitæ, quia factæ ſunt ſemel in anno*, commentatur: חושבים בעלי זר״ה המעשה כי כשתהיה השמש במעלה ממעלות הגלגל איזו מעלה שתהיה יעשה צלם לאותה המעלה על רמות הצורה המיוחסת לאותה מעלה ונראים ממנו כוחות במציאות בעיני אותה צורה והפעלים המיוחסים לה והם מקטרים לאותו צלם ומתפללים לו ומגדלין אותו בשעה שתהית השמש באותה מעלה וזה מין ממיני הצלמים ונקרא בערבי טלאסם: id eſt, *Exiſtimant authores illius operis, quòd ſi, Sole in gradu ex gradibus orbis exiſtente, ſecundùm illum gradum imago conficiatur, ad ſimilitudinem imaginis, quæ illi gradui adſcribitur, appareant ex illa imagine virtutes & effectus, qui illi figuræ attribuuntur: Vnde hujusmodi imagini adolent, eam adorant & magnificant eâ horâ, quâ Sol in illo gradu exiſtit. Atque hæc eſt ſpecies imaginum, quas Arabicè* טלאסם *appellant.* Ita c. 4. S. 7. de Sabæorum Idololatria, & harum Tilſemarum fabrica prolixè

lixè agit, uſu item, quo & mala averruncare, & bona attrahere potuerint. *Scaliger in Epiſtolis* hinc inde eandem doctiſſimè pertractat materiam: *Scito igitur*, verba ſunt Scaligeri, *non ſolùm Muhammedanos, ſed & Indos Idololatras ab ultima antiquitate nummos ſignare aut gemmas ſculpere ad horoſcopum, eáſque imagines* φυλακτηρίων, *& amuletorum loco habere: V. Gr. adverſus ictus ſcorpionum numulos, horoſcopante ſcorpione, cum imagine ſcorpionis ſignant, ut eſt apud veterem Geographum.* Et p. 377. *Priſcum hoc Magorum & Chaldæorum inventum, ut ejusmodi figuris incidendis horoſcopans ſignum obſervarent. Puta, ſi* σφαγῖδα *adverſus Scorpionum ictus fabricare vellent, non priùs id facerent, quàm horoſcopante Scorpio. Quod in libris Arabum legimus non raró.* Exempla plurima habet *Paracelſ.* in Archid. Mag. l. 1. & 2. *Harsdorfer* im Geſprechſpiel P. VI. n. 226. Vide etiam Syntag. *Seld.* de Diis Syr. l. 1. cap. 2. Στοιχεῖα autem quid ſint, ex Centiloquio Ptolomæi, ut vulgus Aſtrologorum credit, diſcimus: Τὰ ἐν τῇ γενέσει καὶ φθορᾷ εἴδη πάσχει ὑπὸ τῶν οὐρανίων εἰδῶν. Διὰ τοῦτο χρῶνται τούτοις οἱ στοιχειωματικοὶ, τὰς ἐπεμβάσεις τῶν ἀστέρων σκοποῦντες ἐπ' αὐτά. *Vultus hujus ſeculi ſunt ſubjecti vultibus cæleſtibus, & ideò ſapientes, qui imagines faciebant ſtellarum, introitus in celeſtes vultus inſpiciebant, & tunc operabantur quod debebant.*

D. Exempla ejusmodi طلسمات in Arabum ſcriptis non pauca occurrunt. Multa cumprimis, teſte *Muhammed* filio Iſaak, habuit ارض مصر والشام *Aegyptus & Syria.* *IV. Aliquot ſubjiciuntur exempla.*

Elmacinus in Hiſtoria Arabica p. m. 21. refert in Andaluſiæ quandam urbe eſſe صورة انسان فمتي لطخ وجهه بالطين طلع الما من البحر الي السور يغسل الطين *a. Ex Elmacino.*

Liber 1. de orig. Muh. عن ذلك الوجه ثم يعود الما الي مستقرة وذكر انه طلسم يمنع الما اذ يغرق تلك المدينة * *Figuram hominis,cujus facies,luto illita; per aquam ex mari ad murum uſque aſcendentem,poſteáque ad locum ſuum redeuntem; abluatur. Alii commemorant, eſſe illam Taliſman,quæ aquam, quò minùs urbs inundari poſſit,prohibeat.*

Idem author pag. 23. Hermeti tribuit imaginem,cui nomen ابو هول locatam بمصر القديمة *in veteri Mezer*,vel Mizraim, ليمنع الرمل عن مدينة مصر *ut arena ab illa arce arceatur.* Addítque,Hermetem in hac εἰκονοποιΐα,ex qua multum ad ſui temporis homines utilitatis redundârit,excelluiſſe.

b. *Chronico Samaritano.* *Author Chronologiæ Samaritanæ* CXLVI. ſcribit: ايضا منعوا السامرة من الطلوع الي الجبل وقالوا الي من طلع الي هذا الجبل يقتل وعملوا الروم علي راس الجبل طلسم وهو طير نحاس وكان يدور مع الشمس كيف ما دارت وكان اذا طلع سامرة يزعق الطير ابريوس فيعلموا ان علي الجبل سامرة فيخرجون اليه فيقتلوه * id eſt, *Prohibebantur etiam Samaritani aſcendere montem* (Garizim) *adeò ut illi, qui montem aſcendit,ſupplicium mortis annuntiârint. Collocârunt autem Romani in vertice montis Tılſem, avem nempe æneam,quæ cum ipſo Sole circumferebatur: Quòd ſi ergò Samaritanus aſcendit,clamavit avis: Hebræus! Unde colligentes,*

tes, Samaritanum in monte eſſe, egreſſi ſunt, eúmque occiderunt. Liber 1. de orig. Muh.

Jacobus Juſtus, Judæus, in explicatione Geographica terræ ſanctæ N. 908. notat: נהר כלב *Adonis, fluvius Phœniciæ notus, & à fabula Adonis ſic nominatus. Hodie dicitur fluvius Canis, ſiquidem illius regionis habitatores ſibi perſuadent, in quodam monte alto, vicinóque illi fluvio Canem ex metallo arte magica conflatum fuiſſe, & cùm hoſtium Pyratarum naves, mare illud percurrerent, latrare, cujus latratu omnes commonefactos confeſtim convenére, & ad defenſionem arma cepére, hincque nomen comparâſſe credant.* c. *Jacobo Iuſto.*

Ibn Chalican, celeberrimus Arabum Scriptor, de odio inter Barbaros, Arabes, & Andaluſios gliſcente, verba faciens, ait, cogitâſſe hos Tilſemâ hoſtes abigere, & à laribus depellere. Occaſio verò imaginis hujus ſeu Tilſemæ fabricandæ nata fuit ex conjugio filiæ cujusdam, Regis Andaluſiorum. Ambibant eam, ob elegantiam corporis, & formoſitatem, Reguli aliquot: Nam وكانت جزيرة الاندلس كثيرة الملوك لكل بلدة او بلدتين ملك* *erant tunc in Inſula Andaluſia multi reges; ſingulæ enim regiones, aut binæ, ſuum habebant regem:* Unde pater ejus, inter ſacrum hærens & ſaxum, dubius fuit quò ſe verteret: facilè prævidens, cuicunque ſuam locaret filiam, cum reliquorum id futurum ingratiis. Accerſit igitur filiam, eíque negotium exponit. Illa parentem ἀποροῦντα mox bono eſſe jubet animo. Promittit, ſe in negotio hoc intricato ita verſaturam, ut absque ulla illud fiat aut infamiæ nota, aut amiſſæ apud procos gratiæ periculo. Quid ergò, inquit Pater, factu opus cenſes? Concepi, reſpondit illa, animo meo aliquid, quo ſine repulſam feret, quisquis ſpe fidei meæ conjugalis ducitur: Conſtitui nempe, nulli nubere, niſi ſapientiæ laude clariſſimo. Hæc filiæ conditio, ad Regulos perſcri- d. *Ibn Challican.*

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh. pta, plerorumque mentem mutat. Omnes enim, duobus exceptis, vel nullius, vel exiguæ ſibi ſapientiæ conſcii, ſpem abjiciunt, procaréque deſinunt. Duo verò ſapientiæ laudem ſibi haud obſcurè vendicant. Unde cùm patri aqua iterum hæſiſſet, dixit: هذان الملكان حليمان ايهما ارضيته اسخط الاخر *ex duobus illis Regibus ſapientibus quemcunque elegeris, in alterius offenſam incurres.* Illa verò reſpondit. Utrique eorum ingenioſum aſſignabo opus, ei verò, qui prior illi colophonem impoſuerit, maritum promittam fœdus & fidem. Ecquod illud? rogat pater. Reſpondit: اننا ساكنون بهذه الجزيرة ونحن محتاجون الي رحا تدور بها واني مقترحه علي احدهما ادارتها بالما العذب الجاري اليها من ذلك البر ومقترحه علي الاخر ان يتخذ لي طلسما تحصن به جزيرة الاندلس من البربر واستطرب ابوها اقتراحها وكتب الي الملكين بما قالته بنته واجابا الي ذلك وتقاسماه علي ما اختار وشرع كل واحد في عمل ما اليه من ذلك واما صاحب الرحا وانه عمد الي ضرب عظام اتخذها من الحجارة ونضد بعضها الي بعض في البحر المالح الذي بين جزيرة الاندلس والبر الكبير في الموضع المعروف بزقاق سبتة وسلك الفرج التي بين الحجارة من البر

البر الي الجزيرة واثاره باقية الي يومنا هذا في الزقاق التي Liber 1. de orig. Muh.
بين سبتة والجزيرة الخضر واكثر اهل الاندلس ان
هذا اثر قنطرة الاسكندر في ان قد عملها ليعبر عليه
الناس من سبتة الي الجزيرة والله اعلم اي القولين
اصح ولما ثم تنضيد الحجارة للملك الحكيم جلب اليها
الما العذب من موضع عالي في الجبل بدبر الكبير وسلطه
في ساقية محكمة البنا وبنا بجزيرة الاندلس رحي على
هذا الساقية واما صاحب الطلسم فانه ابطل عمله
بسبب انتظار الرصد الموافق لعمله غير ان عمل امره
واحكمه وابتنا بنيانا مربعا من حجر ابيض علي ساحل
البحر في رمل حفر اساسه ان جعله تحت الارض
بمقدار ارتفاعه فوق الارض ليثبت * id eſt, *Ecce, habitamus hic in Inſula, molæ, quæ in gyrum ſe volvat, indigi. Alteri ergò eorum excogitandam injungam ejusmodi molam, quæ cirumvolvatur aquâ dulci, qua ex hoc deſerto ad eã fluat. Alteri verò inveniendam relinquam Tilſemam, quâ Inſulam Andaluſiæ ab irruptione Barbarorum muniat. Pater ingenioſo hoc invento gaudet, ſcribítque Regibus iſtis omnia, quæ filia ejus dixerit. Qui ipſi quoque in eo acquieverunt, juramentum, ut in eo, quod elegit, perſiſteret, ab eo exigentes. Quisque ergò eorum opus ſuum feſtinanter abſolvere cogitavit. Author molæ, rudera quæſivit oſſium, quæ in antris aut foſſis reperta, alia aliis ſuperſtruxit in mari ſalſo (quod eſt inter inſulam Andaluſiam, & deſertum magnum, in loco cui no-*

 men

Liber 1. de orig. Muh. *men Zekak-Sobta, & Sald-alpergh, quæ eſt inter foveas*; antra, aut terram lapidoſam; *deſerti) ad Inſulam. Rudera ejus in hunc uſque diem ſuperſunt Zekaki, quæ inter Sobta, & Ghezirat-alchoder: Plerique tamen Andaluſii credunt, eſſe hæc rudera Pontis Alexandri, quem fecerat, ut per eum tranſiret flumen ex Sobta ad Inſulam. At Deus novit, utrum dictum verius ſit. Lapidibus autem ſic ritè à Rege Sapiente diſpoſitis, derivabatur ad eos aqua dulcis ex loco elato in monte deſerti magni, quam coercuit in rivulum artificiosè conſtructum. Atque ſic molam in Inſula Andaluſia ſuper hunc fluvium erexit. Interim author* Tilſema, *opus intermittere fuit coactus, quia expectare debuit obſervationem congruentem* (tempus opportunum) *operi ſuo. Abſolvit nihilominus & ille negotium ſuum, illúdque firmavit, extructo opere quadrato ex lapidibus albis ad littus maris. In arena fodit fundamentum ejus, ita ut ſubtus terram poneretur eadem altitudine, quâ ſupra eandem eminuit, quò ſic* (ſtructura) *firmior eſſet.* Cúmque opus hoc ſuum quadratum ad finem optatum perduxiſſet, Tilſemam quoque formavit, رجل بربري *virum* nempe *Barbarum*, barbâ & pilis Maurorum more, nigris & criſpis. شاهق في الهوا طوله نيف عن ستين دراعا او سبعين دراعا *In aëre procerus eminebat: Longitudo quippe ſexaginta, præter propter, cubitorum fuit, aut ſeptuaginta.* Artificioſiſſima omnia erant; id cumprimis, quod مديدة اليمنى بمفتاح تقفل قابض عليه مشيرا الى البحر كانه يقول لا عبور وكان من تاثير هذا الطلسم في البحر ولا كانت تجري فيه قط سفينة بربري حتي سقمت المفتاح

Liber 1. de orig. Muh.

من يده * المفتاح *dextra ejus fuerit extenſa cum clavi ſeræ, quam ille tenebat, nutúque, quaſi, in mari vergens, ſignificabat :* Nemo hic tranſeat. *Sunt autem hujus Tilſemæ quædam reliquiæ in mari. Neque ulla unquem acceſſit navis Barb. quin de manu ejus ceciderit clavis.* Quem verò tandem finem res fuerit ſortita, author ſequentibus exprimit verbis : وكان
الملكان العاملان للرحا والطلسم يتسابقان الي التمام
من عملهما اذ كان بالسبق يستحق التزويج
وكان صاحب الرحا قد فرغ لاكنه يخفي امره
عن صاحب الطلسم حتى لا يعلم به ويبطل الطلسم
فلما علم باليوم الذي يفرغ صاحب الطلسم في اخره
اجري الما بالجزيرة من اوله وادار الرحا واشتهر ذلك
واتصل الخبر بصاحب الطلسم وهو في اعلاه يصقل
وجهه وكان الطلسم مذهبا ولما تحقق انه مسبوق
وضعفت نفسه وسقط عن اعلا البنا ميتا وحصل
صاحب الرحا علي المراة والرحا والطلسم * *Duo verò iſti Reges tum molæ, tum Tilſemæ ſtructuræ intenti, ſe invicem in abſolutione operis ſtudebant antevertere. Illi enim, qui primò ad finem opus perduxiſſet, conjugium merebatur. Author ergò molæ cùm finem operi impoſuiſſet, hoc ipſum tamen fabrum Tilſemæ celavit, ne id reſciſcens, Tilſemam deſtrueret. At poſtquam innotuit ei dies, quo author Tilſemæ ultimam fabricæ admovit manum, fluere facit aquam in Inſula, inde à principio ejus, molámque circumvolvit* (agitavit :)

Quòd

Liber 1. de orig. Muh. *Quòd ubi percrebuiſſet, famáque ad authorem Tilſemæ perveniſſet, fuit is in faſtigio ejus, vultum expoliens: Erat atem Tilſema inaurata. Cúmque certò jam ſe præventum videret, animi deliquium paſſus de faſtigio ædificii decidit mortuus. Atque ſic mulier* (filia Regis) *obtinuit authorem molæ, molam & Tilſemam.* Alias etiam Andaluſii, ad depellendos, vel deterrendos potiùs, Barbaros fecerunt Talismas في اوقات اختاروا ارصادها *iis temporibus*, quorum *ſingulares elegerunt obſervationes*, de quibus Arabici Scriptores conſulendi.

e.Seldeno. Unum tantùm adhuc addemus, cujus meminit *Seldenus* pag. 109. de Diis Syris. *Idem putandum eſt*, ſcribit, *de ſtatuæ capite; quod Gerebertus ille Rhenenſis primùm, deinde Raven. Archiepiſcopus, & poſtea Pontifex Maximus, Sylveſter ſecundus dictus, à Saracenis Hiſpanienſibus, ídque ad humanæ curioſitatis ſatietatem edoctus, in oraculum ſibi conflavit. G. Malmesburienſis de geſtis Regum Angliæ II. c. X.* de Gereberto fama diſperſit, fudiſſe ſibi ſtatuæ Caput, certa inſpectione ſyderum; cùm videlicet omnes Planetæ exordia curſus ſui meditarentur, quod nonniſi interrogatum loqueretur, ſed vel affirmativè vel negativè pronunciaret. Verbi gratiâ, cùm diceret Gerebertus, ero Apoſtolicus? Reſponderet ſtatua. Etiam. Morior antequam cantem miſſam in Jeruſalem? Non. *Sed reſponſo de mortis tempore, deceptus eſt. Cogitavit enim ille urbem Jeruſalem. Oraculum autem ſacras ædes ſic dictas Romæ voluit.*

V. Taliſmata Arabum ſunt Hebræorum Teraphim. Patet hinc Tilſemarum non tantùm multiplicem apud Orientales fuiſſe uſum; ſed etiam eaſdem, veriſimiliter Hebræorum eſſe תרפים Teraphim, quorum quindecim in locis per contextum ſacrum V. Teſt. mentio fit. Aſſertionis noſtræ aliquot ſubjiciemus rationes.

I. Tilſemæ Arabum nonniſi certo tempore conficiebantur, ut diximus ſuprà pag. 190. Idem de Hebræorum תרפים mo-

monent Rabbini. R. *Sol.* comment. 2. Reg. XVIII. 24. ſcribit: העושה אותן צריך לכון שעה אחת ושנה אחת ראויה לכן *qui faciebat ea (*Teraphim*) opus habebat reſpicere horam certam, & annum certum, rei convenientem. Id.* Hos. III. verſ. 4. תרפים הם צלמים הנעשים בכוון שעה אחת העשויה לכן *Teraphim ſunt imagines factæ intentione alicujus horæ, ad id factæ. Aben Eſra*, Comment. in Geneſ. XXXI. אחרים אמרים כי יש כוח בחכמי המזלות לעשות צורה בשעות ידועות ותדבר הצורה; *Alii dicunt, eſſe virtutem in Aſtronomis faciendi imaginem certis horis, ita quidem ut illa loquatur.* Et in lib. *Zohar* in Geneſin אמר ר' יהודה לא אתעבידו אלא בשעתי ידיען *Dixit R. Jehuda : Non conficiuntur (*Teraphim*) niſi certis horis.* Libe 11. de orig. Muh.

II. Tilſemæ Sabæorum erant quidem ut plurimùm *Dii Averrunci :* Iisdem tamen χρηματισμῶν, vel oraculorum officium tribuebatur. De Teraphim certiùs hoc eſt, quàm quod multis debeat probari. Hinc LXX. vocem Hebræam in *Hoſea* Δήλως (quo nomine Urim etiam iis vocatur 1. *Sam.* XXVIII. quod per Δήλωσιν eadem mente *Exodi* cap. XXVIII. redditur) vertunt. In *Zacharia* verò τοὺς ἀποφθεγγομένους. Sic *Hoſ.* III. verſ. 4. Chald pro תרפים, habet מחוי *indicans*, futura nempe. R. *Sol. Jarchi* l. cit. תרפים צלמים שמדברים על ידי כשפים *Teraphim ſunt imagines, quæ magorum operâ loquebantur.* Ita ad *Ezech.* XXI. 21. *Hoſ.* III. 4. & R. *David Kimchi* 2. Reg. XXIII. 24. התרפים הם צלמים העשוים לדעת עתידות *Teraphim ſunt imagines factæ ad cognoſcendum ex iis futura.* Aliter quidem alii de uſu & fabrica Teraphim loquuntur, quorum tamen ſententias hoc loco examinare noſtri inſtituti non eſt. Ea, quæ dicta ſunt, ſatis probabilem reddunt conjecturam, Zabæorum Talisman, Hebræorum eſſe Teraphim.

D. Probatur exemplis perpetuam ferè inter legem Moſis & ritus

Antequam verò capiti huic finem imponamus, rem Theologiæ ſtudioſis haud ingratam nos ſuſcepturos ſperamus, ſi quando, Maimonidis exemplo excitati, probemus, præcepta legis

Liber 1. de orig. Muh. *Sabæorum eſſe antitheſin. Exemplo Majmonidis.*

legis Moſaicæ, & affirmativa, & negativa cumprimis, ἀντίθεσιν ſæpiſſimè expreſſam continere rituum & ceremoniarum Zabæorum. *Majmonidis* verba ex comment. in Miſch: Av. Zar. cap. 4. S. 7. ita habent: ועקר זה באומה הנקראת צאבים והם האומה שיצא אברהם אבינו ע״ה מביניהם וחלק על טעותם וסברתם המקולקלת במה שנתן האלהים מלבו מן החכמה והיו מגדלין ומכבדין הכוכבים ומיחסין בהם פעולות שאינן להם ואם שכתבו ספרים בדיני הכוכבים והכשוף והשבעות והמזלות הרוחניות ודבר הכוכבים והשדים והגרב העתידות מעונן ומנחש על רוב מיניהם ושאלת המתים והרכבת מכיוצאבזה ששלפה התורה האמתית הרבה עליהם והכריתה אותם: id eſt, *Radix hujus* (idololatriæ) *eſt apud gentem, quam Sabæam vocant, quæ gens eſt, ex qua egreſſus eſt Abraham pater noſter p.m. & diſputavit contra eorum errorem & ſententiam perverſam, pro ea, quam Deus ex corde ejus dedit, ſapientia: Honorabant autem & venerabantur ſtellas, iiſque operationes, quas non habebant, tribuebant. Scribebant etiam libros de ratione*

Libri quidam Sabæorum.

ſtellarum, de magia, exorciſmis, aſtris ſpiritualibus, (certè ſolus Ibn-Vahſchjia de his ferè omnibus ſcripſit: Tribuitur enim illi كتاب طرد الشياطين *liber de expellendis Dæmonibus:* كتاب سحر الكبير *liber de magia major:* كتاب سحر الصغير *liber de magia minor:* كتاب مذاهب الكلدانيين في الاصنام *liber rituum Chaldaicorum circa imagines:* كتاب الاسرار في السحر *liber arcanorum magicorum:* كتاب الفلاحة الكبير والصغير *liber de cultu magnus & parvus:* Aliâs etiam habentur, مرافع النجوم في الطلسمات من اهل بابل* *utilitates aſtrorum*

rorum in Tilſemis, à populo Babel: كتاب الحراني يوجد عند اليهود في احكام النجوم* *Liber Harranæus, qui apud Judæos reperitur, de aſtronomia judiciaria*, & plures alii, quorum meminit ابو معشر البلخي *Abumaſar*, vulgò dictus *Balchæus*) *de ſermone ſtellarum & dæmonum, prædictione futurorum, de hariolo & augure, ſecundùm varias eorum ſpecies, de rogatione mortuorum, & ſi quæ ſunt hujus farinæ alia, contra quæ lex vera gladium ſuum ſæpius ſtringit, eáque excindit.* Et clariùs *More Nev.* l. III. cap. 29. *Dico, quòd multarum legum rationes & cauſæ mihi innotuerint ex cognitione fidei, rituum & cultus Zabiorum.* Videamus igitur exempla.

Liber 1. de orig. Muh.

I. *Levit* XXI. v. 5. legimus: *Non decalvabunt calvitium in capite ſuo, & extremitatem barbæ ſuæ non radent, & in carne ſua non incident ullam inciſuram.* At de Sabæis ſcribit *Muhammed ben Iſaac*, pag. 20. ان يحلقون نفوسهم بالمواسي او بالنورة وكان فيهن نسوة اذا هن يتزوجن الازواج يحلقن نفوسهن علي مثل ذلك * *quòd ſe radant novaculis, aut igni notam ſibi inurant: Sunt etiam mulieres, quæ viris nubentes, ſe eodem quoque modo radunt.*

Talis ἀντίθεσις occurrit 1. Levit. 21 de tonſura.

II. *Levit.* XI. verſ. 7. interdicit Deus *eſum & uſum carnis ſuillæ*: At Zabæi, teſte *authore* citato, certo quodam die ياكلون كلما وقع في ايديهم من لحوم الخنازير* *edunt, quicquid manibus eorum obvenit, è carnibus ſuillis.*

2. Lev. XI. de carne ſuilla.

III. *Levit.* XIX. verſ. 26. *Deut.* XVIII. verſ. 14. & alibi, graviſſimè Deus populum ſuum dehortatur à חוברי חבר *Magis*;

4. Lev. 19. de Magis & hariolis.

Liber 1. de orig. Muh.

gis ; ידעונים *Ariolis* ; מכשפים *Incantatoribus* ; מנחשים *auguribus* ; מעוננים *Præſtigiatoribus*, tum aliis de cauſis,tum etiam,ne quid commune haberent cum Zabaiſtarum Idololatria,quæ in hoc quidem genere maximè luxuriabat. *Majm.* More Nev. P. III. cap. 27. *Porrò ſecundùm ſententias illas Zabiorum erexerunt ſtellis imagines,& Soli quidem imagines aureas,Lunæ verò argenteas,atque ita metalla & climata terræ inter ſtellas partiti ſunt. Dixerunt enim,Climatis N. Deum eſſe ſtellam N. Deinde ſacella ædificaverunt,imaginésque in illis collocârunt, arbitrantes,vires ſtellarum influere in illas imagines,eáſque intelligendi virtutem habere,hominibus Prophetiæ donum largiri,ac denique,quæ ipſis utilia ac ſalutaria ſunt,indicare. Ita dicunt de arboribus,quæ ſunt ex portione ſtellarum illarum ; cùm arbor quædam ſtellæ alicui dedicatur,nomini ejus plantatur,& hoc vel illo pacto colitur, quòd virtutes ſpirituales ſtellæ in arborem illam infundantur, ita ut ſecundùm modum Prophetiæ cum hominibus, ut prophetent,loquatur,& inſomnio etiam illos alloquatur. Atque hi ſunt Prophetæ illi Bahalis,& Prophetæ lucorum,quorum in libris ſacris fit mentio. Atque ex hac imaginationum ſpecie ortæ ſunt ſententiæ aliæ, è quibus fuerunt Præſtigiatores* (מעוננים) *Augures* (מנחשים) *Aſtrologi* (מכשפים) *Incantatores* (חוברי חבר) *Conſulentes magos, Arioli* (ידעונים) *& quærentes ex mortuis*, de quibus omnibus prolixiùs agit c. XXXVII.ubi tres operum Magicorum conſtituit Claſſes,quarum *prima verſatur circa plantas,animalia & metalla*: ſecunda *conſiſtit in circumſcriptione & determinatione temporis* : tertia *in geſtibus & actionibus humanis, ac ſaltatione, manuum comploſione,clamore,riſu*,&c.quæ omnia ex Zabæorum libris illuſtrat.

4. Lev. 17. de ſacrificiis Dæmonum.

IV. *Levit.* XVII. verſ.7. ait Deus ; *Et non ſacrificabunt ultra ſacrificia ſua* שעירים *hircis*,id eſt, Dæmonibus,hircorum forma apparentibus. At ex Sabæis, ut ſcribit *Majm.* l.

cat.

cit.cap.XLVI. كانت طوايف يعبدون الجن ويعتقدون انه يتشكل صورة العنوز ولذلك كانوا يسمون الشعيريم * fuerunt quidam, qui *Dæmones colebant, credentes, formam eos hircorum habere, ac propterea eos* Seirim (שעירים) *appellabant.* Liber 1. de orig. Muh.

V. *Levit.* XI. Deus *eſum certorum animalium conceſſit,* quæ impunè *Judæis* licuit mactare. At Zabæis illa in honore erant. *Maj.* P.III.c.30. علة تعظيم עובדי ע״ז للبقر انما هو من اجل نفعها في الفلاحة حتي قالوا لا يجوس ذبحها * *Cauſa verò, propter quam Idololatræ magnifaciunt bovem, eſt uſus, quem præbet in agricultura, adeò ut dicant, non licere eum mactare.* Confer etiam c.XLVI ubi tamen errat, ſi negat, *Zabæos ne quidem in ſacrificiis bobus & ovibus locum dediſſe.* 5. Lev. 11. de uſu beſtiarum.

VI. Dedit Deus Iſraëlitis in mandatis, *ut haberent ſua φυλακτήρια, membranas, quibus certos legis verſus inſcriberent,* atque adeò mandata divina recenti ſemper memoria colerent. At Sabæi, auctore *Muhammed filio Iſ.* p.20. alia quædam circumferebant amuleta, *alam pulli, in delubro ſacrati vel mactati, ſiniſtram* ويعلقونه في اعناق الصبيان وقلايد النسا وعلي اوساط الحوامل ويزعمون ان هذا حفظ وحرز عظيم * id eſt, *quam ſuſpendebant de collis puerorum, & cingulis collorum muliebrium: Cingunt item eâ lumbos prægnantium, exiſtimantes magnum eſſe proëbium & amuletum.* 6. De φυλακτηρίοις.

VII. *Levit.* II. verſ. 13. jubet ſacrificia *ſale condire, mel verò & panem fermentatum à ſacrificiis abeſſe,* quia, ut Maj. 7. Levit. 2. de ſacrificiis ſale condiendis.

Digitized by Google

Liber 1. de orig. Muh.

P. III. cap. 46. ait, Idololatræ, لا يقربون خبزا الا خميرا ويختارون بتقريب الامور الحلوت ويلوثون قرابينهم بالعسل * *nonniſi panem fermentatum offerebant, & in oblationibus ſuis res dulces eligebant, ſacrificia ſua melle inungentes.*

8. *De Sanctuario extruendo occidentem verſus.*

VIII. Scribit Majm. P. III. cap. 45. *Sanctum Sanctorum fuiſſe versùs occidentem*, quia Idololatræ, vel Solicolæ potiùs, Numen ſuum, id eſt, Solem adoraturi, ad orientem ſe converterint. Locus ſic habet: ومعلوم ان עובדי ע״ז كانوا يقصدون لبنيان هياكلهم واقامة صورتهم في اعلى موضع يجدونه هناك על ההרים הרמים ولذلك ميز אברהם אבינו הר המוריה لكونه اعلى جبل هناك واعلن فيه بالتوحيد وخصص وحددها لعين الغرب لان קדש הקדשים في الغرب وهو معني قولهم שכינה במערב فقد بينوا ז״ל في גמרא יומא ان אברהם אבינו حدد القبلة اعني בית קדש הקדשים وعلة ذلك عندي انه لما كان الراي المشهور في العالم حينيذ عبادة الشمس وانها الالاه فلا شك ان كان الناس كلهم يستقبلون الشرق ولذلك استقبل אברהם אבינו الغرب في הר המוריה اعني في المقدس حتي يستدبر الشمس * *Conſtat, Idololatras deſtinâſſe ædificandis templis ſuis, & erectioni imaginum, loca excelſa, quæ ibi reperiebant in monti-*

bant

bus altis. Hac de cauſa elegit Abraham, paternoſter, montem Moriah, propterea quòd altiſſimus eſſet mons, in quo publicè profeſſus eſt fidem de unitate. Atque hunc proprium ſibi eſſe voluit, terminúmque ſibi conſtituit ad occidentem, quia Sanctum Sanctorum futurum erat ad occidentem. Atque hoc eſt quod dicunt; Majeſtas divina eſt in occidente. *Expreſſè etiam etiam docent Magiſtri noſtri* p.m. in Gemara Joma, *Abrahamum patrem noſtrum reſpectum hunc Sancto Sanctorum definiiſſe. Cujus rei cauſa, meo judicio, eſt, quòd cum recepta tunc fuerit opinio in mundo colere Solem, eúmqne pro Deo habere, ſine omni dubio omnes homines ſe converterint ad orientem: propterea Abraham pater noſter occidentem in monte Moriah*, id eſt, *Sanctuario reſpexit, ut Soli tergum obverteret.* Liber 1. de orig. Muh.

IX. *Exod.* XXVIII. v.42. امر الكهنيم بعمل سراويل לכסות בשר ערוה عند العودة ✱ *Pracepit* (Deus) *ſacerdotibus, ut facerent femoralia ad tegendam carnis nuditatem, quando cultui vacarent*, ſcribit *Majm.* c. 45. P.III. quia cultus Peor peragebatur بكشف العروة *retectione verendorum.* Arabes etiam veteres nudos Sacra ſua celebrâſſe, diximus ſuperiùs p.159, 9. *Ex.28. de cultu peragendo ſacro.*

X. *Levit.* XVII. verſ. 10. & XX. 3. ſeverè Deus *ſanguinis eſum interdixit.* At hoc ipſum quoque Sabæorum ſacris fuiſſe oppoſitum *Majm.* commemorat P.III.c.46. واعلم ان الصابة كانت تسترجم الدم جدا ومع ذلك كانوا ياكلونه لزعهم انه غذا الشياطين واذا اكله مو اكله واخي الجن وياتونه ويعلمونه الكاينون كما يتخيل 10. *Lev.17. de interdicto ſanguine.*

Liber 1. de orig. Muh. يتخيل الجمهور من امور الجن وكان ثم قوم يعظم عندهم اكل الدم لانه شي تعافيه طباع الانسان وكانوا يذبحون حيوانا ويجمعون دمه في انية او في حفرة وياكلون لحم ذلك الذبيح حول ذلك الدم والخيال في هذا الفعل هو الجن تاكل ذلك الدم هو غذاها وهم ياكلون اللحم وتحصل المواخاة لكون الكل اكلوا علي مايدة واحدة وفي جمع واحد فياتوهم بزعمهم اولايك الجن في المنام ويخبرونهم بالغيوب وينفعونهم * *Scito, Sabæos ſanguinem quidem tanquam rem execrandam valde fuiſſe averſatos, at nihilominus eundem edebant, credentes cibum eſſe Dæmonum, eúmque, qui ederit, fratrem ſeu familiarem fore Dæmonibus, ita ut eum accedant, futuráque ſignificent. Atque hæc vulgus fingere ſolet in negotiis Dæmonum. Alii tamen ſunt, quibus eſus ſanguinis (utpote cui ipſa hominum parcit natura) difficilis videtur; Illi verò beſtiam aliquam mactantes, ejus colligunt ſanguinem in vaſe aut ſcrobe, carnem verò illius ſacrificii circa hunc ſanguinem edunt, exiſtimantes, in hoc opere ipſos Dæmones ſanginem edere, tanquam cibum ſuum, edentibus illis carnem. Atque ſic,* credunt, *fraternitatis vinculam conſtringi, quia omnes in una edunt menſa, & in uno conſeſſu. Hi etiam Dæmones, ut opinabantur, eos accedebant in ſomno, ſecreta iiſdem indicabant, & multa commoda afferebant.* Propterea, ait, *Majmonides* حرمت اكل الدم ولكدت في تحريمة مثل التاكيد في النهي عن זרע *prohibetur eſus ſanguinis,*

&

& confirmatur interdictum ejus eodem modo, quo confirmatur interdictum de Idololatria. Liber 1. de orig. Muh.

XI. *Num.* XXVIII. v. 15. hircus in Novilunio oblatus dicitur חטאת ליהוה *ſacrificium pro peccato ipſi Domino*, quæ poſtrema verba aliis principalium Feſtorum Sacrificiis cùm non legantur addita, tacitam includere *αἰνίϑεσιν* exiſtimat *Majm.* P. III. cap. 46. ne videlicet quis يتخيل في שעיר ראש חדש انه قربن للقمر كما كان تفعل قبط مصر من التقريب للقمر في اوايل الاشهر بين فيه ان هذا الامر الله لا للقمر وما يتوقع هذا التوقع في שעירי הרגלים وغيرها اذ وتلك الايام ليست اوايل الاشهر ولا لهم علمة طبيعية يميزها * *exiſtimaret, hircum Neomeniæ offerri Lunæ, ſicut facere ſolebant Koptitæ in Aegypto, quæ initio menſium Lunæ offerebant. Propterea expreſſè explicatur, hoc* Deo *conſecrari, non verò Lunæ. Hoc verò in hircis feſtorum majorum, aliiſque ſolennitatibus non eſſe extimeſcendum, ſiquidem tales dies non ſint initiales menſium, neque ſignum habeant naturale, quo diſtinguebantur.*

11. Num. 28. de hirco Novilunii.

XII. Ne induat *mulier veſtimenta viri*, probibet Deus, *Deuter.* XXII. verſ. 5. Nam, ut ſcribit Majm. P. III. cap. 47. تجده في طمطم يامر ان يلبس الرجل ثوب امراة مصبوغ عند ما يقف للزهرة وتلبس المراة الدرع والات السلاح عند الوقوف للمريخ * *Invenies hoc in Tumtum* (codex Hebræus R. Samuel Aben Tybbon, qui ex Arabico librum tranſtulit, habet ספר טומטום *liber Tumtum*, pro quo vetus translatio Latina malè habet liber *Centir*) *ubi jubet virum induere*

12. Deut. 22. Ne mulier veſtes induat viri.

Q q

Liber 1. de orig. Muh.

duere habitum mulieris promiſſum (Aben Tybbon. *Arab.* legit מצבוע unde vertit, צבוע *coloratum*) *quando ſtat coram Venere; & induat mulier loricam & arma bellica, quando ſtat coram Marte.* Exemplar Hebræum habet, *coram ſtella Veneris, & Martis.* Unde Clariſs. *Seldenus* in Syntag. pag. 282. verbis Hebraicis ſubjecit: *Venus & Mars eisdem nominantur vocabulis, quibus Aſtronomis Judæorum ipſæ nuncupantur ſtellæ. Sed Arabicè librum illum conſcripſit Majmonides, quem Ebraicè vertit R. Samuel Aben Tybbon, ut docet nos V. Cl. Johannes Buxtorfius. Quænam igitur fuerint ipſiſſima authoris ab eo citati vocabula, planè neſcimus. Neque enim Codicem Arabicum vidiſſe mihi hactenus contigit.* Variat omnino autographum Arabicum hîc loci nonnihil à translatione Hebræa, ut diximus.

13. De non traducendis per ignem filiis.

XIII. Interdictum de non *traducendis per ignem liberis* itidem vult *Majmonides* l. cit. oppoſitum eſſe veterum iſtorum Idololatrarum conſuetudini. Locus Arabicè ita ſonat:

فقد علم من طبيعة على عموم ان اشد حذرهم وخوفهم
انما هو على ذهاب المال والولد ولذلك اشهروا عبدة
النار في تلك الازمنة ان كل من לא יעביר בנו או בתו
באש يموتون اولاده فلا شك ان من اجل هذه الشناعة
بادر كل احد لفعله لشدة الشفقة والتوقع على الولد
والنزاهة ذلك الفعل وسهولته لان ليس ثم شي الا
تجييزه على النار واعلم ان اثار ذلك الفعل الباقية
الى اليوم لشهرته كان في العالم انت ترى القوابل
تلفذون الاصاغر في القماط ويلقون بخورا ليس بالطيب
الريح

الريح الي النار ويحركن الاصافر على ذلك البخور من فوق النار وهذا ضرب من העברה באש بلا شك *

Liber 1. de orig. Muh.

id eſt, *Conſtat autem ex natura hominum in genere, quòd maxima eorum cura ſit & ſolicitudo propter amiſſionem opum & liberorum. Propterea Ignicolæ eo tempore ſparſerunt, omnes illius, qui filium ſuum aut filiam ſuam per ignem non traducat, liberos morituros. Ac proinde nullum eſt dubium, quin propter* (tantam jacturam) *tantum malum unusquisque facere hoc feſtinârit, tum impulſus amore, tum etiam metu amittendorum liberorum excitatus. Acceſſit negotii facilitas. Nec etiam neceſſe erat, niſi traductione per ignem. Scito autem, hujus operis veſtigia ſupereſſe etiamnum manifeſta ſatis in mundo. Vides enim obſtetrices ſumere puellos faſciis involutos, ac per ſuffitum ingrati odoris, igni injectum, ſupráque aſcendentem eosdem movere. Quæ procul dubio ſpecies eſt traductionis per ignem.*

XIV. Quòd Deus *Lev.* XIX. v. 23. Iſraelitis præcepit *comburere fructus, qui tribus primis à plantatione annis provenerunt*; ideo factum ſcribit *Majm.* libr. 1. quia Idololatræ

14. Lev. 19. de comburendis trium primorum annorum frugibus.

سنوا ان تكون شجرة واحدة للمعبود وهي الاشره توخذ غلتها ويقرب بعضها ويوكل بقيتها في بيت عتر *

ſanciverunt, ut arbor aliqua, אשרה *dicta, coleretur, cujus fructûs pars offeratur, pars verò in delubro edatur.* Idem etiam fieri ſolebat de primitiis, credentes, omnem arborem perituram, cujus primitiæ hoc modo non conſecrarentur.

Eadem ratio interdicti כלאים *heteregeneorum*, id eſt. ut *Majm.* explicat הרכבת אילן באילן *inſitionis arboris in arborem, Levit.* XIX. v. 19. *Aſcheroth*, de quibus *Majm.* P. III. cap. 45. *Pollutionum*, Id. c. 47. *Carnis cum lacte non comedendæ*, Id. c. 48 aliorúmque id genus, in quibus id, ex mente *Majmonidis*,

Et aliis id genus rebus.

Liber I. de orig. Muh.

nidis, Deus ſtuduit, ne quicquam Judæi cum cæteris gentibus haberent commune. Ipſe tamen in omnibus ſibi non ſatisfecit. *Particularia quod attinet*, ſcribit *More Nev.* P. III. c. 49. *quorum cauſæ nobis ſunt abſconditæ, & mihi utilitas illorum ignota, id inde provenit, quòd res auditæ non ita ſe habeant, ſicut res viſæ oculis & perceptæ. Hac de cauſa non ſunt ea ita ſolida, quæ ego per auditum de ritibus Zabiorum ex literis ipſorum ſcio & didici, ſicut ſunt apud illos, qui ipſimet opera illorum viderunt, inprimis cùm illæ opiniones & ſectæ mille ab hinc annis interierint & nomina illorum deleta ſint.*

Hæc de *Sabæis*, de quibus in noſtris authoribus vix σκοτεινὰ ἀκουὰ remanſerunt. Ex ſcrupoſis proinde ſalebris, longæva antiquitate obſitis, erui debent. Et quamvis ferè abſtemium eſt, ut purioris nectaris, ita etiam Orientalis antiquitatis, vulgus ac ſcriptionis ſubventaneæ magis fece vappáque capitur; ſemper tamen ſunt aliqui, qui non tantùm ea, quæ retrimentum illud impudentiæ & inſcitiæ, Muhammed, in vulgus ſparſit, ſed & veterum Arabum ſacra perſpecta habere cupiunt. Quòd quantæ ſit aleæ, facilè illi æſtimabunt, qui nôrunt, cum blattis ferè & tineis hîc pugnandum, quibus ejusmodi ſcripta eripienda & in lucem protrahenda ſunt. Sed in quos nos caſſes induimus? Finis tandem *primo* Hiſtoriæ noſtræ Orientalis *libro*, de *origine Muhammedis* imponi debet, & ad ſecundum de *Muhammedis Pſeudo-Prophetia* properandum.

HI-

HISTORIÆ ORIELTALIS LIBER II.

De MUHAMMEDIS PSEUDOPROPHETIA.

Caput I.

De MUHAMMEDIS EDUCATIONE, itinere Syriaco, novæ Prophetiæ ominibus., Conjugio & liberis.

Compendium Hiſtoria de educatione ex Elmacino *proponitur.* Abunazarus *in hac materia totus ferè fabuloſus eſt, enarrans* 1. *Quomodo patruus de dote ſolicitus cum* Atecha *amita Chadighæ operam ejus obtulerit.* 2. *Quòd* Chadigha *famulum hunc ſecundùm quietem jam notum lubenter exceperit.* 3. *Quòd liberale ei ſtipendium* Chadigha *deſtinârit.* 4. *Quòd patrui ædes* Muhammed *reliquerit.* 6. *Quòd Syriacum iter fuerit ingreſſus.* 6. *Ex prodigio pro propheta fuerit agnitus.* a. *à Monacho.* b. *à Iudæis.* 7. *Quòd ab Angelo* Meccam *ſit translatus.* 8. *Quòd* Chadighæ *matrimonii vinculo fuerit copulatus. Proles ejus ex* Chadigha. *Negant quidam Muhammedem fuiſſe in Syria, quos refutat* a. Abunazarus. b. Ahmed Ibn-Edris. c. *Ioh. de* Breitenbach. d. Georgius, *Monachus. Quid præſtiterit in illo itinere Muhammed.*

DE certamine pro Muhammedis educatione, ad quam omnia ſuam operam obtuliſſe ſcribuntur elementa, acriori quàm pro Homeri patria, videri poteſt libellus ille de *Generat. Muhammedis* ab *Hermanno* translatus pag. 209. In his enim *Varia de Muhammedis educatione ſcribuntur.*

 tri-

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

tricis diu morari nolumus: Sunt illæ dignæ, quæ authoribus ſuis relinquantur. Nos ea duntaxat, quæ ad ſcopum noſtrum faciunt, ex ejusmodi excerpemus authore, qui authoritatem ſuam tam portentoſis fabulis deflorari, aut periclitari non patetur: unde nulla malæ fidei ſubeſſe poteſt ſuſpicio. Ex hujus ergò mente, *Muhammed*, filius *Abdallæ* poſthumus, cum matre vidua ſex vixit annos. Deinceps ab avo *Abdolmutleb* per biennium, patruo verò *Abutaleb* porrò fuit ſuſtentatus. Habet hæc *Elmac.* Hiſt. Sar. pag. 2. قال توفي والدة قبل مولده

Nos certiſſima perſequemur.

بشهرين وتوفت والدته وعمره ست سنين وكفله جده عبد المطلب الي ان بلغ ثماني سنين وتوفي جده وعمره باية وعشر سنين وكفله عمه ابو طالب

Ex Elmacino. De ejus infantia.

واحسن كفالته *, id eſt, *Obiit autem pater ejus duobus menſibus antè, quàm naſceretur: mater verò cùm ſex annorum eſſet. Educavítque eum avus ejus Abdolmutleb, donec annum attigit octavum: nam & hic tum obiit, annos natus 110. ac educavit eum optimè patruus ejus Abutaleb.* Cùm verò Abutaleb, ejúsque uxor vidiſſent, non licere ſibi, nepoti ſuo Muhammedi, uxorem ducturo, dapſiles aſſignare dotes, conſultum duxerunt, eandem mercenariâ Muhammedis operâ acquirere & colligere. *Abunazarus* rem totam ſic narrat, p.m. 161. كان رسول الله في بيت عمه ابطالب ياكل

Abunazarus fabuloſus eſt de ejus adoleſcentia.

الطعام وكان عمه ابطالب وعمته عاتكة وهم ينظرون الي ادبه وحسن سيرته ويقولون ان محمد قد كبر وشب وليس لنا يسار بان نزوجه ولا نعلم كيف المصلحه في امره ثم قالت عاتكة يا اخي ان خديجة امراه

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

امراة مهيمونة كل من تعلق بها يبارك الله في
معاشه وانها تريد ان ترسل عبر الي الشام فنوجر لها
محمد الي كي يحمله شي ونزوجه بذلك ※

Erat Apoſtolus Dei in ædibus patrui Abutaleb, cibum cum eodem ſumens. Patruus autem ille Abutaleb, ejusdémque amita Atecha, obſervantes mores ejus compoſitos, & pulchrum vitæ regimen, dicebant: Crevit jam & adolevit Muhammed: nobis autem fortuna non ſuppetit, ad contractionem conjugii ejus ſufficiens: neque verò ſcimus, quâ ratione rebus ipſius optimè conſuleretur. Tunc dixit Atecha. O frater mi! Chadigha mulier eſt perſpectæ fidei. Quicunque ab ea dependet (aliquid negotii cum ea habet) *illi Deus in vita ſua benedicit. Conſtituit autem illa mittere Caravanam* (camelos annonam, commeatum & merces portantes) *in Syriam. Ei Muhammedis operam, certa mercedis conditione, offeremus, uſque dum tantum inde ſepoſuerit, quantum ad dotem ſatis eſt.* Agaſo, vel Camelarius potiùs, hic Chadighæ valde placuit, jam antè (ut mentiri audent Muhammedani) per quietem hac de re monitæ. Somnium *Abunazari*, Scriptoris fabuloſiſſimi, verbis referemus. Sic ille p. 160. روي ان خديجة رات

Muhammedis opera offertur Chadighæ.

في منامها ان الشمس نزلت من السما ودخلت
بيتها ثم خرج نورها فلم يبق في مكة بيت الا تنور
به ولما انتبهت قصة رايتها علي عمها ورقة بن نوفل
لانه كان معبر الرويا فقال لها انه ياتي نبي في اخر
الزمان يكون زوجك فقالت له يا عمي وهذا النبي
من

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

من اي بلدة يكون قال من مكة قالت من اي قبيلة
قال من قريش قالت من اي بطن قال من هاشم قالت

Somnium Chadighæ.

ما اسمه قال محمد* *Ferunt, Chadigham vidiſſe, ſecundùm quietem, Solem de cælo deſcendentem, ſuámq; domum ingredientem. Exinde verò, ſplendorem ejus egreſſum, ita omnia compleviſſe, ut ne quidem domus Meccæ fuerit quæ non fuerit illuſtrata. Excitata illa & ſomno ſoluta recenſuit hiſtoriam viſionis ſuæ, patruo Varka, filio Nufel, qui ſomniorum interpres. Dixit hic ei: Venturus eſt ultimis diebus Propheta, qui maritus tuus erit. Illa verò: O patrue! Hic Propheta, ex qua oriundus eſt civitate? Reſpondit: Meccâ. Ex qua tribu? Koreiſchitarum, regeſſit illa, ex cujus lumbis* (prop. ventre)*? Haſchemi. Quod nam nomen ejus? Muhammed,* Cùm ergò, ab agnatis Muhammedis, hæc conſilia agitarentur, famáque ad aures Chadighæ perveniret, تفكرت في نفسها وقالت هذا
تاويل رايايي لان عمي ورقة قال انه يكون من العرب
وهذا عربي مكي قريشي هاشمي واسمه محمد*
Cogitavit animo ſuo, dixítque: Eſt hæc explicatio viſionis meæ. Dixit enim patruus meus, Varka; fore eum Arabem: at hic talis eſt: Meccenſis inſuper, Koreiſchita, Haſchemæus, cui nomen Muhammed. Prima igitur Chadighæ cura fuit, quomodo Muhammede potiri poſſet, non tanquam mercenario, ſed prorſus marito. Vult tamen cautè agere, & exemplo Zipporæ (ſolet enim prophanus homo, totam hanc Muhammedis actionem exemplis ſacris, *Joſephi* præſertim & *Moſis*, quibus alii tale nihil cogitantes, ad ſummos honores viam ſtraverunt, & qui fuerunt اسباب العبودية يعرفوا بان هيوا
اسباب

Digitized by Google

اسباب السلطنة *cauſa ſervitutis, ignorabant, ſe parare viam ad Imperium*) mariti adhuc nomen ſupprimere, &, hac quidem vice, acquieſcere in illo in famulitium mercenarium allecto. Sed hæ amoris ſcintillæ penitus ſopiri non poterant. Eas prodidit liberalitas Chadighæ, quam Atechæ, amitæ Muhammedis ſponte obtulit. قالت خديجة يا عاتكة استاجر كل اجير بعشرين دينار فاستاجر محمد بخمسين دينار * *Dixit* enim *Chadigha*: *O Atecha, conduco quidem ſingulos mercenarios viginti denariis.* (ſpecies eſt monetæ aureæ) *Muhammedem autem conducam denariis* 50. Atecha, gaudio tota delibuta & lætitiâ, domum revertitur, atque *Abutalebo* negotium feliciter geſtum commemorat. E veſtigio Muhammed jubetur abire: اذهب الى دار خديجة واشتغل بما تامرك به * *Feſtina*, inquit amita, *ad domum Chadighæ & quicquid illa in mandatis tibi dederit, diligenter exequere.* Sed ô miſellum, & laboriſugam mediaſtinum! Ædes enim patrui ſui relinquens, جا الى باب دارها وجلس حزينا وكانت دموعه تقطر علي خديه * *venit ad portam habitationis ejus* (Chadighæ) *ſedítque valde contriſtatus, ita ut lachrymæ utrinque genis fuerint effuſæ.* Ut verò nihil non audere deprehendantur illi, qui ad mentiendum facti ſunt & ficti, addit *Abunazarus*, فبكا ملائكة السما البكاية رحمة عليه *lachrymâſſe Angelos cæli, miſericordiâ erga illum motos.* Nempe, Sancti illi Spiritus miniſtratorii, ob hoc Diaboli ſtercus, propudium naturæ, & retrimentum, lachry-

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Stipendium à Chadigha liberale offertur.

Muhammed ædes patrui relinquit.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

chrymis ſe dediderunt muliebriter & lamentis! Sed nec dum finis vocum querularum. Cùm enim Amir-Alkiphla (*totius agminis mercatorum*, ſeu Caphilæ, ut vocatur, *præſes*) eidem, inſtante diſceſsûs tempore, injungeret, ut, ſuo ſepoſito veſtitu, laneum indueret habitum, galerum Camelariis uſitatum capiti imponeret, adeòque iter Syriacum ingrederetur, دخل الطريق باكيا وقال في نفسه اين والدي عبد الله واين والدتي امنة كي يبصروا حال ولدهما ويا ويلاه من اليتيم ويا ويلاه من الغربة التي عرضت علي ولا ادري ارجع الي مولدي ام اموت في الغربة * *iter la-*

Iter Syriacum ægrè aggreditur.

chrymans incipit, animo ſecum cogitans: Vbi pater meus Abdalla? Vbi mea mater Emina? ut viderent ſtatum liberorum ſuorum, Vah! Orphanis & peregrinis: quæ mihi nunc obtingunt? Neſcio an unquam ſim reverſurus in patriam meam, aut moriturus apud exteros. Quæ in ipſo ei obtigiſſe refert itinere *Abunazarus*, adeò ſunt fabuloſa, ut operæ pretium non ſit, iis recenſendis multas commaculare chartas. Dicam tamen aliqua, ut appareat, quàm ſit Diabolus, in filiis ſuis potens, ad excitandam de Pſeudoprophetis fidem earum rerum, quæ, cùm nullo veritatis nitantur fundamento, imperitiorum tamen oculos præſtringunt, animóſque faſcinant. Scribit ergò, Muhammedem nubeculâ candidâ à fervido Solis calore tectum, & Chadighæ juſſu, ſplendidiori veſtitu indutum, cum reliqua turma ad Eremitæ cujusdam acceſſiſſe tuguriolum: unde egreſſus hic advenas hoſpitio exceperit omnes, ut ita quis ille, cujus caput nube quaſi redimitum, conſpiceretur, eſſet certiùs cognoſceret. Comparuerunt omnes, uno excepto Muhammede, qui cum impedimentis foris relictus, curam habuit Camelorum. Rogat itaque Eremita, videns nubeculam de loco ſuo non de-

ceſ-

Digitized by Google

ceſſiſſe, omnes, ne adeſſent? Omnes, reſponderunt, ſi Muhammedem excipiamus, orphanum, mercenarium, cui Camelorum paſtio eſt commiſſa. Hunc ergò unum cùm deſiderâſſet Eremita, eum acceſſit, manûque prehenſum in tugurium ſuum abduxit, diligenter interea indivulſum ejus comitem, nubeculam obſervans. Ubi verò de patria, majoribus, nomine hujus agaſonis, vel camelarii, accuratiùs inveſtigâſſet, ecce fortunam faventem! Fit enim hic non ex Rhetore conſul, ſed, ex arguto Calone, Apoſtolus Dei. *Non eſt Deus, niſi Deus, & Muhammed, Apoſtolus ejus*, exclamat Eremita. Ne tamen in re tam magni momenti bonus ille Sylvicola ceſpitaret, aut, juxta tritum illud, *πολλοί τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε Βάκχοι*, ab auro ſubærato ei imponeretur, petiit à Muhammede, Prophetiæ ſuæ ſignum. Non potuit non tam copioſo *κέρατι ἀμαλθείας* (*ἀμαθείας* dicere volebam) hæc occaſio, ampliſſimos reſerandi muneris Prophetici theſauros, ejúſque characteres demonſtrandi, eſſe gratiſſima. Retectis igitur humeris ſigillum Propheticum, fiduciæ, ſpei, & promiſſionis divinæ plenum, ſtigmate quaſi reperit inuſtum, quo viſo in maximas novi Prophetæ laudes Eremita non ſolùm ſolvitur, ſed etiam futuræ meſſis primitias dare voluit: *ὅμοιος ὁμοίῳ φίλος*. Ergò Monachi, ergò Eremitæ, ſi *Abunazaro* habenda fides primam Muhammedi conciliârunt authoritatem. Bene habet, *Abunazare*. Sed perge jam mentiri; quod tibi *εἰς ἕξιν μετέβη*, & quàm fatalis fuerit Muhammedis adventus Judæis, ſolita fide ediſſere وكان يوم خرج ابو بكر الصديق ورسول الله وميسرة الي عيد الي هود للنظارة ولما وصلو الي مصلاهم ودخل رسول الله في بيعتهم ونظر الي القناديل المعلقة بالسلاسل وتقطعت سلاسلها باجمعها

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Agnoſcitur Muhammed Propheta. 1. Ab Eremita.

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

واجمعها فخافت اليهود وقالوا لعلمايهم ما هذا العلامة
فقالوا انا وجدنا في التوراة انه ياتي في اخر الزمان اسمه
محمد وانه اذا حضر في عيد الي هود تظهر في هذه
العلامة فلعله قد حضر اليوم فاطلبوه فقالوا لو وجدناه
لقتلناه

2. A Iudæis.

* *Die quodam egreſſi ſunt Abubecer juſtus* (eſt hoc ejus in Arabum ſcriptis Epitheton) *Apoſtolus Dei, & præfectus Kaphilæ, ad feſtum Iudæorum, ut ejus eſſent ſpectatores: Cúmque ad oratorium* (Proſeuchen) *eorum acceſſiſſent, ingreſſúsque Apoſtolus Synagogam eorum fuiſſet, intuebatur ille candelabra catenis appenſa, & ecce catenæ è veſtigio omnes rumpebantur. Judæi autem, timore quodam perculſi, doctores ſuos rogabant: Quid hoc ſigni eſt? Reſponderunt; Invenimus in lege, quòd ultimo tempore venturus ſit quidam, cujus nomen Muhammed, & quòd, cùm interfuturus eſt, feſto Judæorum, hoc appariturum ſit ſignum; Fortè hoc ipſo die præſens eſt.* Quærentes igitur eum, dixerunt: *Illum ubi invenerimus, è medio tollemus.* Abubecer, ne jacturam faceret Neo-Prophetæ, Muhammedem ſubducit, &, ad reditum, cum ſuis, ſe parat.

Muhammed ab Angelo Meccam transfertur.

Muhammed, remigio angelico Meccam vectus, ad ſuos revertitur, cum quibus, ubi dies aliquot transegit, mittitur ad Chadigham, mercedémque petere jubetur. Quâ verborum pompâ, quibúsve phaleris ſponſus ille redux Chadigham fuerit affatus, id te docebit *Abunazarus* hunc in modum: فقال ان
عمي وعمتي ارسلوني اليك بان اسل الاجرة يريداني
ان يزوجاني فقال هذا القول وسكت واستحيا ونكس
راسه فقالت خديجة يا محمد ان الاجرة قليلة فلا
يحصل

Digitized by Google

تحصل لك بها شي ولاكنني ازوجك زوجة من اشرف العرب واحسنها جمالا واكثرها مالا وفي التي ترغب فيها ملوك العراب والعجم فلم تقبل احدا فاني اسعا في تزويجها لك وازوجها لك فلاكن فيها عيب وانه كان لها زوج فهلك وان قبلت بهذا العيب فهي خادمتك وجاريتك ✱ *Dixit autem*: Miſerunt me, *patruus meus, & amita mea ad te, petitum mercedem, cogitant enim me deſpondere. His verbis prolatis, tacuit, totúsq; in ruborem converſus, caput inclinavit.* Reſpondit *Chadigha, ô Muhammed! Nimis merces tua exigua eſt, quâ nihil facilè acquires. Verùm ego de uxore tibi proſpiciam, quæ inter Arabes ſit nobiliſſima, aſpectu pulcherrima, divitiis opulentiſſima, quámque ambiverunt jam Arabûm & Barbarorum Reges, qui tamen hactenus omnes repulſam tulerunt. Ego verò ipſa in ea ducenda meum ſtudium tibi conferam, eámque tibi copulabo. Habet tamen illa quoque nævum (maritus quippe ejus miſerè periit) ſuum, quæ, ubi, nævo illo poſt habito, accepta tibi fuerit, ancilla tua erit & famula.* Siluit ad hæc Muhammed, domúmque reverſus negotium agnatis recenſuit, qui, re ultrò citrôque deliberata, aſſenſum tandem ſuum præbuerunt. Atque ſic Muhammed, Chadighæ conjugio ditatus, emergere cœpit. Quo verò ætatis anno conjugium hoc fuerit contractum, quot ex eodem liberi ſuſcepti, idem author ſequentibus refert verbis: ويقال ان خديجة عاشت مع رسول الله اربعة وعشرون سنة وخمس اشهر وثمانية ايام خمس عشر قبل الوحي والباقي بعده وكان رسول الله يوم

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Deſponſatur Chadigha.

Liberi ex ea ſuſcepti ſeptem.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

يوم تزوجه ابن خمسة وعشرين سنة فولد له من
خديجة سبعة اولاد ثلاثة ذكور قاسم وطاهر ومطهر
كلهم قد ماتوا في الصغر واربع اناث فاطمة وزينب
ورقية وام كلثوم فزوج فاطمة من علي وزينب من بني
العاص ابا الربيع وام كلثوم من عثمان ابن عفان
فماتت فزوجه ايضا رقية وكانت هذه الانكحة
كلها يوم الجمعة* *Dicitur Chadigha cum Apoſtolo Dei vixiſſe annos 24. menſes quinque; dies octo. Quindecim annos ante inſpirationem, reliquum tempus poſt eam. Natus autem fuit Apoſtolus Dei, die, quo uxorem duxit, annos viginti quinque. Geniti ei ſunt ex Chadigha ſeptem liberi, tres maſculi, Kaſem, Taher, Mother, qui in infantia omnes ſunt mortui: & quatuor fœmellæ, Phatema, Zeineb, Rakia, Omcholthum. Phatinam deſpondit Ali; Zeineb Abalrebiah, è filiis Az; Omcholthum Ibn Affar Ottmanidi. Mortuâ eâ, ſociavit ſibi Rakia. Atque hæc conjugia omnia facta ſunt die Veneris.* Poſt Chadighæ obitum duxit عايشة Aijſcham filiam Abubecri, & *Sevvdam*, filiam *Zamaæ*, idque anno vocationis 10. Vide *Elmac.* Hiſt. Sar. pag. 4. ſed æquo diutius his immoramur. Iter autem Muhammedis Syriacum propterea pleniùs deſcripſimus, quòd in controverſiam à quibusdam vocatur. Ipſe certè *Erpen.* orat. de Ling. Arab. pag. 45. ait, *nunquam Muhammedem, ut noſtri velint, Syriam fuiſſe ingreſſum,* cùm non tantùm *Abunazarus* contrarium affirmet, ſed & *Ahmed, ben Edris*, in virulento ſuo ſcripto contra Judæos & Chriſtianos p. 194. fateatur, quòd Muhammed يرحل الي الشام مرتين

Iter Syriacum Muhammedis quidam negant.

bis

Digitized by Google

bis in Syriam profectus fuerit. Ita etiam *Joh. de Breitenbach* in ſuo itinerario. *Cúmque jam infantilem exceſſiſſet ætatem juvenis factus cujusdam nobilis & prædivitis matronæ viduæ, nomine Cadigam famulus effectus eſt, cùm camelis ejus & aſinis in Syriam & alia loca finitima merces deferens, donec tandem eam ſuo captam amore & calliditate ſeductam duxit uxorem.* Itinera ejusmodi, quibus Chriſtianis Muhammed innotuit, multum feciſſe ad cudendam & protrudendam novam religionem, aliâs, σὺν θεῷ, dicemus. Hoc loco unum *Georgii* Monachi teſtimonium ex diſput. ejusdem Arabica, attuliſſe ſufficiat: اعلم يا ابا سلامة ان محمد كان

Liber 2. de Pſeudopr. Muham. *Quos præter Abunazarum refutat. 1. Ahmed Ibn-Edris. 2. Alii.*

Quid in hoc itinere præſtiterit.

من الاعراب من بني قريش من امة اسماعيل بن هاجر
المصري زوجة ابرهيم وكان رجلا اعربيا جمالا مسافرا
يتردد بسفره الي بيت المقدس فاضاف برجل نصراني
تابع مذهب نسطور اسمه بحيرا ولما استخبره داك
عن مذهبه ودينه ولما علم بحيرا انه من تلك القبيلة
رق له علي سبيل الالفه والموده فافاده المعرفة بالله وتلي
عليه فصول من الانجيل والتوراة والزبور ولما عاد الي
ارضه والي امته قال لهم ويحكم انكم علي صلال مبين *

Scito, ô Abuſalama, fuiſſe Muhammedem Arabem è filiis Koreiſch, ex familia Iſmaëlis, filii Hagar Aegyptiæ, uxoris Abrahami. Fuítque Arabs, camelarius, itinera faciens, quibus aliquando Hieroſolymam devolutus cum Chriſtiano quodam, qui Neſtorianorum hæreſin ſectabatur, nomine Bahira, divertit. Cúmque eundem interrogaret, de ſecta & religione ſua, deprehendit illum, de eorundem (quos ſupra pag. 228. deſcripſimus)

eſſe

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

eſſe tribu. Miſericordia igitur & amore accenſus, juvit ipſum in notitia Dei, eíque prælegit capita quædam ex Evangelio, ex Lege, ex Pſalmis. Reverſus autem ad patriam & gentem ſuam, dixit: Væ vobis! Verſamini utique in magno errore, quem, ut idem deinceps prolixè commemorat *author*, tribulibus ſuis, cæteríſque Arabibus, eximere magnâ curâ ſtuduit.

Caput II.

De

STATU CHRISTIANORUM & Judæorum tempore orti Muhammediſmi.

Ex Alkorano haberi poteſt pars Hiſtoria Eccleſiaſtica, teſte Bibliandro. *Ex eo enim eruitur ſtatus* Chriſtianorum *&* Judæorum. *De* Judæis 1. *Examinabimus* a. ἔτυμον *vocis*. b. Conditionem Judæorum *ante & circa tempora Muhammedis*. c. Animum Muhammedis in Judæos, *qui fuit infenſus, & etiamnum eſt*. *Aliquot contra Iudæos Alkorani verſiculi*. *II. De* Chriſtianis, *quorum* α. *Excutiemus* nomina. *Vocantur autem* 1. Nazareni, *ab urbe Nazareth*. 2. Populus libri 3. Aſſociantes. β. *Agemus de* ſtatu Chriſtianiſmi *ante & circa natales Muhammedis*. 1. *Ex* Marcellino. 2. Euſebio. Hilario. 3. Euſebio. 4. Sozomeno. *Arabia cumprimis hæreſium fuit ferax. In illa enim ortus fuit* Berillus: θνητοψυχῖται: Collyridiani, *de quibus quæritur*; an Mariam ſubſtantiâ, an honore tantùm Deum voluerint? *Alii affirmant: alii negant: tertii dubitant*. Ἐπιχειρήσεις *noſtra ſubjicitur Muhammed Chriſtianis Schiſmatum varietatem objecit. Notiſſimæ apud Arabes Chriſtianorum ſectæ ſunt*. 1. Iacobitæ, *de quibus agitur* 1. *Ex Ahmed Ibn-Edris* 2. *Ex Patricide*. 3. *ex Elmacino II*. Romani, *qui &* Melcitæ. *III*. Neſtoriani, *à Neſtorio denominati. Fabula Ahmed Ibn-Edris de tribus his ſectis*. Πονηρῶ *cumprimis* κόμματος *ſunt, quæ de* Malcun, *Melcitarum authore habet. Denominantur enim à* מֶלֶךְ Rege, *vel* Imperatore, *ut fuſiùs explicatur*. γ. *Subjicitur* affectus Muhammedis erga Chriſtianos, 1. *Ex Elmacino*. 2. *Alkorano*. 3. *Beidavi*. 4. *Teſtamento Muhammedis. Cumprimis favent Saraceni Melcitis, id quod demonſtratur exemplo Almundari*: δ. *Azizi Billa, &c*.

Qui,

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Qui, ſuperiori ſeculo, linguarum ſtudia à contemtu vindicaturi, non Hebræas ſolùm, Chaldaicas & Syriacas; ſed Arabicas quoque literas priſtino reſtituere nitori in animum induxerunt ſuum, difficulter illud, abſque Alkorani præſtare poterant ſubſidio. Quantum enim, ut non malè *Scaliger* conjecit, Judæi nitori & elegantiæ ſtyli Scripturæ Sacræ tribuunt; tantùm venenato & exitiali ſuo deferunt Alkorano Muhammedani. Eum verò translatum quidem, ſed miſerè mutilatum, & tractu temporis corruptum ad codices Arabicos examinare, & typis divulgare, quantæ erat aleæ? Non tam propter obſcurum, perplexum & intricatum dicendi genus, quo præſtigioſus author imperitæ plebi fucum facere voluit; quàm verò propter manifeſtas illas impietates, quibus Alkoranus ſcatet, quáſque Chriſtiana pietas longiſſimè abhorret, labor hic excuti potuit ab eorum etiam manibus, qui cum fructu aliâs in hac palæſtra deſudâſſent. Ut igitur inſtituti ſui rationem redderent docti illi viri, qui, Alkorani quoque editionem, ſuum Eccleſiæ collaturam uſum, exiſtimârunt, variis hoc perſuadere conati ſunt Orbi argumentis. Inter reliqua, meo judicio, *Bibliandri* in Apol. pro Edit. Alkorani, his verbis conceptum; *Eſt autem hiſtoria & quidem Eccleſiaſtica pars expoſitio doctrinæ & aliarum rerum Muhammedis*; non poſtremum occupat locum. Eſſe hunc uſum Alkorani non contemnendum nôrunt illi, quibus exploratè perſpectum eſt, tum demum ex mente Apoſtoli rectè nos poſſe ἐπιστομίζειν τοὺς ἀντιλέγοντας, cùm ex propriis eorum monumentis, de ipſorum nobis plenè conſtiterit mente. Poſſumus addere, nobiliorem longè adhuc & præſtantiorem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ partem erui ex Alkorani & aliorum Arabicorum Scriptorum lectione. Hinc enim non obſcurè colligere licet, quæ facies fuerit Eccleſiarum, Orientalium maximè; Judæorum item, & impietatis Judaicæ. Et quamvis de cauſis novæ hujus religionis ab orco

Ad notitiam linguæ Arabicæ multum juvat ſtylus Alkorani.

Ex quo etiam haberi poteſt pars Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

Libes 2. de Pſeudopr. Muham.

productæ, & venenato Muhammedis halitu in orbem diffuſæ, varii varia habeant: optimè tamen & certiſſimè, hujus Dramatis cauſas & originem ex ipſo Alkorano diſcimus. Muhammed, ut verſutus planè fuit agyrta, vafer & verſipellis; ita ſcenæ, ſi quis alius, inſervire poterat appoſitiſſimé. Non, quod in ſinu fovit, primo ſtatim tempore extruſit, ſed tum demum, cùm eſſet ὀατεέιων ἄμητος: Cùm videret, Judæos per orbem diſperſos, viribúsque attritos; Chriſtianos, ſeu Nazaræos, tum in vita diſſolutos, tum ſchiſmatibus inter ſe miſerè laceratos; Arabes denſiſſima tenebrarum & errorum caligine obrutos; omnem reliquam plebem hianti quaſi ore nova expectare, tum, inquam, veterator novam, ex omnium religionum ſacris conflatam, propoſuit religionem, quæ tanto majorem ſtatim habuit applauſum, quantò illa carni, & ſenſui ejus, magis fuit accommodata. Et quia, ut monui, hiſtoriæ Eccleſiaſticæ non contemnenda pars eſt, Judæorum, Chriſtianorum & Arabum illius temporis, res ſcire & hiſtorias, ad pleniorem Hiſtoriæ Orientalis notitiam, de iis nonnulla afferemus in medium.

Agemus autem 1. De Judæis.

A *Judæis* igitur initium facturi, *originem* primò vocis, ejúsque ſignificatum apud Arabes excutiemus. 2. *Conditionem* eorundem, & ſtatum tempore Muhammedis examinabimus. 3. *Quo loco Pſeudopropheta Judæos habuerit* ventilabimus. 4. Denique diſpiciemus, *quo animo fuerint Judæi in novum hunc Prophetam.*

Ubi α. origo vocis.

A. *Judæum* Muhammedani vulgò appellant, هود הוד *Hud*, vel, يهود יהוד *Jahud*. Deducunt autem; veram vocis originem ignorantes; â verbo هود *pænituit*. *Beidavi* ad verba: والذين هادوا *Et qui Judæi facti ſunt*, ſcribit, هاد وتهود اذا دخل في اليهودية من هاد اذا تاب سموا بذلك لما تابوا

تابوا من عبادة العجل واما معرب يهودا فكانهم سموا باسم اكبر اولاد يعقوب * Hauada & Tahavvada *ſignificant*, amplecti religionem Judaicam, *à verbo* هاد id eſt, pœnituit, reſipuit. *Ita appellantur, quia reſipuerunt à cultu vituli. Arabizatum autem ſi ſit* Jehuda, *denominantur à nomine primogeniti filiorum Jacobi.* Dicuntur etiam in Alkorano *Sur.* III. p. 38. Judæi اهل الكتاب *populus libri*, legis videlicet & Prophetarum, quos divina iis conceſſerit bonitas: Item المشركون *aſſociantes.* Vide *Theſ. Phil.* p. 113. 114.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Alia Iudaorum nomina.

B. *Judæorum verò conditio*, Muhammedis tempore, melior eſſe non potuit, quàm ſumma illorum merebatur impietas. Cùm vidiſſet, δακτυλόδειγμα eos eſſe, ubique contemtos, omnibus exoſos, & ad incitas planè redactos, miſeriam & exilium eorum, ita ad ſuum revocavit uſum, ut & Chriſtianis hac ratione gratificari, & Arabes in eoſdem exacerbare potuerit. Emphatica profectò valde ſunt verba, quibus Muhammed & Muhammedani Judæorum θεοκτόνων calamitatem depingunt. *Sur.* II. lego, ضربت عليهم المسكنة *Inflicta iis eſt paupertas*, quod ſic παραφράζει *Beidavi*: فهي محيطة بهم احاطة البيت المضروب على اهلة واليهود في غالب الامور فقرا والمساكين * *quæ* (paupertas) *eos circumvallat, ſicut domeſticos circumvallat domus. Judæi enim, quo ad dominium rerum* (poſſet etiam verti, *ut plurimùm*) *pauperes & mendici. Sur.* III. p. 41. repetit, ضربت عليهم الذلة *Inflicta iis eſt vilitas*, vel contemtus. Iisdem exprobrat infelicia illa, quæ, pro reparanda patria & politia, ſuſceperunt, bella.

C. Statue eorum tempore Muhammedis.

Qui miſer fuit.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

la. Unde *Sur.* V.pag.67. كلما اوقدوا نارا للحرب اطفاها الله * *quotieſcunque incenderunt ignem belli,extinxit eum Deus. Sur.* LVII. pag. 308. Meccenſibus Judæorum objicit exilium his verbis: هو الذي اخرج الذين كفروا من اهل الكتاب من ديارهم لاول الحشر * *Is* (Deus) *eſt, qui eos,qui è populo libri* (Judæis) *infideles erant,domiciliis ſuis expulit,primâque μετοικεσίᾳ* (ita enim ex mente *Beidavi,* Arabica vox optimè poteſt reddi) *multavit.* Intelligitur autem hîc,ut videre eſt apud *Beidavi* p.m.915. exilium Judæorum,quo,Arabiâ ejecti,in Syriam abire coacti ſunt. Quòd verò vocatur اول الحشر *μετοικεσία* prima,fit illud reſpectu *congregationis ultimi judicii,*quæ & ipſa hoc nomine apud Arabes venit; quam etiam; argumento hujus loci; in Syria habitum iri Muhammedani credunt. قال ابن عباس من شك ان المحشر بالشام فليقرا هذا الاية فكان هذا اول حشر الي الشام قال لهم النبي اخرجوا قالوا الي اين قال الي ارض المحشر ثم يحشر الخلق يوم القيمة الي الشام * *Ait Ibn-Abbas. Qui dubitat conventum* (ultimi judicii) *futurum in Syria,legat is hunc verſiculum.* Fuit autem prima eorum (Judæorum) *μετοικεσία* vel ejectio in Syriam. *Dixit enim iis* (Judæis) *Propheta (* Muhammed) *Exite. Rogârunt; Quò? Reſpondit; Ad terram conventûs, ſeu congregationis. Congregabuntur enim creaturæ die reſurrectionis in Syria.* Alibi tributum iis Muhammed impoſuit. Unde *Beidavi* in comment.p.m.266. بعث الله عليهم نعلا

Exilium Iudæorum.

Vltimum judicium juxta Arabes habebitur in Syria.

Digitized by Google

بعد السليمان عليه السلام بختنصر فخرب ديارهم وقتل
مقاتليهم وسبي نسايهم وضرب الجزية علي من بقي
وكانوا يودونها الي المجوس حتي بعث الله محمد
ففعل ما فعل ثم ضرب عليهم اخزايك فلا تزال مضروبة
الي الدهر * *Miſit Deus contra eos* (Judæos) *poſt Salomonem, ſuper quo pax, Bachtnezarem, qui devaſtavit domicilia eorum, occidit milites eorum, captivas abduxit uxores ipſorum, cæteris tributum impoſuit, quod illi Magis penderunt, uſque dum Deus excitavit Muhammedem, qui fecit, quod fecit, tributáque iis imperavit, æternùm duratura.*

Liber 2. de. Pſeudopr. Muham.

Nebucadnezaris hiſtoria.

C. Sed *quo animo Muhammed fuit in Judæos?* Infenſo planè, juſtéque, ſi non ſemper, ſæpe ſaltem, irato. Plebis aſſenſum tantò hic facilius obtinuit, quantò indigniora Judæorum fuerunt ſcelera, quibus à multis jam ſeculis ſe obſtrinxerunt. Ea breviter recenſentur: *Sur.* III. his verbis: ان الذين يكفرون بايات الله ويقتلون النبيين بغير حق ويقتلون الذين يامرون بالقسط من الناس فبشرهم بعذاب اليم * *Et qui abnegat ſigna Dei, & occidunt Prophetas injuſtè, occidúntque eos, qui præcipiunt juſtitiam de hominibus, illis annuntia pœnam dolorificam.* Eandem in Prophetas crudelitatem iis exprobrat *Sur.* II. v. 86. unde eadem *Sur.* v. 67. non tantùm ſcribit, eos datos eſſe نكالا in *exemplum*, in hac & futura vita; ſed vix unquam eorum meminit, niſi cum manifeſta execratione. *Sur.* I. mentio fit مغضوبين *eorum, qui iræ divinæ ſunt rei.* Hoc nomine Judæos ſingulari quadam ra-

v. Quo animo Muhammed fuerit in Judæos.

Scelera Judæis à Muhammede exprobrantur.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

ratione intelligi, dubitare nos non ſinunt, manifeſta *Beidavi* verba. Sic idem ad verba; قوما غضب الله عليهم *Populus, cui Deus ſuccenſuit*, notat innui اليهود *Judæos.* Aliâs uti ſolet verbo لعن *maledixit. Sur.* II. v. 88. لعنة الله على الكافرين *Maledictio Dei ſuper infideles*, id eſt, *Judæos*, ut ex verſ. 86. colligi poteſt. Referenda huc ſunt ea, quæ p. 15. citavimus. Juſta hæc fuit Muhammedis indignatio, ex atroci

Muhammedi Iudæi reſiſtunt.

ſanctorum virorum nece violenta orta. Hæc verò parùm ille morari videbatur, niſi ut hac ratione Chriſtianos faciliùs in naſſam ſuam pertraheret. Alias odii ſui contra Judæos cauſas habuit. Valde ipſi moleſta fuit multorum verpulorum *ἀντίτασις καὶ ἀντίταξις*. Nec enim omnes illi, etſi miſeri, abjecti, inviſi novo huic Prophetæ parere, aut, maleferiati illius Abdallæ exemplo, impiæ Religioni cudendæ operam ſuam locare volebant. Unde in maximum apud Muhammedem, ejúſque tum poſteros, tum aſſeclas incurrerunt odium, uſque adeò, ut à tempore Islamiſmi ſemper mitiùs tractati fuerint & clementiùs à Muhammedanis Chriſtiani quàm Judæi. Memini etiam, me *Leidæ* aliquando ab *Ahmed*, Ibn Ali, Suſienſi audire, in communi & quotidiana converſatione Chriſtianos Judæis anteferri: majorem etiam, apud Muhammedanos, illorum, quàm horum eſſe fidem. Nec ita multis ab hinc annis Bohemus quidam, ſuperſtitione â primis ætatis annis Judæus, poſtea verò Chriſtianus, à me rogatus, quas deſerendi Judaiſmi cauſas habuerit, præter alias hanc quoque attulit, quòd, inter Turcas diu verſatus, ab iiſdem in carcerem compactus, didicerit, verè à gente Judaica ſceptrum ubique eſſe ablatum, ſervitutísque Turcicæ jugum duriùs longè Judæos premere, quàm Chriſtianos. Peſſimo loco illos inter Arabes & Turcas haberi. Vides, quòd quemadmodum Deus juſtitiæ ſuæ vindices in V.

Teſt.

Digitized by Google

Teſt. ipſos quoque Nebucadnezares, Ammonitas, Moabitas, Philiſtæos excitavit,ſic in N. Teſt.Gentes etiam & Saracenos, contra blaſphemos Judæos jam inde à multis ſeculis armârit: quamvis Muhammed ſuam,non Chriſti,cauſam ulciſci voluerit,eò quòd illum,prætextu Meſſiæ ſui venturi,rejecerint. Unde verba *Surat.*XXXIX.pag.265. ان الذين يجادلون في ايات الله بغير سلطان * *qui impugnant ſigna Dei absque poteſtate*,de Judæis quidam intelligunt,juxta Comment. *Beidavi* pag.786. حين قالوا لست صاحبنا بل هو المسيح بن داوود ويبلغ سلطانه البر والبحر ويسير معه الانهار * *Cùm dicerent: Tu non es Dominus noſter,ſed Meſſias,filius Davidis, cujus poteſtas erit terrâ marîque, & trahet ſecum flumina.* Ibidem etiam Muhammed ſuperbiæ eos accuſat & faſtus. Ait,nihil pectoribus ſuis reconditum eos habere, الا كبر *niſi ſuperbiam*,quo nomine,juxta *Beidavi*, intelligitur ارادة الرياسة او ان النبوة والملك لا يكون الا لهم * *Voluntas principatus* recuperandi: *aut,quòd penes ſe ſolos fuiſſe Prophetiam & Regnum ſe jactent.* Atque hinc aperto Marte Muhammed cum Judæis pugnavit. *Elmac.* Hiſt.Sarac.pag.5. في السنة الثالثة حاصر اليهود في حصونهم خمسة عشر ليلة حتى نزلوا على حكمه واجلاهم واغنم المسلمين اموالهم * *Anno tertio obſedit Judæos in arcibus eorum dies 15. uſque dum arbitrio ejus ſe dederunt: Et abduxit eos,eorúmque opes Musleminis diripiendas tradidit.* Magnas cumprimis ei moleſtias creavit *Caabus* filius

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Eum prætextu venturi Meſſiæ rejiciunt.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

filius Aſchrafi: unde *Elmac.* eodem loco refert فيها سير سرية لقتل كعب بن الاشرف اليهودي وكان شديد العداوة له * *Eodem* (anno) *miſit cohortem ad occidendum Caabum, fil. Aſchraphi, Judæum, qui Muhammedi erat infenſiſſimus*: De hoc aliquid diximus in *Theſ. Phil.* pag. 126. Hîc verò inſigne nequitiæ Muhammedicæ ſpecimen obſervandum, cujus uſus deinceps erit haud infrequens. Muhammedani perſuaſum habent, vix ullum in Alkorano extare verſiculum, quem non præclara aliqua occaſio cœlo elicuerit. Quidquid enim adverſi vel à Judæis, vel à Chriſtianis, vel ab Arabibus ipſi contigit, difficilimè illud concoxit, ſed mox ad ingenii ſui vaframentum tanquam ad aram aut aſylum confugit, verſiculum, vel Suratam etiam integram confinxit, in medium protulit, eámque populo, quaſi cœlitus acceptam, obtruſit. Vix ulla nata, inter ipſum, & quoslibet ejus adverſarios controverſia, quam hac ratione ſolvere non tentârit impoſtor. Unde paucos in Alkorano reperias verſiculos, quibus ad certam aliquam hiſtoriam non alludatur. Judæis cumprimis, de quibus nunc ſermo eſt, his artibus ſilentium ſæpe imponere voluit. Sume aliquot exempla. *Sur.* III. legimus: لقد سمع الله قول الذين قالوا ان الله فقير ونحن اغنيا سنكتب ما قالوا وقتلهم الانبيا بغير حق ونقول ذوقوا عذاب الحريق * *Equidem audivit Deus ſermonem illorum qui dicunt; Certè Deus pauper eſt & nos divites! Scribemus utique quod dixerunt, & quòd occiderunt Prophetas injuſtè, dicemúsque: Guſtate pœnam incendii.* Occaſionem hujus textus *Beidavi* ita deſcribit: روي انه كتب مع ابي بكر الي يهود

Aliquot Alkorani verſiculi contra Iudæos dati.

يهود بني قينقاع يدعوهم الي الاسلام واقام الصلوة واتيا الزكوة وان يقرضوا الله قرضا حسنا وقال فنحاص ابن عازورا ان الله فقير حين سال القرض ولطمه ابو بكر وقال لو لا ما بيننا من العهد لضربت عنقك وشكاه الي رسول الله وجحد ما قاله فنزلت * id eſt, *Scripſit, ut fertur, Muhammed, cum Abubecro, Judæis, filiis Kainkaah, ut eos invitaret ad Islamiſmum, ritè concipiendas preces, ſolvendas decimas, útque fœnus dent Deo pulchrum. Tunc dixit Phinhas, filius Azura: utique Deus pauper eſt, quòd fœnus petit! Et colaphum ei inflixit Abubecer, inquiens: Niſi fœdus mutuum obſtaret, cervicem tibi amputarem. Et conqueſtus eſt hoc Legato Dei, ita tamen, ut pudore prohibitus, non auſus fuerit repetere, quod dixit: atq; hac occaſione verſiculus iſte cœlitus delapſus.* Sic paulò infrà: واذا اخذ الله ميثاق الذين اوتوا الكتاب لتبيننه للناس ولا تكتمونه فنبذوه ورا ظهورهم واشتروا به ثمنا قليلا وبيس ما يشترون * *Cùm autem Deus accepit fœdus eorum, quibus datus eſt liber, ut declararetis illum hominibus, neque celaretis, eum projecerunt poſt tergum, & mercati ſunt cum eo pretii exigui res: vah autem, quod mercati ſunt!* Hoc quoque oraculum propter Judæos datum eſſe ſcribit *Beidavi*, propterea quòd Muhammed سال اليهود عن شي مما في التورية فاخبروه بخلاف ما كان فيه * *rogavit aliquid Judæos ex lege, cujus illi contrarium indicârunt. Sur.* III.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

filius Aſchrafi: unde *Elmac.* eodem loco refert فيها سير سرية لقتل كعب بن الاشرف اليهودي وكان شديد العداوة له * *Eodem* (anno) *miſit cohortem ad occidendum Caabum, fil. Aſchraphi, Judæum, qui Muhammedi erat infenſiſſimus*: De hoc aliquid diximus in *Theſ. Phil.* pag. 126. Hîc verò inſigne nequitiæ Muhammedicæ ſpecimen obſervandum, cujus uſus deinceps erit haud infrequens. Muhammedani perſuaſum habent, vix ullum in Alkorano extare verſiculum, quem non præclara aliqua occaſio cœlo elicuerit. Quidquid enim adverſi vel à Judæis, vel à Chriſtianis, vel ab Arabibus ipſi contigit, difficilimè illud concoxit, ſed mox ad ingenii ſui vaframentum tanquam ad aram aut aſylum confugit, verſiculum, vel Suratam etiam integram confinxit, in medium protulit, eámque populo, quaſi cœlitus acceptam, obtruſit. Vix ulla nata, inter ipſum, & quoslibet ejus adverſarios controverſia, quam hac ratione ſolvere non tentârit impoſtor. Unde paucos in Alkorano reperias verſiculos, quibus ad certam aliquam hiſtoriam non alludatur. Judæis cumprimis, de quibus nunc ſermo eſt, his artibus ſilentium ſæpe imponere voluit. Sume aliquot exempla. *Sur.* III. legimus: لقد سمع الله قول الذين قالوا ان الله فقير ونحن اغنيا سنكتب ما قالوا وقتلهم الانبيا بغير حق ونقول ذوقوا عذاب الحريق * *Equidem audivit Deus ſermonem illorum qui dicunt; Certè Deus pauper eſt & nos divites! Scribemus utique quod dixerunt, & quòd occiderunt Prophetas injuſtè, dicemúsque: Guſtate pœnam incendii.* Occaſionem hujus textus *Beidavi* ita deſcribit: روي انه كتب مع ابي بكر الى يهود

Aliquot Alkorani verſiculi contra Iudæos dati.

يهود بني قينقاع يدعوهم الي الاسلام واقام الصلوة واتيا الزكوة وان يقرضوا الله قرضا حسنا وقال فنحاص ابن عازورا ان الله فقير حين سال القرض ولطمه ابو بكر وقال لولا ما بيننا من العهد لضربت عنقك وشكاه الي رسول الله وجحد ما قاله فنزلت * id eſt, *Scripſit, ut fertur, Muhammed, cum Abubecro, Judæis, filiis Kainkaah, ut eos invitaret ad Iſlamiſmum, ritè concipiendas preces, ſolvendas decimas, útque fœnus dent Deo pulchrum. Tunc dixit Phinhas, filius Azura: utique Deus pauper eſt, quòd fœnus petit! Et colaphum ei inflixit Abubecer, inquiens: Niſi fœdus mutuum obſtaret, cervicem tibi amputarem. Et conqueſtus eſt hoc Legato Dei, ita tamen, ut pudore prohibitus, non auſus fuerit repetere, quod dixit: atq; hac occaſione verſiculus iſte cœlitus delapſus.* Sic paulò infrà: واذا اخذ الله ميثاق الذين اوتوا الكتاب لتبيننه للناس ولا تكتمونه فنبذوه ورا ظهورهم واشتروا به ثمنا قليلا وبيس ما يشترون * *Cùm autem Deus accepit fœdus eorum, quibus datus eſt liber, ut declararetis illum hominibus, neque celaretis, eum projecerunt poſt tergum, & mercati ſunt cum eo pretii exigui res: vah autem, quod mercati ſunt!* Hoc quoque oraculum propter Judæos datum eſſe ſcribit *Beidavi*, propterea quòd Muhammed سال اليهود عن شي مما في التورية فاخبروه بخلاف ما كان فيه * *rogavit aliquid Judæos ex lege, cujus illi contrarium indicârunt. Sur.* III.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham. Judæi, quoſdam ad Judaiſmum vocaturi, iterum Muhammedi divinitus notantur: ودت طايفة من اهل الكتاب لو يضلونكم وما يضلون الا انفسهم وما يشعرون * *Conantur quidam è populo libri ſeducere vos, at non ſeducunt niſi ſemetipſos, quod tamen non opinantur.* Qui illi fuerint, explicat *Beid.* نزلت في اليهود لما دعوا حذيفة وعمارا ومعاذا في اليهودية * *Demiſſum eſt* (hoc Alkorani ἀποσπασ-μάτιον) *contra Judæos, cùm Cadipham, Ommaram, & Moadam vocâſſent ad Judaiſmum.* Quàm Emphaticè introducit idem *Muhammed* Deum ſecum contra Judæos *Sur.* III. ita loquentem: الم تري الي الذين اوتوا نصيبا من الكتاب يدعون الي كتاب الله ليحكم بينهم ثم يتولي فريق منهم وهم معرضون ذلك بانهم قالوا لن تمسنا النار الا اياما معدودات * *Annon vidiſti eos, qui acceperunt partem libri* (اي التورية او جنس الكتاب السماوية *legem nempe, aut aliud quoddam genus libri cæleſtis*, ut *Beidavi* explicat) *quòd vocati ſunt ad librum Dei, ut judicaret inter ipſos* (litem dirimeret) *poſtea verò quidam eorum retroceſſerunt, illi nempe, qui adverſarii erant; ídque propterea, quòd dixerunt: Non tanget nos ignis, niſi paucos dies*; Rationem Judæorum ob quam brevi infernalibus cruciatibus ſe exemtum iri ſperent, *Beidavi* attexit: ان اباهم الانبيا يشفعون لهم او انه تعالي وعد يعقوب عليه السلام ان لا يعذب اولاده الا تحلة القسم * *Quia partes eorum Propheta, pro*

iis

Digitized by Google

iis intercedant: Aut quòd Deus excelſus promiſerit Jacobo, ſuper quo pax, quòd in filiis ejus nihil puniturus eſſet, quàm perjurium. Ita etiam *Sur.* V. cùm Judæorum proceres litis deciſionem à Muhammede petiiſſent, noluit iis gratificari. Mox tamen divinitus ſibi judicandi poteſtatem conceſſam mentitus, de Judæorum judiciis & negotiis prolixiùs diſſerit: Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

روي ان احبار اليهود قالوا اذهبوا بنا الي محمد لعلنا
نفتنه عن دينه فقالوا يا محمد قد عرفت انا احبار
اليهود وانا ان تبعناك اتبعنا اليهود كلهم وان بيننا
وبين قومنا خصومة فنتحاكم اليك وتقضي لنا
عليهم ونحن نومن بك فتصدقك فابي عن ذلك رسول
الله فنزلت * *Narratur* (verba ſunt *Beidavi*) *quòd Judæorum Sacerdotes dixerint: Abite nobiſcum ad Muhammedem, fortè tentabimus eum* (aut movebimus) *de religione ſua. Dixerunt ergò, ô Muhammed! Nôſti utique, nos ſacerdotes eſſe Judæorum, & quòd, ubi nos te fuerimus ſecuti, facilè tibi adjungamus cæteros Judæos omnes. Eſt autem inter nos & populum noſtrum oborta lis, cujus judicium tibi committimus: tu decides nobis contra eos, & credemus in te, téque verificabimus. At cùm noluiſſet morem gerere Apoſtolus, demiſſum fuit* hoc Alkorani fragmentum, quo monebatur, qualem ſe præſtare deberet. Sed ſatis de Judæis.

Accedimus ad *Chriſtianos*, de quibus eâdem acturi Methodo, dicemus. 1. Quibus *nominibus* apud Muhammedem & Muhammedanos illi veniant. 2. Quæ *Chriſtianiſmi* fuerit *conditio* Muhammedis tempore & . nte, tum quò ad doctrinam, tum quò ad vitam. 3. *Quo animo fuerit Muhammed* erga Chriſtianos. *II. De Chriſtianis.*

Tt 2 *A. No-*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham. A. *Vbi nomina Chriſtianis tributa.*

A. *Nomina* Chriſtianorum in Alkorano & aliis Arabum ſcriptis obvia ſequentia ſunt. 1. Judæorum exemplo (vide *Theſ.Philol.*pag.48.) Arabes Chriſtianos nuncupant نصاري *Nazarenos*,ita appellatos, لانهم نصروا المسيح او لانهم كانوا معه في قرية تقال لها نصران او نصارة *

quòd juverint (eſt enim نصر Arabicè *juvit*) *Meſſiam*, *aut quia cum ipſo fuerunt in urbe Nazara,vel,Nazareth.* Hanc poſteriorem originem etiam oſtendit *Ahmed* ben Edris p.m. 305. الانجيل الخامس يسمي انجيل الصبوة ذكر فيه الاشيا التي صدرت من المسيح عليه السلام في حال طفوليته ينسب لبطروس عن مريم عليها السلام وفيه زيادة ونقصان ومشاهير معجزاته فيذكر فيه قدوم المسيح عليه السلام وامه رضي الله عنها ويوسف النجار رضي الله عنه الي صعيد مصر ثم عودته الي ناصرة قرية عند القدس واليها ينسب النصاري *

Evangelium quintum (vide, quantum Chriſtianiſmo profuerit eorum temeritas, qui aurum ſubæratum, id eſt, libros fabuloſos & Apocryphos viris magnis, ϰ ἀληθῶς θεοφορουμένοις ſuppoſuerunt) *vocatur Evangelium infantiæ, quia in eo commemorantur res à Meſſia, ſuper quo pax, profectæ in juventute. Adſcribitur autem is Petro, à Maria, ſuper qua pax. In hoc multa addita videas* (ubi cum reliquis comparaveris Evangeliſtis) *& multa demta, celeberrima item ejus miracula. Enarratur ibidem adventus Meſſiæ, ſuper quo pax, & matris ejus, in qua Deus acquieſcat; & Joſephi fabri, in quo Deus ac-*

acquieſcat Zaidum Aegypti, reditus item ejusdem Nazaretham, quæ urbs eſt Sanctuario (Hieroſolymis) *vicina, & ab ea denominantur Nazareni.* Et *Keſſæus* p.m. 121. فلم يزل عيسي وامه بارض مصر حتي مات ملك بني اسرايل فبعث زكريا الي مريم وامرها بالرجوع الي بيت المقدس وعيسي يوريهم العجايب حتي انهم نزلوا علي قرية يقال لها ناصرة واليها تنسب الناصرية * *Nec ceſsârunt Iſa & mater ejus* ſubſiſtere *in terra Aegypti, uſque dum mortuus fuit Rex filiorum Iſraël. Tunc miſit Zacharias ad Mariam eámque ad domum ſanctam* (Hieroſolymam) *juſsit reverti. Iſa autem miracula ab iis abſcondidit, uſque dum pedem fixerunt in urbe, qua Nazareth dicitur, à quâ Nazareiſmus* (Chriſtianiſmus) *deducitur.*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

2. اهل الكتاب *Populus libri.* Sur. III. ومن اهل الكتاب من ان تامنه بقنطار يوده اليك ومنهم من ان تامنه بدينار لا يوده اليك الا ما دمت عليه قايما * *Sunt autem de populo libri, quibus ſi credideris talentum, reddunt illud tibi: Alii verò ſunt, quibus ſi credideris denarium, eum non reddunt, niſi iis inſiſtas continuò.* Ubi quidem de Judæis nonnulli hæc intelligunt, illud de Abdalla ben Salam; hoc de Phinchas, filio Azura, quorum ille pecuniam mutuo acceptam reddidit, hic non item, ut *Beidavi* in Comment. p. m. 144. explicat. At *idem* ille prius de *Chriſtianis*, poſterius de Judæis explicandum docet, *quorum ex illis plerique ſpectata ſint fide, impoſtores pauci;* (Arab. لغالب فيهم الامانة والخاينون في القليل) *hi verò ex fraudibus & impoſturis*

2. Populus libri.

Tt 3 *ſint*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

ſint compoſiti (Arab. لغلب فيهم الخيانة) Eadem *Suratâ* Chriſtiani pariter & Judæi aliquoties vocantur اهل الكتاب *populus libri*. Unum adhuc ſubjiciemus locum: قل يا اهل الكتاب تعالوا الي كلمة سوا بيننا وبينكم الا نعبد الا الله ولا نشرك به شيا * *Dicito, ô vos qui accepiſtis librum, accedite ad verbum quod unum & idem eſt inter nos & inter vos, quòd non colemus niſi Deum, nec aſſociabimus illi quicquam. Beidavi* نعم اهل الكتابين او يهود المدينة ولا نقول عزير ابن الله ولا المسيح ابن الله * *Complectitur populum utriusque libri* (Legis & Evangelii, id eſt, Judæos & Chriſtianos) *aut Judæos Medinenſes. Neque dicamus Ozair eſt filius Dei, neque, Chriſtus eſt filius Dei.*

3. *Aſſociantes.*

3. المشركون *Aſſociantes*, quod tamen nomen ut aliâs diximus, Judæis etiam tribuitur & gentibus. Hinc *Ahmed* ben Edris, *Sechem*, filium Hemor, appellat المشرك *aſſociatorem*. Chriſtiani & Judæi cur ſic dicantur, habes *Sur.* IX. pag. 104. قالت اليهود عزير ابن الله وقالت النصاري المسيح ابن الله * *Dicunt Judæi, Ozair eſt filius Dei. Dicunt etiam Chriſtiani, Meſſias eſt filius Dei.* Pro his autem aſſociantibus negat Muhammed intercedendum *Sur.* eadem pag. 111. Exemplo Abrahami; ما كان استغفار ابرهيم لابيه *Non fuit veniæ precatio Abrahami pro parente ſuo*, quia Idololatra fuerit, adeóque المشرك *aſſocians*. Cenſetur enim pec-

Digitized by Google

peccatum hoc irremiſſibile. Hinc *Suratâ* IV.pag.57. ان الله Liber 2. de Pſeudopr. Muham.
لا يغفر ان يشرك به ويغفر ما دون ذلك لمن يشا ومن
يشرك بالله فقد ضل ضلالا بعيدا * *Deus enim illi, qui ſocium ei adjungit, non remittit. Extra hunc caſum autem remittit, cui vult. Qui enim Deo aliquid aſſociat, errat ille errorem enormem.* Eadem ferè occurrunt etiam verba pag. 52. Huc facit locus *Bochari* in Suna, ſeu Traditionibus Muhammedis: فيقال لليهود في يوم القيمة ما كنتم تعبدون
فقالوا كنا نعبد عزير بن الله فيقال كذبتم لم تكن
لله صاحبة ولا ولد فما تريدون قالوا نريد ان تسقينا
فقال اشربوا فيتساقطون في جهنم ثم يقال للنصاري ما
كنتم تعبدون ويقولون كنا نعبد المسيح بن الله
فيقال كذبتم لم تكن لله صحابة ولا ولد فما تريدون
فيقولون نريد ان تسقينا فيقال اشربوا فيتساقطون في
جهنم * *Dicetur autem Judæis die reſurrectionis, quid coluiſtis? Reſpondebunt: Coluimus Ozair, filium Dei: Et dicetur iis; Mentimini. Neque enim Deo ſocietas eſt aut filius. Quid verò eſt, quod vultis? dixerunt: Volumus, te nobis potum præbere. Accipite ergò potum, reſpondebit iis, & præcipites cadent in gehennam. Poſtea Chriſtianis etiam dicetur, quid vos coluiſtis? Meſſiam coluimus, reſpondebunt, Filium Dei. Et dicetur iis: Mendacia loquimini. Non habet Deus ſocietatem, aut filium. Quid autem eſt, quod vos deſideretis? Reſpondent: volumus, ut potum nobis ſuppedites. Et dicetur iis: Bibite ergò: & concident in gehennam.*

B.De

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

B. De ſtatu *Chriſtianiſmi* tempore Muhammedis, & antè, ſive Religionem ſpectes, ſive vitam, utinam tam pacata, tam compoſita, tam læta referre poſſemus, quàm multa! Certè, ſi hiſtoriam Eccleſiaſticam conſulueris, videbis, ipſa palmaria fidei Chriſtianæ capita per Arianos, Sabellianos, Neſtorianos, Eutychianos ita concuſſa fuiſſe & labefactata, ut Orthodoxiæ nuſpiam ferè tutus aliquandiu fuerit locus. Accedebant crebriores illi conventus & Pſeudoconcilia, acerbæ item Antiſtitum concertationes pro ſedibus Epiſcopalibus. Hinc *Ammianus Marcellinus* lib. XXI. p. m. 1607. Conſtantii jam tempore conqueritur: *Erátque* (Conſtantius) *ſuper his adimere facilis quæ donabat, Chriſtianam religionem abſolutam & ſimplicem anili ſuperſtitione confundens: in qua ſcrutanda perplexiùs: quàm componenda graviùs, excitavit diſſidia plurima, quæ progreſſa fuſiùs, aluit concertatione verborum, ut catervis Antiſtitum jumentis publicis ultrò citróque diſcurrentibus per Synodos, quas appellant, dum ritum omnem ad ſuum trahere conantur arbitrium, rei vehiculariæ ſuccideret nervos.* Et lib. XXVII. p. 1738. *Et hunc quoque* (Viventium) *diſcordantis populi ſeditiones terruere cruentæ: quæ tale negotium excitavere. Damaſus & Vrſicinus ſupra humanum modum ad rapiendam Epiſcopalem ſedem ardentes, ſciſſis ſtudiis aſperrimè conflictabantur, ad uſque mortis vulnerúmque diſcrimina adjumentis utriusque progreſſis: quæ nec corrigere ſufficiens Viventius, nec mollire, vi magna coactus ſeceſſit in ſuburbanum: & in concertatione ſuperaverat Damaſus, parte quæ ei favebat inſtante. Conſtátque in Baſilica Sicinini, ubi ritus Chriſtiani eſt conventiculum, uno die centum triginta ſeptem reperta cadavera peremptorum: efferatámque diu plebem ægrè poſtea delinitam. Neque ego abnuo, oſtentationem rerum conſiderans Vrbanarum, hujus rei cupidos ob impetrandum quod appetunt omni contentione laterum jurgari debere, quum id adepti, futuri ſunt ita ſecuri,*

Status Chriſtianiſmi deſcribitur: 1. Ex Ammiano Marcellino.

ut ditentur oblationibus matronarum,procedántque vehicu- Liber 2. de Pſeudopr. Muham.
lis inſidentes circumſpectè veſtiti, epulas curantes profuſas, adeò ut eorum convivia regales ſuperent menſas, qui eſſe poterant beati revera, ſi magnitudine urbis deſpecta, quam vitiis opponunt, ad imitationem Antiſtitum quorundam provincialium viverent: quos tenuitas edendi, potandíque parciſſimè, vilitas etiam indumentorum & ſupercilia humum ſpectantia perpetuo numini veríſque ejus cultoribus ut puros commendant & verecundos. Acris cumprimis & difficilis fuit concertatio, circa Muhammedis tempus exorta, inter Epiſcopum Romanum, *Gregorium magnum*, & Conſtantinopolitanum, *Johannem*, de axiomate Epiſcopi Oecumenici, quorum alter, Romanus nempe, charactere hoc vel Antichriſtum, vel Antichriſti ſaltem prodromum notanter ſignari palàm eſt faſſus. Vide quæ diximus in *Hiſtoria Eccleſiaſtica* pag. 306. Ammiani Marcellini teſtimonium ſi, quod Gentilis ſit, rejicias, *Socratem* adi, *Sozomenum*, *Euſebium*, cæteróſque ſubſequentes, & ex iis diſce, quàm malè Eccleſia primitiva Heterodoxorum artibus fuerit vexata. Vix potuit pro Chriſtiana veritate in publicis conciliorum conſeſſibus aliquid decerni, ſua ſtatim Diabolus excitavit inſtrumenta, quæ pacem publicam turbârunt. Imò ubi compoſita omnia fuerunt & ſedata, aliqui ſubinde caput extulerunt, qui halcyonia Eccleſiæ Chriſti inviderunt, & nova ſemper Evangelii miniſtris ἔριδος μῆλα objecerunt. Audi fortiſſimum illum in cauſa Chriſti contra Arium, & Ἀρειομανεῖς athletam, *Hilarium*, querentem: *Poſt Nicenam* 2. Ex Hilario.
Synodum, inquit, *nihil aliud quàm fidem ſcribimus, dum in verbis pugna eſt, dum de novitatibus quæſtio eſt: dum de ambiguis, dum de authoribus querela eſt: dum de ſtudiis certamen eſt: dum in conſenſu difficultas eſt: dúmque alter alteri anathema eſſe cœpit, prope jam nemo eſt Chriſti. Proximi anni fides quid immutationis habet? Primum decretum Homouſion decernit tacere: ſequens rurſus Homouſion decernit*

Liber 2. de Pſeudopt. Muham. *& prædicat. Tertium Vſiam ſimpliciter à patribus præſumtam per indulgentiam excuſat: Quartum non excuſat ſed condemnat. Tandem eò proceſſum eſt, ut neque penes nos, neque penes quenquam ante nos, ſanctum exinde aliquid atque inviolabile perſeveret. Annuas atque menſtruas de Deo fides decernimus, decretis pœnitemus, pœnitentes defendimus, defenſos anathematizamus, aut in noſtris aliena, aut in alienis noſtra damnamus, & mordentes invicem jam abſumti ſumus.*

3. Ex Euſebio. Ita ipſe *Euſebius* Hiſtor. Eccleſ. l. 8. c. 1. tempora Diocletiani perſecutionem proximè antecedentia deſcripturus ait; ὡς δὲ ἐκ τῆς ἐπὶ πλεῖον ἐλευθερίας ἐπὶ χαυνότητα καὶ νωθείαν τὰ καθ' ἡμᾶς, μετηλλάττετο, ἄλλων ἄλλοις διαφθονουμένων, καὶ διαλοιδορουμένων, καὶ μονονουχὶ ἡμῶν αὐτῶν ἑαυτοῖς προσπολεμούντων ὅπλοις, εἰ οὕτω τύχοι καὶ δόρασι τοῖς διὰ λόγων, ἀρχόντων τε ἄρχουσι προσρηγνύντων, καὶ λαῶν ἐπὶ λαοὺς καταστασιαζόντων. Τῆς τε ὑποκρίσεως ἀφάτου καὶ τῆς εἰρωνείας ἐπιπλεῖστον ὅσον κακίας προϊούσης, ἡ μὲν δὴ θεία κρίσις οἷα φίλον αὐτῇ πεφεισμένως τῶν ἀθροισμάτων ἔτι συγκροτουμένων, ἠρέμα καὶ μετρίως τὴν αὐτῆς ἐπισκοπὴν ἀνεκίνει ἐκ τῶν ἐν στρατείαις ἀδελφῶν καταρχομένου τοῦ διωγμοῦ. ὡς δ' ἀνεπαισθήτως εἴχομεν, οὐχ ὅπως εὐμενὲς καὶ ἵλεω καταστήσεσθαι τὸ θεῖον προὐθυμούμεθα, οἷα δέ τινες ἄθεοι ἀφρόντιστα καὶ ἀνεπίσκοπα τὰ καθ' ἡμᾶς ἡγούμενοι, ἄλλας ἐπ' ἄλλαις προσετίθεμεν κακίας. οἵ τε δοκοῦντες ἡμῶν ποιμένες τὸν τῆς θεοσεβείας θεσμὸν παρωσάμενοι ταῖς πρὸς ἀλλήλους ἀνεφλέγοντο φιλονεικίαις. Αὐτὰ δὴ ταῦτα μόνα, τὰς ἔριδας, καὶ τὰς ἀπειλὰς, τόν τε ζῆλον καὶ τὸ πρὸς ἀλλήλους ἔχθος καὶ μῖσος ἐπαύξοντες, οἷά τε Τυραννίδας τὰς φιλαρχίας ἐκθύμως διεκδικοῦντες, τότε. *Verùm cùm nos præ nimia quadam libertate in mollitiem & ſegnitiem eſſemus prolapſi, cúmque alii aliis invidere, maledictis inſectari, & propè nos ipſi inter nos petulantibus linguis tanquam mutuis armis oppugnare, & caſu aliquando verborum contumelias, velut haſtas unus in alium intorquere, & præſides Eccleſiarum alter alterius vires infrin-*

Digitized by Google

ſtringere, & populos in populum ſeditionem concitare occipe- rent: cúmque ficta & adumbrata ſanctitatis ſpecies, quæ oratione nequit exprimi, & ſimulatio fronte occultata ad immenſam quandam pravitatem ſerpſiſſet, divina ultio, dum per magna adhuc Chriſtianorum ubique verſabatur frequentia parciùs, aliquando remiſſiùs, ut ſolet, primò perſecutione ex fratribus, qui militiam exercebant inchoata, cœpit in nos animadvertere. Sed ubi veluti ſenſibus orbati, & præſtricti mente, nulla cura aut cogitatione incubuimus, ut divinum numen in nos incenſum benevolum & placatum efficeremus: ſed tanquam impii noſtras res à Deo nec curari, nec animadverti arbitrari alia vitia aliis acervatim adjecimus: & paſtores noſtri depulsâ repudiatâq; pietatis regulâ, diſſidio & contentione inter ſe exarſerunt: quia etiam nullas alias res præterquam diſcordias, minas, æmulationem, inimicitias & odium inter ipſos mutuò adaugere ſtuduerunt: & animis ambitionis æſtu incenſis tyrannorum more principatum obtinere laborârunt, tunc demum &c. Examina etiam quæ habet *Sozom.* Hiſt. Eccl. l. 1. cap. 16. & initio cap. 17. Luculentus cumprimis locus eſt apud eundem authorem (qui in præfat. Hiſt. Eccleſ. monet, ſe enarraturum καὶ στάσεις ἐκκλησιῶν πρὸς ἑαυτὰς περὶ προεδρίας ἢ προτιμήσεως οἰκείας αἱρέσεως *virorum Eccleſiaſticorum inter ipſos ſeditiones, vel de primatu, vel de ſua ſecta aliis præferenda)* l. 1. cap. 15. Ἀλλὰ γὰρ καὶ παρὰ ταῦτα καὶ διὰ πάντων τῶν ἄλλων τῆς θρησκείας εὐδοκιμούσης, ἐριστικαί τινες διαλέξεις ἐταράττετο τὰς ἐκκλησίας ἐπὶ προφάσει δῆθεν εὐσεβείας, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ τελείας εὑρέσεως, εἰς ζήτησιν ἄγουσαι τὰ πρότερον ἀνεξέταστα. *Quamvis enim & hic & aliis omnibus in rebus religio Chriſtiana bene audierit, diſputationes tamen quædam litigioſæ, quæ prætextû pietatis, & perfectæ Dei cognitionis eliciendæ, in controverſiam deducebant ea, quæ antea nunquam in quæſtionem venerant, Eccleſias valde perturbârunt.* De A-

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

4. *Ex Sozomeno.*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

rio loquitur, ejúſque νεωτερισμῷ. His adde calculum *Sulpitii Severi* in Hiſtor. noſtra Eccleſiaſtica p. 181.

Arabia cumprimis hæreſium ferax. Habuit n. Beryllum.

Atque, ut propiùs accedamus, ipſa Arabia variis hæreſibus, & impiis καινοτομίαις non parùm fuit turbata. *Beryllus*, Βόστρων τῆς Ἀραβίας ἐπίσκοπος, τὸν ἐκκλησιαστικὸν παρεκτρέπων κανόνα, ξένα τινὰ τῆς πίστεως παρεισφέρειν ἐπειρᾶτο, τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν λέγειν τολμῶν μὴ προϋφεστάναι κατ᾽ ἰδίαν οὐσίας περιγραφὴν πρὸ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας, μὴ δὲ μὴν θεότητα ἰδίαν ἔχειν, ἀλλ᾽ ἐμπολιτευομένην αὐτῷ μόνην τὴν πατρικήν, *Boſtrorum Arabiæ Epiſcopus, quo Canonem Eccleſiaſticum perverteret, peregrina quædam & à fide aliena introducere conatus eſt, temerè aſſerens Servatorem & Dominum noſtrum propria ſubſtantiæ circumſcriptione non antè fuiſſe, quàm in humanam carnem immigraret: neque propriam ex ſe habuiſſe divinitatem, ſed ſolam Patris in eo extitiſſe.* Fuit quidem meſſis hæc maligna, planéque venenata, ſuffocata in herba, adeò ut ipſe Berillus ab Origine ad regiam reductus fuerit viam, teſte *Euſeb.* Hiſt. Eccleſ. l. VI. c. 33. non tamen dubitandum, quin ejus aliqua apud Arabes, Muhammedis tempore, fuerit memoria. Idem etiam *Euſeb.* lib. cit. cap. 37. meminit:

Θνητοψυχῖται.

τῆς τῶν Ἀράβων διαστάσεως, eorum nempe, qui aſſerebant, τὴν ἀνθρωπείαν ψυχὴν τέως μὲν κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν ἅμα τῇ τελευτῇ συναποθνήσκειν τοῖς σώμασι καὶ συνδιαφθείρεσθαι. Αὖθις δέ ποτε κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν σὺν αὐτοῖς ἀναβιώσεσθαι, *animam humanam unà cum corporibus uno eodémque mortis articulo extingui: at demum reſurrectionis tempore univerſæ carnis, cum eisdem vitam denuo recuperaturas.* Hanc quoque θνητοψυχιτῶν controverſiam feliciter decidit Origenes. Teſtatur etiam *Epiphanius* cont. hæreſ. lib. 1. t. 3. hæreſi XL. in Cochaba Arabiæ Ebionæorum & Nazaræorum radices pullulâſſe. Et *Georgius Simler* comment. in Sergium Johannis Reuchlin Actu III. pag. 76. *Licèt Felix à noſtris & à Græcis εὐδαίμων dicatur Arabia, propter multa odorata*

rata ad unguenta pertinentia, quæ inde ad nos advehuntur, hæreticæ tamen pravitatis gratia & monſtrorum, quibus illa terra pullulat, religio Chriſtiana, quæ portentoſa ſignificare vult, ex ea producit. De hac Arabiæ infelicitate ſcribit *Danæus* comment. in Auguſt. de hæreſib. pag. 201. *Ferax hæreſeôn Arabia, quemadmodum & illi vicina Aegyptus. Vti enim ſerpentes utraque regio alit, humano generi nocentiſſimos: ſic utraque protulit dogmata animorum noſtrorum prorſus peſtifera.* Et pag. 202. *Denique variæ ex eadem Arabia hæreſes ſunt natæ, non tantùm hæc una Animi-mortalium, ſed & hæreſis Collyriadianorum illic quoque poſt hos Arabicos nata eſt, quemadmodum ſcribit Epiphanius, vel ex Scythia & ſuperiore Thracia, in eas regiones delata illic ita pullulavit, ut totam gentem Idololatriâ & ſuperſtitione imbueret. Hi verò Collyridiani* ἀπὸ τῆς κολλυρίδος, *id eſt,* torta panis & tortilis placentæ genere, *quam Mariæ Virgini ſuperſtitiosè offerunt, ſunt dicti.* De his *Collyridianis* prolixè agit *Epiphan.* hæreſ. lib. III. t. 2. hæreſ. 75. & 79. illâ quidem Epiſtolâ habetur ſcripta ab *Epiphanio* εἰς τὴν Ἀράβων χώραν, ubi inter alia, pag. 444. Ἀσφαλισώμεθα οὖν μήπως περισσοτέρως ἐγκωμιάσαι τὴν παρθένον, γένηταί τινι εἰς ἄλλο πρόσκομμα φαντασίας. Οἱ μὲν γὰρ εἰς τὸν υἱὸν βλασφημοῦντες καθάπερ μοι ἄνω προδεδήλωται, φύσει ἀπαλλοτριοῦν αὐτὸν τῆς τοῦ πατρὸς θεότητος ἐφιλοτιμήσαντο. Ἄλλοι δὲ πάλιν ἑτέρως φρενήσαντες, ὡς δῆθεν τιμῆσαι, περισσοτέρως προαχθέντες, τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα εἶπον, καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν, καὶ τὸ αὐτὸ ἅγιον πνεῦμα, ἐπὶ δὲ τοῖς μέρεσιν ἀμφοτέροις ἀνίατος ἡ πληγή. Οὕτω περὶ τῆς ἁγίας ταύτης καὶ μακαρίτιδος ἀειπαρθένου, οἱ μὲν ἐξυβρίσαι τετολμήκασιν, ὡς συναφθεῖσαν αὐτὴν σαρκὶ μετὰ τὴν μεγίστην ἐκείνην καὶ ἀκραιφνῆ οἰκονομίαν τοῦ κυρίου τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας· καὶ ἔστι τοῦτο πάσης μοχθηρίας δυσσεβέστατον· ὡς δὲ τοῦτο φαμὲν ἐνηχηθῆναί τινας, οὕτω τετολμηκέναι, ῥᾳδίως ἐπιδοῦναι ἑαυτοὺς τῇ ἁμαρτίᾳ· οὕτω καὶ τὸ ἕτερον τεθαυμάκαμεν πάλιν ἀκηκοότες. Ἄλλους γὰρ πάλιν ἀφραί-

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Collyridiani.

De quibus Epiphanius.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

νοντας εἰς τὴν ὑπὲρ τῆς αὐτῆς ἁγίας ἀειπαρθένου ὑπόθεσιν, ἀντὶ θεοῦ ταύτην παρεισάγειν ἐσπουδακότες καὶ σπουδάζοντας, καὶ ἐν ἐμβροντήσει τινὶ καὶ φρενοβλαβείᾳ φερομένους. διηγοῦνται γὰρ ὥς τινὲς γυναῖκες ἐκεῖσε ἐν τῇ Ἀραβίᾳ ἀπὸ τῶν μερῶν τῆς Θρᾴκης, τοῦτό γε τὸ κενοφώνημα ἐνηνόχασιν, &c. *Cauti igitur ſimus, ne fortè nimiùm laudando Virginem, alii fiat aliud offendiculum imaginationis. Qui enim in Filium blaſphemi ſunt, prout ſuprà à me oſtenſum eſt, naturâ ipſum abalienare à Deitate Patris conati ſunt. Alii verò iterum aliter ſentientes, nimiùm majori honore proſequi ſtudentes, eundem eſſe Patrem dixerunt & eundem Filium, & eundem Spiritum Sanctum. Eſt autem utriſque partibus incurabilis plaga. Sic etiam de ſancta hac & beata ſemper Virgine, aliqui contumeliâ quidem afficere eam ſunt auſi, velut copulatam carni poſt maximam illam & ſinceram Domini diſpenſationem adventus ipſius in carne, & eſt hoc impientiſſimum ac flagitioſiſſimum. Quemadmodum autem dicimus, nos hoc audiviſſe, quosdam ita auſos fuiſſe, ut ſe ipſos facilimè projecerint in peccatum, ſic admirati ſumus, quum aliud rurſus audiviſſemus, alios nimirum iterum ita deſipere, ut in tractatione de ipſa ſancta ſemper Virgine, pro Deo hanc introducere ſtatuerint, & adhuc ſtudeant, & furore quodam ac amentiâ ducantur. Narrant enim, quòd quædam mulieres illic in Arabia à partibus Thraciæ, hanc vanitatem invexerunt.* De Collyridianis loquitur hoc loco *Epiphanius*, qui, an Mariam ſubſtantiâ ipsâ, an honore tantùm Deum eſſe voluerint, inter eruditos nondum ſatis convenit. Prius cum *Baronio* Appar. ad annal. S. 43. aſſerit *Forbeſius* Inſtruct. Hiſtorico-Theol. l. IV. c. 8. Poſterius *Rivetus* Apol. pro Sanct. Virg. l. II. cap. 7. Dubitanter loquitur *Caſaubonus* cont. Baron. Exercit. I. Sect. 18. num. 43. Noſtrum judicium de tota hac materia ſequentibus ſubjiciemus Aphoriſmis.

Quæritur: an Maria pro Deo habita eſſentiâ, an cultu?

I. Ex

I. Ex *Epiphanii* verbis citatis colligi non poſſe, *Collyridianos hæreticos voluiſſe, Dei-genitricem Mariam humanæ naturæ prorſus expertem, ac divinæ tantùm participem fuiſſe*, ut *Baronius* loquitur. Vide *Caſaub.* l. cit. Liber 2. de Pſeudopr. Muham. 1.

II. Commemorare tamen ſcriptores Arabicos, & Chriſtianos, & Muhammedanos, prodigioſam & portentoſam quorundam ſententiam, quæ B. Virginem humana ſorte exemtam Trinitatis complementum, ut Pontificia utar Phraſi, adeóque Deam eſſe voluerit, cum Patre, Filio & Spiritu Sancto colendam & adorandam. Ex *illis* ſic ſcribit *Elmacinus* p.m. 227. 2. *Maria à quibusdam pro Dea habita.*

ومنهم من كان يقول ان المسيح ومريم الهين من دون الله وهولا كانوا يعرفوا بالمزايمة * *Ex iis* (qui Nicex in Concilio erant congregati, quorum, poſt *Patricidem*, ponit 2300.) *erant, qui dixerunt, Meſſiam & Mariam, præter Deum, duos Deos eſſe. Atque hi appellati ſunt Mazamai.* Puto tamen errorem eſſe, pro, Mariamini. Ita etiam *Patricides* pag. 120. ومنهم من كان يقول ان المسيح وامه الهين من دون الله وهم البربرانية ويسمون المريميين * *Quidam dicebant, Chriſtum & Mariam duos eſſe Deos, præter Deum, qui quidem Barbari erant, Marianitæ vel Mariamini cognominati.* Ex *his* verò *Beidavi* in comment. ſuis p.m. 148. ad verba Alkor. *Sur.* IV. p. 60. لا تقولوا ثلاثة *Ne dicitote tres*, notat: اي الالهة ثلاثة الله والمسيح ومريم ويشهد عليه قوله تعالي انت قلت للناس اتخذوني وامي الهين من دون الله او الله ثلاثة ان صح انهم يقولون الله ثلاثة اقانيم الاب والابن والروح القدس ويريدون بالاب الذات

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

* الذات وبالابن العلم وبروح القدس الحيوة id eſt, *Tres Deos, nempe Deum & Chriſtum, & Mariam, atque de hoc teſtatur dictum altiſſimi* (locum *Alkor.* intelligit *Sur.* V. p. 71. in quo Deus Pater Chriſtum ita alloqui introducitur) *Tu ne* (ô Iſa, fili Mariæ) *dixiſti hominibus, aſſumite me, & matrem meam Deos, præter* (juxta) *Deum? Aut Deum trinum. Conſtat enim eos dicere, in Deo tres eſſe perſonas, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, tribuúntque Patri eſſentiam, Filio ſcientiam, Spiritui Sancto vitam.* Sic etiam *Abunazarus* de Melkitis p. m. 149. ſcribit, eos credere الالهة ثلاثة مريم

* والله. وعيسى *Tres Deos, Mariam, & Iſa, & Deum.*

3. III. An verò de *Collyridianis* intelligi hæc debeant, aut aliis Mariolatris, id quod veriſimile eſt, in medio relinquimus. Sufficit indicâſſe, jam ſexto ſeculo & antè divinos honores maximo cum Chriſtianiſmi periculo, & infidelium ſcandalo, creaturis tribui cœpiſſe, quæ quidem ſuperſtitio Arabiam maximè invaſiſſe videtur. Alias etiam hæreſes infeliciter pullulâſſe in Arabia, probare eſſet proclive, niſi ex his tandem cavernis, & olidis hæreticorum cloacis emergendi deſiderium nos pergere juberet. *Manichæi* certè incunabula deliramentorum ſuorum meritò accepta ferunt Arabiæ. *Scythianus* enim, ejúsque famulus, Manetis prodromi, Saraceni erant. Alios tacemus. Atque tot contentionibus Chriſtiani exacerbati hoſtibus Chriſti anſam præbuerunt triumphandi, cauſæ bonæ inſultandi, veritatis Catholicæ dignitatem extenuandi, veterem illam ſerram reciprocantes: *μὴ δεῖν πιστεύειν διὰ τὴν διαφωνίαν τῶν αἱρέσεων, non eſſe credendum* (ad fidem Chriſti non eſſe accedendum) *propter tot ſectarum differentiam.* Clem. Alex. ſtromat. l. 7. Non latuerunt hæc diſſidia Muhammedem. Unde in *Alkorano* aliquoties ea Chriſtianis exprobravit. Hinc

Muhammed Chriſtianis exprobrat varia ſchiſmata.

Su-

Digitized by Google

Surata Mariæ : فاختلف الاحزاب من بينهم *Diſſident inter ſe nationes*, vel Sectæ, quæ verba *Beidavi* ſic explicat. اليهود والنصاري او فرق النصاري نسطورية قالوا انه ابن الله ويعقوبية قالوا هو الله هبط الي الارض ثم صعد الي السما وملكية قالوا هو عبد الله ونبيه * *Diſſident Judæi & Nazareni, Aut Secta Nazarenorum.* Neſtoriani *enim dicunt, eum* (Chriſtum) *eſſe Filium Dei.* Jacobitæ *verò, eſſe eum Deum, qui venerit in terram, poſteáque aſcenderit in cælum.* Melkitæ *aſſerunt eum ſervum Dei eſſe, ejúsque Prophetam.* Meminit trium harum ſectarum plenius *Ahmed* ben Edris, libro ſæpe citato p. m. 156. علي معني قولهم بالاتحاد وهم فرق ثلاث اليعاقبة والروم والنسطورية وهم كثيرون في فرقهم لكن المشهورون الان هذه الثلاثة * *In negotio unionis tres ſunt ſectæ*, Jakobitarum, Romanorum, & Neſtorianorum, *qui iterum in varias abeunt ſectas. Omnium verò notiſſimæ hodie ſunt hæ tres.* Ad *Jacobitas* redit : واليعاقبة فرقة يعقوب السوريي ويسمي البرادعي ادعت ان المسيح عليه السلام صيره الاتحاد طبيعة واحدة واقنوم واحدا * *Jacobitæ ſectæ ſunt Jacobi Syri, cognomento Baradæi, qui docuit, Meſſiam, ſuper quo pax, unione factum eſſe naturam unam, unámque perſonam.* Cur *Baradeus* cognominatus fuerit, tantò libentiùs ex *Patricide* afferam, quantò idem ille clariùs ſententiam ejus & ponit, & refutat. Sic ille p.m. 204. واقام سويرس الملعون بطريرق علي

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Notiſſima ſchiſmata apud Arabes ſunt :

a. *Iacobitarum.*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham. *à Iacobo quodam dictorum De quo* 1. *Patricides.*

على انطاقية ست سنين ومات وكان لسويرس تلميد يقال له يعقوب وكان لباسه من خرق البرادع التي للدولب يرقع بعضها ببعض وكان يسمي يعقوب البرادعي وكانت مقالته ان المسيح طبيعة واحدة من طبيعتين وجوهر من جوهرين ومشية واحدة موافق لقول سويروس وديوسقوروس واتيشيوس الملاعين وسموا التابعين لدين يعقوب والقايلين بمقالته يعقوبيين مشتق من اسم يعقوب * *Subſtitit Severus maledictus* (fuit Severus ille Antiochenus Epiſcopus, ſub Anaſtaſio Imperatore, circa añ. à Chriſto paſſo 462. qui negavit naturarum proprietates inconfuſas in Chriſto poſt unionem manere: vide comment. *Dan.*in *Auguſt.*de hæreſ. pag. 232.) *Patriarcha Antiochenus per annos 6. poſteáque mortuus eſt. Habuit autem hic Severus diſcipulum Jacobum, qui veſtitus erat laciniis ſtrati jumentis imponi ſoliti, ubi alia alii aſſuitur* (neſcio cujus generis centonem intelligat, Arabicè *Barada* vocatur) *atque hinc fuit appellatus Jacobus* Baradæus. *Sententia ejus fuit; In Chriſto unam eſſe naturam ex duabus mixtam: & unam ſubſtantiam ex ſubſtantiis duabus, unámque voluntatem. Qua quidem ratione conſentit cum Severo, Dioſcuro, Eutyche, maledictis. Qui verò religionem Jacobi ſequuntur, ſententiámque ejus aſſerunt, Jacobitæ dicuntur, nomine deducto à Jacobo.* Atque huic Jacobitarum errori *Patricides* prolixum admodum ſubjicit elenchum. Memini me aliquando inter libros Cl. D. *Elichmanni* videre Mſc. Arabicum, authore *Ibn-Sora,* Jacobita, Patricidi oppoſitum, in quo cauſam ſuam ſuorúmque vehementer ſatis agit. Habet nonnulla

Cui ſe oppoſuit Ibn-Sora.

nulla hiſtorica de lapſu Adami, quæ aliquando in adverſaria mea conjeci. Ait tempore Chriſti cruci affixi Solem fuiſſe obſcuratum à tempore ست ساعات من النهار في يوم الجمعة الذي اكل ادم من الشجرة الي وقت تسع ساعات مثل الوقت الذي ادم اخرج من الفردوس* *Horæ ſextæ diei Veneris, quo Adam edit de arbore, uſque ad tempus horæ nonæ, quo, præter propter, Adam fuit ejectus Paradiſo.* Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

De his etiam Jacobitis agit *Elmacinus* p.m. 251. ومن الوقت افترقت الكنيسة وصارت الملكية علي مذهب مرقيان الملك واليعقوبية علي مذهب ديسقوروس كان اسمه في العلمانية يعقوب وكان يكتب الي المومنين وهو في النفي ويوصيهم ان يثبتوا علي امانه المسكين المنفي يعقوب وقيل انما كان ربا له تلميذ اسمه يعقوب وكان وهو في النفي يرسله الي الشعب يثبتهم علي الامانة فنسبوا اليه وقيل ان يعقوب كان تلميذا لساويرس بطريرق انطاكية وكانت امانته موافقة لامانة ديسقورس وكان الاب ساويرس يرسل يعقوب تلميده الي المومنين ويثبتهم علي امانة ديسقورس فنسبوا اليه * *Ab eo* (Petri Patriarchæ Alexandrini) *tempore ſciſſa eſt Eccleſia.* Mel- 2. *Elmacinus.*

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

citæ *ſequebantur religionem Marciani Imperatoris*: Jacobitæ *verò dogma Dioſcuri, cui in juventute nomen erat Jacobi. Scripſit autem is ad fidei ſuæ ſocios, in exilio degens, iisque præcepit, ut in ſua, hominis quidem pauperis & exilio mulctati Jacobi, ſententia permanerent. Sunt tamen qui dicunt, quòd Doctor fuerit diſcipuli cujusdam nomine Jacobi, qui expulſus eundem hinc inde ad populos miſerit, ut in fide ſua eos confirmaret: A quo proinde illi denominentur. Alii verò tradunt, Jacobum fuiſſe diſcipulum Severi, Patriarchæ Antiocheni, qui eandem cum Dioſcoro habuerit fidem. Patrem autem Severum emiſiſſe Jacobum, diſcipulum ſuum ad fidei ſuæ conſecratos, ut ad conſtantiam in fide Dioſcuri eos hortaretur. Atque ab hoc eos obtinuiſſe nomen.* Subjicerem ipſa *Ahmedis*, hominis Muhammedani verba, quibus Jacobitarum ſententiam non infeliciter p. m. 156. refutat, niſi ad alteram Chriſtianorum, in Arabum monumentis celebrem, ſectam properandum, quæ eſt الروم *Romanorum*. De ea ſic ſcribit *author* citatus pag. 157. الفرقة الثانية الروم وهم الملكية تقول هما بعد الاتحاد جوهران واقنوم واحد * *Secunda ſecta eſt Romanorum, qui & Melcitæ dicuntur, quorum ſententia poſt unionem duas ponit naturas, & unam perſonam.* Sic vocem قنوم apud Theologos Syros (malè enim *Ahmed* ait eſſe لفظة رومية *vocabulum Romanum*; quod *Individuum* quotidiano uſu notet) haud ignotam reddimus. Pergit autem قالت الملكية فله بطبيعة اللاهوت مشية كمشية الاب وله بطبيعة الناسوت مشية كمشية ابرهيم وداود عليهما السلام وهو شخص واحد * *Dicunt Melcitæ,*

b. *Romanorum, ſeu Melcitarum.*

citæ,ſecundùm naturam divinam Chriſtum habere voluntatem ſimilem voluntati patris: ſecundùm naturam verò humanam voluntatem ejus ſimilem voluntati Abrahami,& Davidis,ſuper quibus ſit pax,eum tamen unum eſſe Individuum. Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Sed quinam ſunt Melcitæ? *Danæus* comment.in tractat.Aug. de hæreſ.p.232.b. *Hi* (Jacobitæ) *eandem prorſus,quam primi Eutychiani ſententiam amplectuntur & defendunt atque ita impunè orthodoxos irriſere, ut eos Melchitas vocarent, quòd Imperatorum fidem ſequerentur.* De iisdem *Sionit.*de Morib.Orient.p.74. *Et quidem Melchitæ ſeu Græci,qui per totum Orientem longè latéque ſunt ſparſi Spiritum Sanctum à ſolo Patre procedere, purgatorium nullum exiſtere peſſimè crediderunt,indéque illis odium inteſtinum in ſummum Pontificem,atque in omnes ei in ſpiritualibus ſubjectos,ita ut eidem veraciſſimo Chriſti in terris vicario primatum pertinaciter abnegent.* *Quinam Melcitæ?*

Superſunt *Neſtoriani*, de quibus *Ahmed ben Edris*: *3. Neſtorianorum.*
النسطورية النصاري المشرق منسوبون الي نسطورس
يقول ان هما بعد الاتحاد جوهران واقنومان باقيان
علي طبيعتهما * *Neſtoriani, Chriſtiani Orientales, derivati à Neſtorio,qui dicebat,quòd poſt unionem duæ ſint ſubſtantiæ,duæ perſonæ in ſua remanentes natura.* Addit autem, etſi Muhamedanus, non malè: والسوال عليهم ان
الطبيعتين كانتا شخصين يكذبه الحس فان عيسي
عليه السلام كان شخصا واحدا ويكون مذهبهم
مخالف الضروريات * *Quæratur ab iis,ſi duæ illæ naturæ duas conſtituunt perſonas,utique eos mendacii convincit ipſe*

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

ſenſus communis. Iſa enim ; ſuper quo pax ; una tantùm fuit perſona. Atque ſic religio eorum contraria eſt neceſſariis demonſtrationibus.

Fabula ex Ahmed de tribus his Sectis.

Idem *Ahmed* de origine harum trium inter Chriſtianos Sectarum ita fabuloſè loquitur,ut mirum ſit,unde per febrim ſimia hæc tam inſulſum & impium comminiſci potuerit figmentum. Multum tamen eſt,quòd,ὅλῳ θυλάκῳ,hoſtis Eccleſiæ infenſiſſimus concedit,*Paulum, ex perſecutore factum eſſe Chriſtianiſmi lumen & columen,Trinitatis clariſſimum doctorem, fortiſſimúmque hyperaſpiſten.* Primum fabulæ actum breviter perſtingemus. Eo námque, ὁ κρυνολυζολήραιος oſtendere conatur,unde tot inter Chriſtianos gliſcere cœperint diverſæ ſententiæ,ex emortualibus nempe Pauli verbis,quæ,ſemetipſum in monte quodam ſacrificaturus,tribus regibus ita ſtudioſè inſuſurrârit,ut quiſque poſt fata ejus crederet ſibi ſoli commiſſam eſſe doctrinæ Paulinæ ſucceſſionem. Tantæ molis erat litem de reliquiis ejus obortam decidere,ut præter combuſtionem totius corporis, ad æqualem partium diſtributionem iis nihil potuerit ſatisfacere. Sed neque ſic quidem res fuit compoſita. Domum enim tres illi Utopiæ Reges reverſi,magnas ſimultates inter ſe fovebant,quiſque perſuaſus,ſibi uni veram fidei doctrinam (ſingulis enim ſeparatim Apoſtolum arcana illa revelâſſe nugatur Cyclops) à Paulo traditam. Alter actus talis eſt : قالت فرقة من

المورخين عندنا وعندهم ان عيسي عليه السلام لما دعا بني اسرايل للايمان اجابه كفر يسير ثم رفع فاستجلي الناس كلامه حتي بلغ اتباعه سبع ماية رجل وكاثر المجاهدين في بني اسرايل ويدعون للايمان

* للايمان *Dicunt quidam Hiſtorici, Muhammedani & Chriſtiani, quòd, cùm Iſa; ſuper quo pax; Iſraëlitas ad fidem vocaſſet, pauci admodùm initio ſecuti fuerint. Cùm verò exaltatus eſſet, honorificè homines verbum ejus exceperint, adeò ut numerus aſſeclarum creverit ad viros ſeptingentos, ſicque multiplicati ſint athletæ* (pro Chriſtianiſmo) *inter filios Iſraël, qui & ipſi* (alios) *ad fidem vocârint.* His reſtitiſſe ait, Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

قولس اليهودي وسمي بولس ايضا وكان هو

الملك في بني اسرايل وهزمهم واخرجهم من الشام

* الى الدروب *Kaulum* (Saulum ſcribere voluit) *qui & Paulus dicatur, Judæum, Regem filiorum Iſraël, qui eos in fugam verterit & expulerit, ex Syria ad fines uſque Græciæ.* Poſteà verò ipſum hunc Saulum, mutato habitu, in caſtra Chriſtianorum excurrentem, cognitum fuiſſe & captum. Mox, recenſione pœnarum ſibi divinitus inflictarum præmiſſa, faſſum eſſe, ſe non ita pridem & oculis, & auditu, & ſenſu omni orbatum votum feciſſe, Chriſto ſe nomen daturum, dum à malis iſtis liberaretur. Nunc ergò ſibi reſtitutum, fidem ſe ſoluturum, & inter Chriſtianos reliquum vitæ ſuæ ſpatium tranſacturum. Extruxiſſe autem Chriſtianorum proceres novo Proſelyto ſacellum, in quo aliquot viſionibus de reſtaurandis Eccleſiæ ritibus fuerit admonitus. *Prima* viſione obtinuiſſe, ut conſuetudo in precibus hactenus inter Chriſtianos uſitata mutaretur. Verba authoris ſunt: فردهم عن قبلتهم بيت

* المقدس الى الشرق. *Et abſtraxit eos à conſuetudine orandi Hieroſolymam versùs, Orientalem plagam commendans. Secunda* viſione ſuſtuliſſe eum, ſcribit, diſcrimen ciborum. *Tertia* viſio nobis Melcitarum authorem fingit quendam

dam

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

ثم اغلق بعد ذلك dam *Malcun*, de quo ſic nugivendulus:
ثلثا فقرعوا اشد من الثانية فلما فتح لهم قال اني
رايت رايا قالوا هات قال ليخرج كل من البيت
الا يعقوب ونسطور وملكون والموبن ففعلوا قال هل
علمتم احدا من الانسان ابرا الاكمه والابرص واحيا
الموت قالوا لا قال واني ازعم انه الله تعالي تجلي لنا
ثم احتجب فقال بعضهم صدقت فقال بعضهم لا ولكنه
ثلثة اله وولده وروح القدس وقال بعضهم الله وولده
وقال بعضهم هو الله تجسم لنا وافترقوا علي اربع فرق
واما يعقوب فاخذ بقول بولس ان الله هو المسيح وبه
اخذت شيعته وهم اليعقوبية واما نسطور فقال المسيح
ابن الله علي جهة الرحمة وبه اخذت شيعته النسطورية
واما ملكون فقال ان الله ثلثة وبه اخذت شيعة وهم
الملكية وقام الموبن فقال لهم لعنة الله والله والله ما حاول
هذا الا انسادكم ونحن اصحاب المسيح وقد راينا
عيسي عليه السلام ونقلنا عنه وانما هذا يضللكم
فقال بولس للذين اتبعوه قوموا بنا نقاتل هذا الموبن
ونقتله هو فاصحابه والا انسد عليكم دينكم فخرج الموبن
الي

Digitized by Google

الي قومه فقال الستم تعلمون ان المسيح عبد الله ورسوله وكذا قال لكم قالوا بلى قال فان هذا الملعون قد اضل القوم فركبوا في اثرهم فهزمهم المومن فاصحابه فخرجوا الي الشام فاسروهم اليهود فاخبروهم الخبر فقال انما خرجنا اليكم لنامن في بلادكم وما لنا في الدنيا من حاجة انما نلتزم الكهوف والصوامع ونسيح في الارض ثم فعلوا الذين كفروا مثل اصحاب المومن من الصوامع الرهبانية وادرك النبي من اصحاب المومن ثلثين راهبا وماتوا علي الاسلام * *Poſtea, cùm clauſiſſet fores, tertia vice, & quidem vehementiùs, quàm ſecunda, eas arietârunt. Aperiens autem dixit iis: Vidi viſionem. Cedo illam, reſponderunt. Tum Paulus: ut omnes exeant foràs, Jacobo excepto, Neſtorio, Malcun, & verè credente,* id eſt, Orthodoxo. *Id ubi factum eſt, quærit: Num ullum nôſtis hominem, qui cæcis reſtituerit viſum, leproſis priſtinum corporis vigorem, mortuis vitam? Negârunt. Tunc Paulus: Puto ergo hunc talem Deum eſſe, qui nobis apparuerit, poſteàque occultatus fuerit. Atque hanc Pauli ſententiam quidam probârunt: Alii non, dicentes: Tres ſunt* (divinæ eſſentiæ conſortes) *Deus, Filius ejus, & Spiritus Sanctus. Iterum alii dixerunt: Duos tantùm eſſe, Deum, & Filium ejus. Alii ſtatuerunt, Deum factum eſſe carnem. Atque ſic in quatuor abierunt ſectas.* Jacobus *Paulum fuit ſecutus, quòd Meſſias ſit Deus, atque ab hoc aſſeclæ ejus Jacobitæ originem ſuam habent.* Neſtorius *verò voluit, Meſſiam eſſe filium Dei tantùm per modum miſericordiæ: atque ab hoc orti ſunt Neſtoriani.*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Malcun *autem aſſeruit Trinitatem, & ab hoc quoq; ſuum ortum deducunt Melcitæ.* Orthodoxus *tandem ſurgens, anathemate eos feriit, dicens: Per Deum, per Deum, nihil hic ſuis abſurditatibus molitur, quàm perniciem veſtram. Nos ſumus ſocii Meſſiæ, nos vidimus Iſa, ſuper quo pax, & ab eo derivamur: Hic verò nos ſeducet. Dixit autem Paulus Sectatoribus ſuis: Agite, oppugnemus hunc Orthodoxum, eúmque cum ſociis ejus occidamus, alioquin enim perdet Religionem veſtram. Egreſſus autem Orthodoxus ad populum ſuum rogavit: Neſcitis, Meſſiam ſervum Dei eſſe & Apoſtolum ejus, id quod vobis ipſe ſic dixit? Affirmant. At, inquit, hic jam multos ſeduxit. Illi verò veſtigiis eorum inſiſtentes fugârunt Catholicum cum complicibus ejus; egreſſi igitur in Syriam à Judæis fuerunt capti. Cùmque totum negotium illis recenſuiſſent, dixiſſéntque: Egreſſi ſumus ad vos, ut tuti eſſemus in terra veſtra, neque enim ullum in terra aſylum habemus, ſed ſpeluncas quærimus, tuguriola, in terra aberrantes, ſalvos eos reliquerunt. Illi verò, qui erant infideles, exemplo ſociorum Orthodoxi, tuguriola quoque eremitica extruxerunt. Et aſſecutus fuit Propheta* (Muhammed) *ex ſociis Orthodoxi* ſuo adhuc tempore *triginta Eremitas, qui in Islamiſmo ſunt mortui.* Habes inſipidam fabulam totam, tum ut videas unde *Melcitarum* incunabula ſint accerſenda, ſcilicet! tum ut cognoſcas, quàm impia & abſurda Diabolus in veritatis obſtaculum & ludibrium iis propinet credenda & ſcribenda, quos metuit, ſi meliùs de rebus fidei Chriſtianæ eſſent edocti, facilè ceſſuros, adeóque ex laqueis ipſius protinus eruere ſe conaturos. Miremur Dei ἀνεξιχνίαστα καὶ ἀνεξερεύνητα judicia, qui in hominum ingratitudinem adeò ſeverè animadvertit, ut, qui in puro puto Dei verbo, veritatis norma & forma, acquieſcere noluerunt, putidiſſimis nunc, impudentiſſimis, imò prodigioſis planè mendaciis, à quibus vel communis ſenſus abhorret, fidem adhibeant. Apinæ ſunt & tricæ, quæ de Malcun ſcribit *Ahmed.* Omnino enim

enim vox illa Syro-Arabica eſt, à מֶלֶךְ *Rex* deſumta. Unde Adjectivum ملكي *Regius*. Hinc author Lexici Coptico-Arabici Græcorum Βασίλιος per Arabicum ملكي explicat. Hoc verò nomine in Oriente veniebant Orthodoxi omnes, qui Chalcedonenſem Synodum contra *Dioſcorum* receperunt, è quorum numero ipſe erat *Marcianus* Imperator. Hi verò Orthodoxi, Chalcedonenſis Synodi hyperaſpiſtæ nihil prorſus habuerunt negotii, nec cum *Purgatorio*, nec cum *Pontificis Poteſtate* αὐτοκρατορικῇ, ipſo fatente *Sionita*, quos malè in Schiſmaticorum aut hæreticorum Orientalium refert Catalogum. Hi enim ſi hæreticis annumerentur, qui Oecumenici Concilii Patres erant, & veritatis vindices, quam eo tempore in Oriente habebimus Eccleſiam Catholicam? Si verò Orthodoxi illi fuerunt, cur non & nobis cum iisdem Purgatorium negare liceat & Papæ primatum? Originem hanc *Melcitarum* à *Rege*, ſeu Imperatore Marciano nuncupatorum ipſa confirmat rei geſtæ hiſtoria ita ab *Elmacino* pag. 250. recitata: وفي ايامه كان المجمع بخلقيدونية اجتمع فيه ستماية واربعة وثلاثين اسقفا جمعهم مرقيان الملك جميعهم لينظروا في مقالة ديسقورس بطرك اسكندرية لانه كان يقول ان المسيح جوهر من جوهرين وقنوم من قنومين وطبيعة من طبيعتين ومشية من مشيتين وكان مرقيان الملك واهل المملكة يقولون جوهرين وطبيعتين ومشيتين واقنوما واحدا فوافقه جميع الاساقفة على مقالته ما خلا

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

* خلا ديسقوريس بطريرق الاسكندري id eſt, *Diebus ejus* (Marciani) *fuit Synodus Chalcedoniæ, in qua congregati erant ſexcenti triginta quatuor Epiſcopi, quos convocavit Marcianus Imperator omnes, ut ſententiam Dioſcori, Patriarchæ Alexandrini, examinarent, qui dicebat, Meſſiam ſubſtantiam habere compoſitam ex duabus ſubſtantiis, perſonam ex perſonis duabus, naturam ex naturis duabus, voluntatem ex voluntatibus duabus. Marcianus autem Imperator, totáque familia regni ſtatuebant* in Chriſto *duas ſubſtantias, duas naturas, duas voluntates, & unam perſonam: Atque huic ſententiæ aſtipulati ſunt Epiſcopi omnes, Dioſcoro excepto, Patriarchâ Alexandrino.* Ergò, ut ex hac hiſtoria patet, Orthoxi *Melcitarum* nomen fuerunt adepti, quia à Rege (qui ملك *Malech* Heb. Syr. Arab. appellatur) ſtabant. Cur verò Melcitæ aliâs الروم *Roma*, ſeu, *Romani* nuncupentur, divinatu facile eſt, à Conſtantinopoli nempe, quæ Νέα Ρώμη *Nova Roma*, vocari ſolet. Unde etiam *Ab. Eſra* ad Dan. cap. II. verſ. 47. מלכות רומא שהוא מלכות יון *Romanum Imperium eſt Imperium Græcum.* Prolixè de *Melcitis* iſtis, quos cum Syris facit eoſdem, ſcripſit *Ed. Brerevvood.* peculiari libro de varietate linguarum & religionum c. 16. pag. 219.

C. Reſtat, ut aliquid tandem dicamus, quo animo Muhammed in Chriſtianos fuerit. De ejus in Chriſtianos affectu benevolo luculentum extat teſtimonium apud *Elm.* Hiſt. Sara. pag. 11. قال المورخ ونحن نذكر هنا ما رد في تواريخ النصاري (ita enim legi debet) من الوقايع والحوادث في ايام حياته ورد في تواريخ النصاري انه كان موثرا لهم رووفا بهم ووفد منهم جماعة وطلبوا منه الامان

الامان فضرب عليهم الجزية واحسن اليهم وكتب لهم بالامان فقال لعمر قل لهم ان نفوسهم كنفوسنا واموالهم كاموالنا فاعراضهم كاعراضانا فكر هذا الحديث صاحب كتاب المهذب واسلمه الي مسلم وهو حجة الامام ابي حنيفة في قتل المسلم بالذمي ووفد عليه بعض اكابر النصاري فقام له واكرمه فقالوا له في ذلك فقال اذا اتاكم كريم قوم فاكرموه وهذا كبير قومه وقال استوصوا بقبط مصر خيرا فان لكم منهم نسبا وصهرا وقال من ظلم ذميا كان خصمه يوم القيامة وقال من اذا ذميا فقد اذاني * id eſt, *Dicit Hiſtoricus; Ea nunc memorabimus, quæ accidiſſe ferunt tempore vitæ ejus, Hiſtoriæ Chiſtianorum. Habetur igitur in Chriſtianorum monumentis, addictum Muhammedem Chriſtianis fuiſſe, mitémque erga eos. Cúmque eorum turba eum aliquando acceſſiſſent, ſecuritatem petituri, tributum ipſis impoſuit, beneficiiſque affectis ſecuritatis Inſtrumentum ſcripſit, dicens Omari: Nuntia iis, animas eorum nos habere ſicut noſtras, & opes eorum ſicut opes noſtras, accidentia eorum, ſicut accidentia noſtra. Refert hoc Author libri Almuhaddeb: ex quo id producit vir Clariſſimus, Abuhanifa, Moſelmanus, ubi agit de Muslimo Chriſtianum occidente. Cúmque veniſſet ad eum quidam ex Chriſtianorum magnatibus, ſurrexit, honorem ei exhibens; qua de re cùm eum alloquerentur quidam, reſpondit; Cùm venerit ad vos primarius populi alicujus, honorate eum: Atque hic vir magnus eſt in populo ſuo. Dixit*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

quoque: Benefacite Cophtitis Aegypti, ſunt enim vobis genere & affinitate juncti. Item: *Qui Chriſtianum opprimit, adverſarium eum habebit die judicii.* Et, *qui Chriſtiano nocet, mihi nocet.* Huc facit ipſe *Alkorani* textus, qui Suratâ III. occurrit: ومن اهل الكتاب من ان تامنه بقنطار يوده اليك ومنهم ان تامنه بدينار لا يوده اليك الا ما دمت عليه قايما * *Sunt autem de iis, qui librum habent, quibus ſi credideris talentum, reddunt id ipſum tibi, & ſunt de iis, quibus ſi credideris denarium, non reddunt eum, niſi continuò iis inſiſtas.* Ad quæ verba *Beidavi* notat quidem per *populum libri* utrobique Judæos intelligi. Priori loco عبد الله بن سلام استودعه قريشي الفا ومايتي اوقية ذهبا واداه اليه * *Abd-Alla, filium Selami, apud quem Koreiſchita depoſuerit* 1200. *auri uncias* (nomen monetæ eſt) *quas reddiderit*; poſteriori verò فنحاص بن عازورا استودعه قريشي دينارا فجحده * *Phinhaſum, filium Azura, cui Koreiſchita commiſerit denarium* (eſt numerus aureus) *quem poſtea negârit.* Nihilominus generaliter hoc juxta quosdam intelligendum idem exiſtimat, illud de *Chriſtianis*, hoc de Judæis. Verba ejus ſunt: وقيل لمامون علي الكثير النصاري اذا لغالب فيهم الامانة والخاينون في القليل اليهود اذا لغالب عليهم الخيانة * *Dicunt, per eum, cui multum commiſſum, Chriſtianos intelligi: Prævalet enim apud eos fides. Per eos autem, qui in exiguo etiam impoſtores ſunt, Judæos. His enim imponere uſitatum eſſe.* Huc per-

pertinet *Muhammedis teſtamentum*, quod in Gallia primo cum translatione *Gabrielis Sionitæ*, deinde etiam in Germania, á M. *Johanne Fabricio*, Dantiſcano Roſtochii a. Ch. 1638. prodiit. In quo quidem facultatibus, fidei & vitæ ita cavet, ut ſalvo hoc Teſtamento, inter Arabes Chriſtianam profiteri Religionem, ſacra in locis publicis celebrare, tutò licuerit. Meminit hujus Teſtamenti *Hugo Grotius* Epiſt. ad Gall. pag. 239. his verbis: *Edidit Gabriel Sionita his diebus Teſtamentum Muhammedis τοῦ ψευδοπροφήτου, aut indultum potiùs ejus in gratiam Chriſtianorum, haud dubiè à Chriſtianis ſuppoſitum, ut ſub obtentu tanti nominis Muſulmannis æquioribus uterentur. Ille tamen genuinum eſſe affirmat, & perſuadet iis, qui naſum non habent.* An ſit ὑποβολιμαῖον, ex ſtylo, meo judicio, Arabico optimè poterit colligi, quem hactenus non vidi. Ita enim Muhammed ſuas Arabicè exponit res, ut ſolà eum dictio certiſſimè prodat. Colligere tamen facilè ex hiſtoria Eccleſiaſtica licet, Saracenos reliquis Chriſtianorum ſectis ut plurimùm prætuliſſe *Melcitas*, id eſt, Orthodoxos, uſque adeò, ut alii ante Muhammediſmum eorum partibus & ſacris planè ſe addixerint, pòſt verò, connubia cum iis contrahere alii non erubuerint. Ex illis fuit *Almondar*, Saracenorum princeps, qui vixit ſub Anaſtaſio circa initium quinti ſeculi; de quo ſic *Zonar.* t. 111. pag. 46. Τοῖς χρόνοις τούτου τοῦ βασιλέως, Ἀλαμούνδαρος ὁ τῶν Ἀγαρηνῶν φύλαρχος κατηχηθεὶς παρὰ ὀρθοδόξων, ἐπίστευσέ τε καὶ ἐβαπτίσατο· πρὸς ὃν ὁ Σευῆρος ἐπισκόπους ἔστειλε δύο, σπεύδων εἰς τὴν οἰκείαν αἵρεσιν μεθελκύσαι αὐτὸν, τῶν γοῦν ἐπισκόπων διδασκόντων αὐτὸν εἰς μίαν φύσιν τὰς δύο τοῦ Χριστοῦ συγχυθῆναι φύσεις, κἀν τεῦθεν συναγομένου τοῦ συμπαθεῖν τῇ σαρκὶ τοῦ κυρίου Χριστοῦ καὶ τὴν θεότητα, ἐκεῖνος ἐλέγξαι θέλων αὐτοὺς ἄτοπα λέγοντας, καὶ διδάσκοντας ἄπιστα, παρεσκεύασέ τινα τῶν οἰκείων, παρόντων τῶν αἱρετικῶν ἐπισκόπων ἐκείνων, πρὸς οὓς τί αὐτῷ ἀπαγγεῖλαι. Τοῦ δὲ ποιήσαντος τὸ ἐπιταχθὲν, ὁ Ἀλαμούνδαρος ἐσκυθρώπησε, καὶ ὑπεκρίνατο τὸν λυπού-

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

πένθιμον· ἐρομένων δὲ τῶν ἐπισκόπων ὅτου χάριν συγκέχυται, καὶ τί ἂν εἴη τὸ ἀγγελθὲν; ἔφη ἐκεῖνος, ἀγγελθῆναι αὐτῷ τὸν Ἀρχάγγελον θανεῖν Μιχαὴλ, τῶν δὲ ψευδῆ τὴν ἀγγελίαν διατεινομένων τυγχάνειν, ἀδύνατον γὰρ εἶναι θανεῖν τὸν Ἀρχάγγελον· ὑπολαβὼν ὁ φύλαρχος, εἶπεν· εἰ οὖν Ἄγγελος οὐ θνήσκει, πῶς καθ' ὑμᾶς ἡ θεότης ἔπαθέ τι καὶ ἔθανε τῇ σαρκὶ συγκραθεῖσα καὶ συγχυθεῖσα, καὶ εἰς μίαν φύσιν ἀποτελεσθεῖσα: *Temporibus ejus* (Imperatoris Anaſtaſii) *Alamondarus Agarenorum Phylarcha* (vide ſupr. pag. 205.) *ab Orthodoxis inſtitutus, credidit & baptizatus eſt. Ad hunc Severus duos miſit Epiſcopos, ut ad ſuam eum hareſin pertraheret. Cúmque Epiſcopi illi eum docerent, duas Chriſti naturas in unam confuſam, unde colligeret, cùm carne Chriſti, paſſam quoque eſſe divinitatem, ille convicturus eos, quàm abſurda dicerent, & incredibilia docerent, ſubornavit quendam ex domeſticis, ut in præſentia profanorum illorum Epiſcoporum, in aurem ſibi aliquid inſuſurraret. Quo facto Alamundarus tetrico vultu magnum præ ſe tulit mœrorem. Cúmque, cur ſic turbatus eſſet, & quid ſibi annunciatum fuerit, ſciſcitarentur Epiſcopi, reſpondit ille, ſibi denunciatam eſſe mortem Archangeli Michaëlis. Quem nuncium cùm illi falſum eſſe aſſeverarent, neque enim mori poſſe Archangelum, ſubjecit ille: Si angelus non moritur, qua ratione vos affirmatis, Deitatem paſſam & mortuam cum carne commixtam & confuſam, atque in unam naturam conflatam?* Habet hæc *Zonar.* ex Collect. *Theod.* lect. l. 2. pag. 188. Ex *hiscè* verò *Azizus Billa*, Aegypti Dominus, de quo *Elmac.* Hiſt. Sara. pag. 247. العزيز بالله صاحب مصر تزوج امراة نصرانية ملكية * *Aziz Billah, Aegypti Dominus, uxorem duxerat Chriſtianam Melciticam: quo conjugio factum, ut templum Dominæ, aliâs Patriarchæ templum dictum, à Jacobitis raptum & occupatum, Orthodoxis reſtitutum*

Digitized by Google

tum fuerit. De iisdem etiam fortè intelligi debent verba Muhammedis teſtamentaria: *Quòd ſi contingat, ut mulier Chriſtiana Domum Muslimici ingrediatur, tenetur ei libertatem in ſua religione concedere: ut ſcilicet præſulibus ſuis obedire valeat, & fidei ſuæ documenta percipere, ſine ullo impedimento. Quapropter non excruciabit eam, repudium minitando, neque ad fidem deſerendam ſollicitando.* Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Caput III.

De

PSEUDO-CHRISTIANIS ILLIS, quos Arabes vocant الموحدين *unitatem credentes.*

Pſeudo-chriſtiani, quos الموحدين *vocant Arabes, ſunt veteres Samoſateniani, Photiniani & hodierni Sociniani, id quod ex prolixo parallelismo* [illegible] *in ſtituto, manifeſtum ſatis eſt.*

Eſſe, qui Chriſtiano gaudentes nomine, vocentur الموحدين unitatem credentes, *monuimus Hiſt. Eccleſ. Sec. III. pag.* 151. *Operæ jam pretium erit oſtendere, Samoſatenianis illud rectiſſimè tribui nomen, eorúmque noſtra ætate ſucceſſoribus, Socinianis. Vt verò rei veritas tantò pateſcat clariùs, unius atque alterius loci Theologici* παραλληλισμὸν *inſtituemus, diſtinctis conceptum theſibus.*

I.

QVi *parallelismum inter Socini, hominis.* a. *perfidi deliria, & Muhammedis nænias inſtituunt, neque à vero abeunt, neque ipſius pernicioſiſſimi authoris ſpem* b. *fallunt: ac proinde mirum non eſt, metuiſſe viros pios, ne ab orco illa veterum Anti-Trinitariorum re-*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

vocatá dogmata viam Muhammediſmo, in ipſis etiam Europæ pomœriis, ſtruerent.

a. Cur perfidum appellem, ſuo loco, σὺν θεῷ, docebimus, ex ſcriptis quibusdam ejus, hactenus ἀνεκδότοις, monſtraturi, quòd ſua ipſius manu, rogatus, *conſentirétne Symbolo Niceno, & Conſtantinopolitano? Abhorreret ab omnibus hæreſibus Praxeæ, Sabellii, Arii, Serveti, Macedonii, Neſtorii, Euthychis, Anabaptiſtarum*; ſubſcripſerit: *Conſentio doctrinæ, quæ ſemper in Eccleſia Orthodoxa fuit, & hodie ſimpliciter & Concorditer docetur in Eccleſia Tigurina.* Acta ſunt hæc Anno Chriſti 1555. cum poſtea 1562. infelicem animam efflaſſet.

b. Clariſſimi *D. Golii* judicium, Socinianorum Doctori alicubi expoſitum, dedimus in *Hodeg. noſtro P. II. p.* 23. *Maccov.* Theol. Polem. cap. 17. de Fide pag. 147. *Dogmata ipſorum planiſſimè eadem ſunt cum dogmatibus Turcarum.* Et pag. 148. *Et utut abſurdè erret Alcoranus, multò tamen abſurdius errat hæc fex: Et certè ſi agatur cum illis de differentia inter Mahometanos & illos, nihil aliud præferre poſſunt, quàm quod diximus, ſcil. Turcas multas habere fabulas, ſed eas & ipſi habent.* Item: *Nihil docent Sociniani, quin hoc itidem doceant Mahometani, & aliquando tolerabilius.* Clariſſ. *Hornbeck.* Summa Controverſ. lib. 7. pag. 447. *Hoc etiam Anno, menſe Aprili Catechiſmus Racovienſis, in Anglia, decreto Parlamenti, igni adjudicatus fuit. In noſtris hodie regionibus per contentiones Remonſtranticas tantopere innotuit & divulgatus eſt Socinianiſmus, poſtquam Anno Chr.* 1598. *magno animo & Zelo, publicò Ordinum Decreto, exulare hinc cum Turcica iſta ſua doctrina coacti fuerunt auctores ejus Oſtorodus & Veidovius. Adde Mares. Cont. Dudith. p.* 222.

c. Hoc enim potiſſimum Socinus quæſivit; ideò, Reformationis exorto jubare, reverentiam Numinis τελσαγίω excutere

cutere conatus eſt, ut eo faciliùs cum Turcis coaleſceret. Vide *Tractat. Calvin. pag.* 812. *Alting. Theol. Hiſt. Loc. I. p. m.* 72. Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

d. Ita certè metuit *Ioſias Simlerus*, Theologus Tigurinus, cujus prognoſticum de Servetiſmo per Lælium Socinum & Blandratam alióſque inſtaurato, A. Chr. 1568. editum ita habet: *Equidem cùm de cauſa Religionis agitur, non libenter res civiles admiſceo, neque temere velim ulli homini malè ominari; ſed tamen ſi de futuris, ex his quæ olim evenerunt, judicium faciendum eſt, metuo ne hæc doctrina Muhametiſmo aditum ſtruat, & exitium portendat florentiſſimis Rebuſpublicis, quæ errores hos ferunt.* Sequentia, etſi lectu digna, anguſta charta non capit. Vide Compendiol. Socinian. Cloppenburg. ſub finem Præfat. Atque hinc eſt, quòd non pauci à Socinianiſmo ſive Arminianiſmo tranſierint ad Muhammediſmum. Vide Hodeg. loco ſup. cit.

II. *Etſi verò παράλληλα hæc ab aliis non infeliciter ſint probata; non tamen actum agere cuiquam videbimur, ſi ex ipſis Muhammedanorum principiis inſtituta Syntheſi demonſtremus, vix lac lacti, aut ovum ovo eſſe ſimilius, quàm ſunt pleraque utriuſque Religionis dogmata, vero Chriſtianiſmo è diametro oppoſita.*

III. *Et primo quidem eodem fine & ſcopo ab utriſque adhiberi cœptum eſt diſcrimen articulorum fundamentalium & non fundamentalium, quorum illos pauciſſimis abſolverunt dogmatibus.* De *Socino* res certa eſt & Socinianis 1. quòd primi illi his in ſcholis ſuis uſi ſint terminis formalibus. 2. quòd ſcopus eorum præcipuus videatur, ut moderentur & minuant Controverſias Religionis, ne tam graves, aut etiam tam multæ eſſe putentur, eóque generali cuidam Syncretiſmo viam ſternant; per quem conſenſus omnium religionum in paucis articulis fundamentalibus, in cæteris tanquam levioribus, mutua tolerantia ſanciatur. 3. Propterea numerum illum pauncioribus eos abſolviſſe dogmatibus; & iis quidem tantùm, quæ

Zz 2 ad

Digitized by Google

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

ad Praxin ſpectant. De *Muhammedanis* in confeſſo eſt 1. In ſcholis eorum diſcrimen inter أصول *Radices*, & فروع *Ramos*, id eſt, fundamentales & non fundamentales articulos & ubique eſſe receptum, & prolixè tractatum. 2. Eum potiſſimum finem eſſe, ut Muhammedani 73. ſectis diſtracti, tolerantiam facilius obtineant. 3. Numerum fundamentalium paucis expediri. Vide *Analect. noſtra p.* 289.

IV. Religionem etiam Communem eſſe, per quam ſalutem liceat cujuscunque ſectæ hominibus conſequi, utrique docent.

Socinus & *Sociniani* bifariam illud probant 1. Directè, quatenus docent, eos, qui Deum juxta lumen naturæ, tanquam interius quoddam ipſius verbum, colunt, ipſi placere, gratos eſſe, atque etiam remuneratorem ipſum experiri. *Socin.* prælect. Theol. 2. Obliquè, dum capita Religionis, præcisè ad ſalutem neceſſaria ad pauciſſima revocant. *Muhammed* id ipſum apertis docet verbis, vide *Syſtem.* noſt. *Tetraptych. p.* 74.

V. *De ſcriptura utrique tradunt*;

A. *Vetus Teſtamentum à Judæis eſſe corruptum.*

Socinus certè Tractatu de Scripturæ authoritate V. Teſtamentum elevat eo ipſo, quod depravatum ſit à Judæis: vide *Theſ. Philol.* pag. 129. Eandem cantilenam & *Muhammed* canit, & Muhammedani Vide Ib. pag. 125. Agit *Socinus* exemplis; agit etiam exemplis, & malè conferruminatis rationibus *Ahmed*, ſuo contra Judæos & Chriſtianos Scripto Elenctico. Negat fontes Hebræos fluere illimes *a.* quòd ἀπεριγράπτῳ Θεῷ in ſcripturis ea tribuantur, quæ circumſcriptæ Naturæ conveniunt. *b.* Aſcendere, deſcendere, &c. alióſque motus & affectus Deo S. Sc. adſcribere. *c.* De Angelis affirmare شراب وطعام *potum, & cibum.* *d.* Multa ſub finem Deuteronomij reperiri, quæ Moſen authorem non agnoſcunt. *e.* Ipſa inter ſe

va-

Digitized by Google

variare exemplaria, præſertim ſi Græca & Latina conferantur cum Hebræis *f*. Biblia ante captivitatem Babylonicam corrupta, ab Eſra eſſe reſtituta. *g*. Sanctiſſimos viros Jacobum, Davidem, Loth graviſſimorum accuſari peccatorum. *h*. LXX. Seniores tredecim corrupiſſe loca *i*. Multa in Scripturis eſſe *ἰναντία* *k*. Legem Moſaicam ſola ſacerdotis curâ fuiſſe cuſtoditam, corruptionis proinde injuriæ obnoxiam. Liber 2. de Pſeudopr. Muhani.

B. *Religionem Chriſtianam ex Vet. Teſt. non eſſe probandam.*

Ita *Sociniani*. Videatur Socin. tract. de author. Sc. *Smalc.* prælect. contra Crantzium: Addunt rationem, *præter ſuperiorem, aliam* quia Religionis Chriſtianæ author eſt Chriſtus in N. T. Non longè abeunt Muhammedani, qui 1. Volunt tres eſſe magnos Prophetas Chriſtum, Moſen, & Muhammedem, characteribus ſuis, & vocationis peculiaris privilegiis diſtinctos. Moſi Legem tribuunt, Chriſto Evangelium, Muhammedi Alcoranum. *Abulfarajus* de Arab: morib. poſt Muhammed. S. 1. Porrò aſſerunt Islamitarum (الاسلاميين) doctî, factam, fuiſſe mentionem Muhammedis in libris à Deo demiſſis, ſcil. in Lege, iſto textu, Venit Deus à Sina (*Deut.* 33.2.) & ortus eſt à Sair, & manifeſtatus eſt à monte Paranis: E quibus verbis indicari volunt deſcenſum Legis ad Moſen, Evangelii ad Jeſum, & Alcorani ad Muhammedem. 2. Legem Moſaicam tanquam gravem à Chriſto ſublatam. Sur. 3. Quanquam alibi, ut ſubinde ſibi contradicunt, Legem & Evangelium conjungentes, parem authoritatem aſtruere videantur: quo ipſo ſaniores eſſent Socinianis, Surata II. de *populo Iuran* ad verba وانزل التورية والانجيل Demiſit *Legem & Evangelium*; Beidav. جملة علي موسي وعيسي *Conjunctim ad Moſen & Jeſum*. Keſchaph verò فان قلت

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

لم قيل نزل الكتاب وانزل التورية والانجيل قلت لان القران نزل منجما ونزلا الكتابان جملة * *Si dixeris, cur dicitur:* Deſcendit liber; *&*; Demiſit Legem & Evangelium? *Reſp. Quia Alcoranus demiſſus eſt ſucceſſivè; Lex & Evangelium conjunctim.*

C. *Novo Teſtamento utrique tantum deferunt, quantum cauſæ eorum expedit. Sociniani* certè tantum ex N. T. recipiunt, quantum cum corrupta illorum ratione convenit. *Socinus* lib. 3. de Ser.. c. 2. *Nec ſi ubique clariſſimis verbis ſcriptura hoc teſtaretur, ſic tamen rem habere nobis compertum eſſet.* Et lib. 3. cap. 6. *Ego quidem ſi non ſemel, ſed ſæpe in ſacris monumentis ſcriptum, extaret, non idcirco prorſus rem ita habere crederem. Muhammedani* diſertè docent eatenus ſibi integrum eſſe Scripturæ noſtræ, ipſius adeò Novi Teſtamenti, authoritatem in ſubſidium vocare, quatenus cauſæ eorum velificatur, & noſtro nos jugulemur gladio. Ita enim expreſſè loquitur *Ahmed, Ibn. Edris*, libro aliàs à nobis citato p. m. 144. prolixior tamen locus eſt, quàm qui exſcribi hîc poſſit.

D. *Præter Scripturam aliud agnoſcunt Principium, Rationem: Socinianorum* ſententia eſt, Rationem adhiberi debere ad dignoſcendas controverſias Theologicas; *Volkel.* de vera Religione lib. 5. cap. 18. *Socin.* lib. 2. de ſervat. *Oſter.* c. 6. Inſtit. Imò *Smalc.* cont. Franz. Si rationi adverſaretur Religio, eo ipſo religio non eſſet. Summa enim & ipſa ratio Religio eſt. In *Muhammediſmo* etiam agnoſcunt Fundamenta diſquiſitionis quatuor اربعة اركان الاجتهاد nempe 1. الكتاب Alkoranum. 2. السنة Traditionem. 3. الاجماع Conſenſum. 4. والقياس & Rationem, *Abulfar.* p. 27. Et quanquam David Aſphanienſis, & ipſe quidem Antiſtes, rationis uſum penitus rejiciat,

jiciat, *Abu Hanifa* (religioſiſſimum Sectæ ſuæ Antiſtitem fuiſſe oportet, nam & Alkoranum ſepties mille perlegiſſe, & multos cruciatus, quòd judicis perſonam ſuſtinere nollet, perpeſſus dicitur. vide *Pocok. ſpecim.* p. 298.) tamen شديد العنايه به وربما يقدم القياس الجلي على احاد الاخبار* *ei plurimùm ſe addixit, adeò ut non raro rationem manifeſtam vel teſtimoniis particularibus præferret. Vnde* & aſſeclæ ejus اصحاب الراي *rationis ſocii, rationi addicti*, appellati, quales cumprimis cenſentur اهل العراق *Iracienſes*, ſeu Babylonii.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

E. *Scripturæ utrique ſunt ineptiſſimi interpretes.*

Hoc unum ferè ſectantur *Sociniani*, ut vel apertiſſimis Scripturæ dictis ſenſum affingant novum, ut eúmque à recepta ſententia detorqueant. Videamus unum & alterum gloſſema. Johannis 1. dicitur in Principio ſcil. *Evangelii*, erat verbum ſcil. *concionator ſeu Propheta*, & verbum erat apud Deum; *ſcil. ſoli Deo hic Propheta erat notus*, & verbum erat Deus, *ſcil. ejus generis, cujus fuerunt iſti Dii, ad quos ſermo Dei factus eſt*; & verbum caro factum eſt, *id eſt, factus eſt ſimilimus miſeris, afflictis, pauperrimis hominibus*. Nam *ita caro aliquando in ſcripturis ſumitur, omnis caro ſicut fœnum.* Item 1. Tim. 3. Deus, id eſt, *voluntas Dei*, manifeſtatus eſt in carne, id eſt, *per infirmos & abjectæ conditionis homines, revelatus eſt*; conſpectûs ab Angelis, id eſt, *quod dicitur* 1. *Pet.* 1. *cupiverunt introſpicere hoc myſterium.* Eadem audaciâ quævis veteris & Novi Teſtamenti loca *Muhammedani* ad Pſeudo-prophetam in hypotheſi referunt ne Chriſto relinquantur, qua Sociniani illa pervertunt in Theſi. Exempla ubique obvia ſunt, tum in ſcripto Elenctico *Ahmedis Sanhagii*, tum etiam *Iſphahanenſis*, de quibus in *Biblioth. Orient.* pag. 204. Videamus nonnulla,

Matth.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Matth. 18. fit mentio *Eliæ* cum Moſe comparentis; Ahmed, de *Ali* explicat. *Jeſ.* 20. *& qui aſinum conſcendit, & qui equo vehitur*, meminit; ille, interprete Ahmede utroque, Chriſtus eſt, hic Muhammed *Danielis* viſio de ſtatua ex lapide ad Alcoranum & Pſeudoprophetam refertur. *Joh.* 15. promittitur Paracletus. Muhammed in Alcorano audaciſſimè confingit expreſſum eum à Servatore fuiſſe nomine Ahmedis, quod eraſum poſtea fuerit Chriſtianorum malitia. Locum *Deut.* 33. 2. Hiſtoricum Propheticè iterum enunciant de Mecca & Muhammede.

IV. *Accedimus ad doctrinam de Deo, ubi Eſſentia expendenda nobis veniunt, Attributa, Cultus & Perſonæ.*

V. Circa *Eſſentiam & attributa notandum, Socinianos vel cum Muhammedanis conſentire, vel oppoſitis erroribus, à media Catholicæ Eccleſiæ ſententia, iisdem paſſibus recedere, vel hos illis eſſe ſaniores.*

Tria ergo probanda ſuſcipimus 1. *Conſenſum in hoc capite Socinianorum & Muhammedanorum*, ſi non omnium, quorundam ſaltem. Docent *Sociniani*, Attributa Dei à Deo realiter differre. Id quod contra Kecker. paſſim inculcat *Goslav.* & *Volckel.* lib. 5. c. 14. Ex *Muhammedanis* nonnulli, non modò Attributa à Deo differre volunt, ſed & quæ ἀνθρωποπαθῶς de eo dicuntur, ad literam intelligunt. Unde & الصفاتية Zephatii dicuntur. De his prolixè *Abulfarab.* lib. cit. pag. 21. & Clariſſ. *Pocok.* Not. pag. 230. *Horum qui attributa in Deo ab Eſſentia ipſius diverſa ſtatuunt, ita tamen ut comparationem fieri inter Deum & creaturas prohibeant, ſententiam amplexus Abi Abulchaſan, Aſcharius*, qui nomine Zephatiorum penè extincto, Aſcharitarum ſectæ initium dedit. Obſequentiores eruditos habuit, quòd craſſam illam ἀνθρωποπάθειαν non modò rejiceret; ſed & منع التشبيه *probiberet*

com-

comparationem; Deo videlicet aſſerens eminenter ineſſe, quæ formaliter hominibus tribuerentur. II. *Oppoſitis utrinque extremis peccare.* Quidam enim Muhammedanorum Sectarii magni nominis, ne conceſſis attributis, concedere etiam cogerentur (adeò in diviſo hoc nexu conjungebant) Perſonarum Trinitatem, illa ſimpliciter in Deo negant. Fuit hoc elogium *Mutazalitarum*, de quibus *Abulfarai* pag. 18. *Quod ad Motazalitas attinet, illud de quo inter eos in univerſum convenit, hoc eſt, quòd Attributa æterna ab Eſſentia Creatoris, qui ſupra omnia excelſus, amoveant, metu Perſonarum diſtinctionis Chriſtianorum; ſúntque ex illis qui dicant, Deum per Eſſentiam ſuam ſcire; ſed non per ſcientiam, & eodem modo potentem eſſe & vivere.* Idem de *MotaZalitis* Alſchareſtanius, &, ex ſua mente, *Maim. More Nev.* l. 1. c. 17. Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

III. *Tandem reperimus, qui rectius inter Muhammedanos de Eſſentia & Attributis Dei ſentiunt, quàm Sociniani.* In *genere* enim ſunt qui dicant, Deum ſcire per ſcientiam, quæ ipſa ejus Eſſentia eſt; atque eodem modo potentem eſſe & vivere. Atque hi اثبتى صفة بعينها ذات admittunt, *attributa eſſe ipſam Dei Eſſentiam.* Quæ quidem ſententia erat *Hodiolianorum*; ſeu eorum, qui Haudanum Abi Hodial ſecuti ſunt, qui à recepta & communiori *MotaZalitarum* forma, Deum ſcire بذاته *per Eſſentiam ſuam*, ad hanc deflexit ſcire ſcil. Deum per ſcientiam, ſcientiam autem eſſe Eſſentiam: potentem eſſe per potentiam, potentiam autem eſſe Eſſentiam: hoc autem dogma (mutuatum à Philoſophis, qui affirmaverant Eſſentiam Dei unam eſſe in qua nulla multiplicitas: attributa autem non eſſe ſignificata poſt Eſſentiam, ſubſiſtentia in Eſſentia ejus, ſed ea ipſam eſſe Eſſentiam,) *Schariſtanio* Judice, viam ſternere ad Chriſtianiſmum ſive perſonarum Trinitatem. *Mutazalitæ* enim eandem putârunt Scheſin reliquo-

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

rum attributorum, quæ apud Chriſtianos eſt Perſonarum ad Eſſentiam. Unde argumentati ſunt قد كفروا النصـارى بقدما الثلثة فكيف السبعة او اكثر * *Infideles habentur Chriſtiani, quòd tria ſtatuunt æterna, quid ergo de iis pronunciandum, qui ſeptem aut plura ſtatuunt?* Erat enim non illis tantùm, ſed & *Maimonidi* Prolog. in Pirk. conſequentia firma * الى قول بقدما المتعدده من اتبات الصفات *ab aſſertione attributorum, ad pluralitatem æternorum.* Quam poſtea argumentationem à pari arripuerunt Muhammedani ex vulgato S. S. Trinitatem explicandi modo, quo Perſonas صفات id eſt *attributa, modos, τρόπυς ὑπάρξεως* appellârunt. *Paulus Antiochenus*, Epiſcopus Sidonienſis, in ſyſtemate Theologico Arabico, hac voce c. 18. non modò aliquoties utitur, ſed & rationem reddit, cur infirma ſit argumentandi vis à reliquis attributis ad hæc tria, quæ appellat صفات جوهريـة *attributa Eſſentialia*; Illa enim actionibus Dei ad extra inſervire, hæc ad intra. Sed hæc non ſunt hujus loci. Certum eſt, tutius adhiberi ad denotandas in Trinitate Perſonas vocem اقانيم à قوم *ſubſiſtendo*, quàm صفات attributorum. Generaliter etiam negant in Deo ullas dari vel qualitates vel quantitates. Vnde I. Perſæ Deum per periphraſin appellant eum, *qui eſt ſine qualitatibus.* Nempe quia, ut loquuntur, منـزه داتش از جوني وجندي مبراتـر وبستي وبلندي * *non cadit in Eſſentiam ejus qualitas aut quantitas, libera illa eſt ab omni profunditate & altitudine.* II. Talia ferè habent librorum aut tractatuum ſuorum frontiſpicia, quæ Eſſentiam & Attributa Dei ita proponunt, ut Socinianos multis paraſangis

giſ præcurrant. Citare poſſemus præfationem خطبة الحسين ✱ أبي علي بن سينا *Orationis Hoſaini*, Abi Ali, ben Sina, Arabicè à D. Golio editam; ſed rejicimus lectorem ad compendioſiorem, exhibitam infrà capite quarto. In *ſpecie* verò A. de *voce Dei*, ratione Dei, eſſe communem non verò propriam. *Volkel.* lib. 1. de vera Relig. c. 3. cæterique aſſerunt *Sociniani.* At *Muhammedani* etſi voci الاه generalem tribuant ſignificationem cujuſcunque qui colitur, tamen ubi de Deo ſermo eſt limitant & ad eum reſtringunt, qui eſt المعبود بالحق *jure, merito colendus*, juxta illud *Deuter. 6. 16.* Alias etiam tribuunt Etymologias, quæ evidenter monſtrant Deo propriè convenire, creaturis nonniſi per participationem; de quibus *Beidavi* prolixè comment. in Alcor. p. m. 2. & nos ex eo, *Diſput. de Nominib. Dei.* B. De *ſcientia* Dei docuit *Socinus* Prælect. c. 8. Deum neſcire contingentia. At *Muhammedani* ne hæc quidem excipiunt. Vide infrà capite quarto. Sic *Algazalius, Porrò ſcire Deum omnia ſcibilia, comprehendere qnicquid evenit à finibus terrarum uſque ad cælum ſupremum, ita ut non longè abſit à ſcientia ejus vel quod pondere inſtar ſit formiculæ, tam in terra, quàm in cælo; verùm ſicut formicam nigram nocte obſcura, ſaxo duro* (ingredientem) *& cognitum habeat motum atomi cujuslibet in aëre vacuo, & perſpiciat ſecretum & tegat, & cernat conceptus mentis, & cogitationum impetus, & ſecretorum abdita, ſcientiâ antiquâ, æternâ, quæ ab omni æternitate ipſius attributum fuerit, non ſcientia nova, quæ Eſſentiæ ejus adventitia ſit inhæſione, aut translatione.* Author quidem *ſpeculi mundum repræſentantis* Propoſ. 2. diſtinguit inter ſcientiam حصولي *acquiſitam*; & حضوري *intuitivam* ſeu præſentialem. Hanc Deo

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

tribuit, illam non item, quanquam Avicenna hic à reliquis videatur abire. Ita verba ejus habent : ولما كانت صفات
الحق تعالى عين ذاته علمه حضوري والشيخ الرئيس
ابن سينا خالف اقوالهم في هذه المسالة وقال ان علم
الحق بذاته حضوري وبساير الاشيا حصولي وهذا
كلام منافي لقاعدة مقررة عند طائفة من الحكما
بان فاعل الشي لا يمكنه قبول ذلك الشي * *Cùm attributa veritatis* (ita Deus vocatur apud Hebræos & Arabes) *excelſæ ſint ipſiſsimet Eſſentia, ejus ſcientia intuitiva erit. At Excellentiſſimus Ibn Sina multis ſeſe oppoſuit in hac quæſtione aſſerens ſcientiam Dei de ſe ipſo intuitivam vel præſentialem eſſe, de reliquis verò acquiſitam. Quæ quidem ſententia repugnat fundamento ſectæ ſapientum, aſſerentium, factorem rei, rem ipſam acquirere non poſſe.* Receptiſſima igitur ſententia eſt; vel abditiſſima ſive neceſſaria ſint, ſive contingentia, Deum ſcientiâ ſuâ complecti. Unde *Albochari* قال
مفاتح الغيب خمس لا يعلمها الا الله لا يعلم ما
تغيض الارحام الا الله ولا يعلم ما في غد الا الله ولا
يعلم متى ياتي المطر احد الا الله ولا تدري النفس باي
ارض تموت الا الله لا يعلم متى تقوم الساعة الا الله *
Inſit; claves arcani ſunt quinque, quas nemo novit niſi ſolus Deus, quid nempe contineat uterus; neque niſi ſolus Deus novit quid eventurum ſit cras : nec quiſquam præter Deum novit quando ſit ventura pluvia : neque ulla novit anima ubi locorum ſit moritura : neque præter Deum, quiſquam novit, quando

quando ventura ſit hora (ultimi diei) D. *Voluntatem* Dei eſſe mutabilem, propterea quòd minæ & promiſſiones complementum ſuum ſemper non habeant, tritum eſt Scholæ *Socinianæ* axioma. At *Muhammedani* voluntati divinæ omnia cedere affirmant. Ita enim *Algazalius*: الارادة *Voluntate dicitur velle ea quæ ſunt,& diſponere ea,quæ de novo proveniunt,neque obvenire in Imperio aut regno parum aut multum,parvum aut magnum,bonum aut malum,fidem aut infidelitatem,ſcientiam aut ignorantiam,aſſecutionem aut fruſtrationem,incrementum aut decrementum,obedientiam aut rebellionem,niſi ejus determinato conſilio,& decreto & ſententia & voluntate : quicquid autem ipſe voluerit, eſſe & quicquid non voluerit, non eſſe,nec voluntatem ejus fugere nictum oculi ; nec impetum aliquem cogitationis : verùm, ipſum eſſe,qui rebus initium dederit,quique primo condiderit & qui reſtituturus ſit,& efficiat quicquid vult : adeò ut non ſit,qui ſententiam ejus revocet,nec qui decreto ejus moram injiciat, nec ſuffugium ſit ullum homini, ne rebellis in eum reperiatur,præter auxilium & miſericordiam ipſius,nec potentia homini ad obſequium ipſi præſtandum,niſi ab amore & voluntate ejus : quòd ſi ſimul congregentur homines & Genii,& Angeli,& Diaboli,ut vel unum atomum moveant, aut quieſcere faciant abſque voluntate & beneplacito ipſius, non poſſe eos hoc facere. Voluntatem autem ejus ſubſiſtere in Eſſentia ejus inter cætera ejus attributa,nec ullum unquam fuiſſe tempus,quo ipſi non fuerit attributa : quòd ſcil. ab æterno voluerit,ut temporibus,quæ ipſe illis præſtituerat exiſterent res, quæ demum temporibus ſuis extiterunt (ſingulæ) prout ipſe ab æterno voluit, nec citius nec ſerius,ſed convenienter ſcientiæ & voluntati ipſius ſine mutatione aut alteratione ſucceſſionis rerum,non nova cogitationum ordinatione, aut temporis expectatione,ideóque non diſtineri ipſum re aliqua,quo minus alii vacet.* Denique *Socinus* docet, Deum nobis

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

bis in terra non adeſſe ſecundum Eſſentiam; ſed per virtutem, operationem & auxilium. Eaque eſt communis ſententia omium Socinianorum horſum comparata, ut eo ſpecioſius oppugnent Trinitatem Perſonarum divinarum in unitate Eſſentiæ. Argumento locorum, quibus Deus dicitur eſſe in cœlo, habitare in cœlo: Cœlum vocatur ejus Thronus, habitaculum, domus &c. At *Muhammedani* ſtatuunt: *Dominum, ſupra omnia excelſum, non eſſe corpus formâ præditum, neque ſubſtantiam terminis circumſcriptam, aut menſurâ definitam; neq; ſimilem eſſe corporibus, quæ vel menſurabilia ſunt vel diviſibilia: neq; ſubſtantiam eſſe, neque exiſtere in eo ſubſtantias, neque accidens, neque exiſtere in eo accidentia; ſed nec ſimilem eſſe cuipiam eorum, quæ exiſtunt, nec ſimile eſſe ei quippiam, neque terminari quantitate, nec comprehendi terminis, nec circumſcribi ſitus differentiis, nec cœlis ambiri, cùm ipſe Throno inſideat, modo quem ipſe deſcripſerit, & ſenſu quem ipſe voluerit, ſeſſione quæ procul abeſt, ut in eo notet contactum, vel inſidentiam, vel ſitum localem, vel exiſtentiam in altero, vel motum localem, ita ut non ſuſtineat eum Thronus, ſed ipſe Thronus & quod ſuper ipſum eſt, ſuſtineantur bonitate potentiæ ipſius, ſubjecta comprehenſioni manus ejus: Ipſe autem ſit ſupra Thronum, & ſupra res omnes, usque ad terminos terræ, ita tamen ſupra, ut, nihilo interim Throno & cœlo propinquior evadat, cùm gradibus infinitis elatus ſit ſupra Thronum, non minus quàm elatus eſt ſupra terram, atque interim omnem rem propè ſit, imò propior hominibus, quàm venæ ipſorum jugulares, ac omni rei teſtis adſiſtat, cùm propinquitas ipſius non ſit ſimilis propinquitati corporum, uti nec ſimilis eſt Eſſentia ipſius Eſſentiæ corporum, neque exiſtere ipſum in re aliqua, neque in ipſo rem aliquam exiſtere, quin & ſuperiorem eſſe, quàm ut contineat eum locus, uti ſanctior eſt, quàm ut terminet eum tempus, cùm fuerit antequam creata eſſent tempus & locus, & eo modo ſe jam habeat, quo ſemper habuit, atque eſſe* *eum*

eum diſtinctum à creaturis ſuis per attributa ſua, neque eſſe in Eſſentia ipſius præter ipſum, neque in alio præter ipſum, Eſſentiam ejus; eſſe etiam ſanctitate ſua immunem à mutatione & motu locali, neque inhærere in ipſo accidentia, neque accidere ipſi contingentia, verùm eſſe ipſum per omnia ſecula, quod ad attributa gloriæ ſuæ, ab omni diſſolutionis periculo immunem, & quod ad attributa perfectionis, nulla perfectionis additione indigere. Ita in ipſo Alkorano Sur. 2. verſ. 114. ولله المشرق والمغرب فاينما تولوا فثم وجه الله ان الله واسع عليم * *Sed Deo Oriens eſt & Occidens, quocunque vos converteritis, ibi eſt facies Dei, namque Deus immenſus eſt omniſcius.* Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

VI. *Cultum adorationis Deo ſic proprium eſſe, ut in nullas cadat creaturas Socinus negat. Affirmant tamen, cum aliis Anti-Trinitariis, Muhammedani.*

Firmiſſimum ſemper argumentum pro aſſerenda Deitate Filii & Spiritus Sancti habitus fuit cultus adorationis. Superiori ſeculo hæretici inter ſe ipſi colliſi in duas abierunt claſſes. Altera voluit, adorationem Chriſto, utpote creaturæ non convenire; quæ blaſphemia aperta eſt F. *Davidis* Samoſateniani, qui proinde loca manifeſtiſſima de adoratione Chriſti ad Deum Patrem detorſit. Alteram facit Socinus, qui conceſſit quidem adorationem Chriſti ex Scriptura; ſed ſimul negavit, eam Dei eſſe propriam, quod argumentum ſufficere exiſtimavit evertendis omnibus Trinitariorum ut vocat, munitionibus. Videantur Acta Diſput: Albæ juliens. contra Fr. Davidis & Socini varios tractatus de adoratione Chriſti. At Muhammed hinc inde in Alcorano inculcat adorationem ſoli deberi Deo. *Surat.* 45. quærit; ومن أضل ممن يدعوا من دون الله * *Quis gravius errat, quàm qui invocat præter Deum*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Deum alium? Surat. 40. p. 269. لا تسجدوا للشمس وللقمر واسجدوا لله الذي خلقهن ان كنتم اياه تعبدون ✱ *Ne adoretis Solem & Lunam; ſed Deum, qui creavit eos, ſi ipſum eſtis culturi.* Vnde etiam in hypotheſi, negant cultum Chriſti Servatoris, ut obſervat commentator Keſchaphus. Et quia vulgus opinione ducitur, Muhammedi divinos deſtinatos eſſe honores, ipſe Pſeudopropheta, Thraſonicus cætera agyrta, invidiam ſibi hoc loco conciliari noluit. Vnde idem ſcriptor: قيل ان ابا رافع القرظي والسيد الحرني قالا يا محمد اتريد ان نعبدك ونتخذك ربا فقال معاذ الله ان يعبد غير الله ✱ *Fertur, Aba Rafaum Kartaum, & Seid Charanaeum dixiſſe; O Muhammed, viſne ut colamus te, & recipiamus tanquam Dominum; qui reſpondit; Abſit quemquam coli, præter Deum.* Et paulò poſt: قيل وقال رجل يا رسول الله نسلم عليك كما نسلم بعضنا على بعض افلا نسجد لك قال لا ينبغي ان نسجد لاحد من دون الله ولكن اكرموا نبيكم واعرفوا الحق ✱ *Tradunt, dixiſſe quemdam: O Legate Dei, num te ſalutabimus, prout alii alios ſalutant; aut num te etiam adorabimus? Reſpondit: Non convenit, ut quemquam, præter Deum, adoremus. Honorate interim Prophetam veſtrum, & agnoſcite veritatem.*

VII. *Hæc de Eſſentia, attributis & cultu Dei, ad ipſam pergimus Perſonarum Trinitatem, ubi Muhammedani Socinianis iterum vel* a. *moderatiores ſunt, vel iiſdem* b. *pares.*

a. Moderatiores certè ſunt, ſi originem ſpectes. Negant Sociniani Trinitatis dogma in ſacris literis tradi: referunt illius

lius incunabula ad Concilium Nicenum: Muhammedani verò larga concedunt manu, dogma de Trinitate à Paulo clarè & evidenter fuiſſe aſſertum. Vide teſtimonium *Ahmedis, ben Edris*, *ſup. pag.* 351. Sociniani, ut locum Pſalmo 2. v. 7. facilius eludant, de Davide etiam explicant. Muhammedani non inficiantur, de Chriſto dici; ſed novâ partim obſcurant vocis ילדתיך explicatione, partim crimen falſi exprobrant. التوليد inquit *AlfiruZabadius*, author Kamuſi, eſt التربية *educatio*: Vnde قوله الله عزوجل لعيسي صلي الله عليه وسلم انت نبي وانا ولدتك اي ربيتك فقالت النصاري انت بني وانا ولدتك تعالي الله عن ذلك علوا كبيرا * *Dictum Dei omnipotentis ad Jeſum* (*cui propitius ſit & pacem concedat Deus*) *tu es Propheta meus, ego enutrivi te: Chriſtiani verò dicunt* (vertunt) *Tu es filius meus, ego te genui. Longè hæc abſunto à* Deo! Ita Ibnol-Athir: في الانجيل قال لعيسي انا ولدتك اي ربيتك فلقفه النصاري وجعلوه له ولدا سبحانه وتعالي عما يقولون علوا كبيرا * *In Evangelio dixit Iſa: Ego* valadoca, id eſt, *educavi te. At Chriſtiani ſublato Teſdid* (Dages charactere conjug. 2.) *ipſum ei filium poſuerunt*; quod *longè abſit à Deo*. Novam hanc verbi ילד eſſe ſignificationem monet Clariſſ. *Gol.* Lex. Rad. ولد Ridiculam verò accuſationem vocis بني in نبي obſervat *Pocok.* Not. Miſc. ad Port. Moſ. p. 318.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

b. Id quod demonſtrari debet *generaliter* & *ſpecialiter*. *Generaliter* notandum eſt, in Arabum ſcriptis mentionem ſæ-

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

pe fieri Chriſtianorum quorumdam الموحدين *unitatem credentium*; quo nomine veteres Samoſatenianos, Arrianos, Anti-Trinitarios, Socinianorum Patriarchas intelligi, non eſt cur dubitemus. Vide Hiſt. Eccleſ. Sec. 3. p. 151. In *ſpecie* verò. A. Sociniani negant Trinitatem credendam. *Socin.* de offic. hominis Chriſt. c. 4. *Volcel.* de vera Relig. lib. 5. cap. 9. Muhammedis in Alcorano conſenſus ubique obvius. Sub finem Surat. 4. انهم يقولون الله ثلثة اقانيم الاب والابن والروح القدس ويريدون بالاب الذات وبالابن العلم وبروح القدس الحيوة * *quod affirment, Deum in tribus conſiſtere perſonis Patre, Filio, & Spiritu Sancto. Patrem eſſe Eſſentiam, Filium ſcientiam, Spiritum Sanctum vitam.* Et iterum; لقد كفروا الذين قالوا ان الله ثالث * *Infidelis eſt, qui dixerit, Deum eſſe Trinum.* B. Non quicquid eſt in Eſſentia divina eſt etiam Perſona, inquit *Volkel.* Eo enim pacto omnia attributa eſſent Perſonæ. Peccant nempe falſa hypotheſi; neque enim dicunt Orthodoxi, quicquid in Deo eſt, eſſe perſonam: ſed id tantum, quod in eo eſt, originémque habet peculiarem, ſive activam, ſive paſſivam. Hoc argumento uſus *Àhmed Ibn Edris* p. m. 158. voluit evincere, eadem ratione كل واحد من التسع اله لان كل واحد منها مساو لكل واحد من الثلثة الاول * *unumquodque ex novem illis* (attributis:) *eſſe Deum: omnia enim* tribus illis primis pariter conveniunt. C. Sociniani Trinitatem tanquam novitium Concilii Niceni commentum traducunt, negantes Patres priores, eam agnoviſſe & probâſſe; qua de re *Alting.* Hiſt. Eccleſ. Loc. III. *Ahmed, Ibn Edris* ſcripto ſuo Elenct.

pag.

pag. 159. & deinceps Symbolum illud impudenti ore allatrat, ſingulósque ejus impetit articulos. Initio ſtatim ſcribit: الامنة وهي اقبح من الخناية يسمونها شريعة الايمان والتسبيحة لا يتم لهم عيد ولا قربان الا بها ولعن من يخالفها ان اريوس احد اوايلهم كان مع طايفة موحد مخلفا للنصاري في اعتقادهم في المسيح عليه السلام وكان يعتقد انه رسول وعبد مخلوق * Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Fides eorum eſt turpiſſima fœditas, quam appellant Legem fidei, & Doxologiam. Non conſummatur feſtum aut ſacrificium apud eos, niſi ea accedente. Anathemate percutitur quisquis ei contradicit. Arius enim quidam Antiſtitum eorum, faciens cum Secta unitatem credente, reſiſtebat Chriſtianis in fide eorum, Meſſiam, ſuper quo pax, concernente. Credebat autem ille, eſſe eum Apoſtolum, ſervum creatum. D. Chriſtum ab æterno genitum negant Sociniani: *Volckel.* lib. 5. cap. 17. Socin. de offic. hom. Chriſt. c. 4. Rationes addunt a. Quia Deus non gignit, aliàs mutaretur. b. Quia Deus non habet uxorem. c. Quia eo quòd genitus eſt cœpit, adeóque nec æternus. Idem principium eſt Theologiæ Muhammedicæ, iisdem ſuffultum rationibus. *Pima* habetur Sur. 112. quæ tanquam ἀλεξητήριον quoddam nummis etiam, imprimi ſolet; vide *Bibl. Orient.* noſt. p. 149. Verba Suratæ habent: لم يلد ولم يولد *Deus nec gignit, nec gignitur*; ubi expreſsè monet Beidavi, hoc ἀποσπασμάτιον opponi vel Arabibus, qui dicebant ان الملايكة بنات الله *Angelos eſſe filios Dei*; vel Chriſtianis, aſſerentibus ان المسيح ابن الله *Meſſiam eſſe filium*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Dei. Secundæ rationis parallelisſmum jam notavit Maccov. lib.cit. pag. 248. Dum de filio agunt eodem utuntur ſtultiſſimo argumento, quo Mahomet in Alcorano. Quærunt enim an Deus uxorem habuerit ex qua progenuiſſet filium: Ita verè eſt: alteram enim cauſam, quæ filium Deo abjudicat, Exegetæ in Alcoranum dicunt eſſe; ان الولادة لا تكون الا بين زوجين *Generationem non eſſe niſi inter conjuges.* Vide VVarneri Comp.Hiſt.pag. 13. Tertia ratio urgetur ab *Ahmed Ibn Edris* p. m. 161. قولهم في الامانة ان المسيح ابن الله بكر الخلائق الذي ولد من ابيه يقتضي حدوث المسيح عليه السلام وهم يعتقدون قدمه وتقفوا اصلهم وهم لا يشعرون بيانه ان المولود من غيره لا بد وان يتقدم والده عليه والزمان ثم يوجد الولد بعده في زمان اخر والمتاخر بالزمان هو الحادث * *Quando in ſymbolo ſuo dicunt, Meſſiam eſſe filium Dei primogenitum creaturarum, qui natus ſit ex patre ſuo, neceſſariò inde ſequitur novitas Meſſiæ* (novus ortus, æternitati oppoſitus) *ſuper quo pax; id quod tamen non intelligunt. Res ita habet: Quod genitum eſt ex alio, illo neceſſariò prior eſt genitor ejus; Tempus autem, quo exiſtit filius, poſt eum, poſterius eſt: qui autem poſterior tempore, ille novus eſt.* Novum Orientales appellant quod æternum non eſt. Ubi, ἐν παρόδῳ, notandum, argumentum petitum à primogeniti epitheto utriſque etiam eſſe commune. Vt enim Muhammedani hunc θνητῶς, concludunt, originem in tempore; ita ὑποθετικῶς, Sociniani colligunt, hanc primogenituram non eſſe ratione

tione

tione naturæ divinæ, ſed humanæ. *Socin.*cont. VViek c. 3. claſſ. 3. arg. 14. *Smalc.* cont. Smiglec. Nov. monſt. c. 26. E. Socinus cum aſſeclis docet, Filium Dei λόγον dici tantùm officii temporarii ratione, quòd videlicet ſit vox, orator & os Patris, qui voluntatem ejus, ex quo officium Propheticum in terris auſpicatus eſt & peregit, revelarit; Socin. lib. cont. VVieck. cap. 5. *Oſtorod.* Inſt. Rel. Chriſt. cap. 17. Eodem ſenſu Muhammedanos pleroſque ſumere vocem كلمة λόγε oſtendimus ſup. pag. 158. F. Quæ de Filio, filio unigenito, primogenito dicuntur, cavillis Sociniani eludunt, negantes inde concludi Chriſtum eſſe Dei Filium genitum ex Eſſentia Patris. *Volck.* lib. 4. c. 12. p. 481. 486. Præiverunt Muhammedani, qui hoc argumentum eripere conati ſunt Chriſtianis. *Ahmed Ibn Edris* pag. 191. منهم من قال بذلك لانه سماه ابنه وهو باطل لما في التوراة ان الله تعالى قال لموسى لبني بكري اسرائيل والبكر اجل الاولاد * *Sunt* (ex Chriſtianis, qui Chriſtum volunt eſſe filium Dei) *Quia ſic* (Deus) *appellavit eum. Sed & hoc vanum eſt. In Lege enim Scriptum eſt, Deum excelſum dixiſſe Moſi: Tu es filius meus primogenitus, ò Iſraël. Primogenitus autem eſt inter liberos excellentiſſimus.* Vbi tamen notandum, Muhammedanos nomenclaturam filiationis in Chriſto planè capere non poſſe. Nam quia Filium Deo eſſe conſubſtantialem & coëſſentialem non admittunt, non vident utique quam haberet prærogativam ſi على سبيل المجاز *Impropriè tantùm aut Metaphoricè* (ita enim verba Arabica *Exod.* 4. 22. in exemplari *Pariſienſi* & *Londinenſi* transferri debent) diceretur cum quibuslibet aliis Dei filiis. Improprios certè illos filiationis modos, non minus confutat *Ahmed Ibn Edris* p. 191. quàm Orthodoxorum proprium.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Dei. *Secunda* rationis parallelisſmum jam notavit Maccov. lib.cit. pag. 248. Dum de filio agunt eodem utuntur ſtultiſſimo argumento, quo Mahomet in Alcorano. Quærunt enim an Deus uxorem habuerit ex qua progenuiſſet filium: Ita verè eſt: alteram enim cauſam, quæ filium Deo abjudicat, Exegetæ in Alcoranum dicunt eſſe; ان الولادة لا تكون الا بين زوجين *Generationem non eſſe niſi inter conjuges*. Vide VVarneri Comp.Hiſt.pag. 13. Tertia ratio urgetur ab *Ahmed Ibn Edris* p. m. 161. قولهم في الامانة ان المسيح ابن الله بكر الخلائق الذي ولد من ابيه يقتضي حدوث المسيح عليه السلام وهم يعتقدون قدمه ونقضوا اصلهم وهم لا يشعرون بيانه ان المولود من غيره لا بد وان يتقدم والده عليه والزمان ثم يوجد الولد بعده في زمان اخر والمتاخر بالزمان هو الحادث * *Quando in ſymbolo ſuo dicunt, Meſsiam eſſe filium Dei primogenitum creaturarum, qui natus ſit ex patre ſuo, neceſſariò inde ſequitur novitas Meſsiæ* (novus ortus, æternitati oppoſitus) *ſuper quo pax; id quod tamen non intelligunt. Res ita habet: Quod genitum eſt ex alio, illo neceſſariò prior eſt genitor ejus; Tempus autem, quo exiſtit filius, poſt eum, poſterius eſt: qui autem poſterior tempore, ille novus eſt.* Novum Orientales appellant quod æternum non eſt. Ubi, ἐν παρέργῳ, notandum, argumentum petitum à primogenitiæ pitheto utriſque etiam eſſe commune. Vt enim Muhammedani hunc θνητῶς, concludunt, originem in tempore; ita ὑποθετικῶς, Sociniani colligunt, hanc primogenituram non eſſe ratione

tione

tione naturæ divinæ, ſed humanæ. *Socin.*cont. V Vieck c. 3. claſſ. 3. arg. 14. *Smalc.* cont. Smiglec. Nov. monſt. c. 26. E. Socinus cum aſſeclis docet, Filium Dei λόγον dici tantùm officii temporarii ratione, quòd videlicet ſit vox, orator & os Patris, qui voluntatem ejus, ex quo officium Propheticum in terris auſpicatus eſt & peregit, revelarit; Socin. lib. cont. V Vieck. cap. 5. *Oſtorod.* Inſt. Rel. Chriſt. cap. 17. Eodem ſenſu Muhammedanos pleroſque ſumere vocem كلمة λόγυ oſtendimus ſup. pag. 158. F. Quæ de Filio, filio unigenito, primogenito dicuntur, cavillis Sociniani eludunt, negantes inde concludi Chriſtum eſſe Dei Filium genitum ex Eſſentia Patris. *Volck.* lib. 4. c. 12. p. 481. 486. Præiverunt Muhammedani, qui hoc argumentum eripere conati ſunt Chriſtianis. *Ahmed Ibn Edris* pag. 191. منهم من قال بل لانه سماه ابنه وهو باطل لما في التوراة ان الله تعالى قال لموسى لبني بكري اسرايل والبكر اجل الاولاد * *Sunt* (ex Chriſtianis, qui Chriſtum volunt eſſe filium Dei) *Quia ſic* (Deus) *appellavit eum. Sed & hoc vanum eſt. In Lege enim Scriptum eſt, Deum excelſum dixiſſe Moſi: Tu es filius meus primogenitus, ò Iſraël. Primogenitus autem eſt inter liberos excellentiſſimus.* Vbi tamen notandum, Muhammedanos nomenclaturam filiationis in Chriſto planè capere non poſſe. Nam quia Filium Deo eſſe conſubſtantialem & coëſſentialem non admittunt, non vident utique quam haberet prærogativam ſi على سبيل المجاز *Impropriè tantùm aut Metaphoricè* (ita enim verba Arabica *Exod.* 4. 22. in exemplari *Pariſienſi* & *Londinenſi* transferri debent) diceretur cum quibuslibet aliis Dei filiis. Improprios certè illos filiationis modos, non minus confutat *Ahmed Ibn Edris* p. 191. quàm Orthodoxorum proprium.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

G. De Spiritu Sancto docent Sociniani 1. eum non eſſe Deum, Socin. cap. 4. lib. de offic. hom. Chriſt. Id cap. 10. ad cap. 15. *VViekij*. Smalc. de divinitate Chriſt. c. 8. *Oſterod*. 2. c. 12. cont. Tradelium Catech. Racov. cap. 6. 2. Spiritum Sanctum non eſſe Perſonam Socin. de offic. hom. Chriſt. cap 4. *Volck*. lib. 5. cap. 14. Muhammedani hanc tertiam Deitatis perſonam etiam impetunt, & de Majeſtatis Throno, quantum in ipſis eſt, præcipitare conantur. Negant 1. Eſſe verum Deum, quia tempore ipſo Servatore poſterior. *Ahmed, Ibn Edris* pag. 164. *Dum dicunt in Symbolo*; Incarnatus ex Spiritu Sancto, *adverſatur illud textui Evangelico; quia dicit Matthæus* c. 3. *Quòd cùm Johannes Baptiſta baptizâſſet Meſſiam, ſuper quo pax, ſupervenerit illi Spiritus Sanctus in ſpecie columbæ; idque demum poſt triginta annos ætatis Meſſiæ, ſuper quo pax: Non potuit igitur incarnari à Spiritu, quia incarnationem ejus hæc diſpoſitio demùm ſequebatur.* II. Et quia in Alkorano fit mentio روح القدس *Spiritus Sancti*, ejus nomine vel intelligunt جبرئيل *Gabrielem*: vel روح عيسى *Spiritum Jeſu*; qui ei κατ' ἐξοχὴν tribuatur لطهارته عن مس الشيطان *quòd immunis fuiſſet à contactu Satanæ*, quo aliàs Adami poſteros in mundi Theatrum ingreſſuros, omnes infeſtari, volunt. Peccatum originale hac phraſi videntur innuere: vel الانجيل *Evangelium*. Et quemadmodum Sociniani Spiritus Sancti nomine virtutem divinam intelligi volunt ita etiam *Beidavi* obſervat p. m. 60. nihil obſtare, quominus روح القدس اسم الله الاعظم الذي كان به يحيي الموتى * *nomine Dei maximo, quo ſuſcitavit mortuos.* Vno videntur modeſtiores Muhammedani; Inſigni Gen. 1. v. 2. loco

co de Sp. S. hactenus explicato, tantam tribuunt Emphaſin, ut eâ poſitâ, perſonalitas ejus commodiſſimè eliciatur; qua de re prolixè in *Hexaëmero* noſtro pag. 44. Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

VIII. *Exceptiones, quas adverſarii, rationibus Orthodoxorum preſſi, afferunt, ita communes habent, ut tamen ſæpe Muhammedani, contra Socinianos tribules, arma nobis ſuppeditent.* Sint, exempli gratia, miracula Chriſti. Ab iis argumentum promi pro Deitate Filii, rectè hactenus tota agnovit Eccleſia Orthodoxa. Negant Sociniani, negant & Muhammedani, ubi, ſui immemores, ſuperſtitioni avitæ indulgent. Ita *Ahmed, Ibn Edris* pag. 241. *Damus autem, mortificationem & vivificationem ab ipſiſmet profectam; teſtatur interim Evangelium, idem quoque feciſſe Apoſtolos. Imò refert Evangelium, quòd quicunque perſtiterit in Lege Iſa, ſuper quo pax, facturus ſit idem quod fecit ille. Sed & David mortuum excitavit, poſtquam jam fœtuiſſet; Elias etiam, Eliſæus, Ezechiel & alii vivificârunt mortuos. Quòd ſi inde ſequeretur demonſtratio Majeſtatis & Deitatis, Apoſtoli utique omnes & David, ſuper quo pax, Dii erant, Meſſiæ pares in Deitate.* Alibi tamen & ubi ex profeſſo hanc materiam tractant, non inficiantur, miracula primariò patrare & principaliter, eſſe opus divinum; negant tamen illud Chriſto convenire. Prius confirmatur Arabum authoritate αὐτολεξεί. *Mundavit Deus leproſos, & in vitam revocavit mortuos per illum* (Chriſtum) *Creavit avem per illum, & id genus alia: oportet autem ut hoc tribuatur Deo, non verò homini, cujus opera id fit.* Et Ahmed Ibn Edris pag. 240 *Moſlemanni à primo eorum ad ultimum largiuntur reſuſcitationem & mortificationem ſolius Dei Excelſi eſſe; abſurdéque hoc cuiquam tribui creaturæ, quæcunque tandem illa ſit. Keſſæus* pag. 90. de Jobo commemorat, quòd ſolicitatus à Satana ad Idololatriam, exceperit; *Dixit Job: Sumus nos Dei, & ad eum revertemur. Apage maledicte! Non eſt nobis præter Deum aliud Numen. Quem*

enim

Digitized by Google

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

enim occidit Deus, eum nemo poteſt reſtituere vitæ, excepto Deo benedicto. De poſteriori *Ahmed* l.cit. *Iſa, ſuper quo pax, ne unum quidem vitæ reſtituit mortuum, nec ſanavit cæcum, aut leproſum; ſed operator horum omnium fuit Deus Excelſus, per voluntatem Meſſiæ ſ. q. p. Meſſias enim ſ. q. p. hæc faciebat, pro ut Moſes, qui colorem manui ſuæ non reddidit, ut reverteretur, ſed Deus hoc fecit ad voluntatem ejus.* Unde in Alcorano & alibi, ubi Chriſto tribuuntur miracula, addi ſolet, باذن الله *permiſſu* & authoritate *Dei.* Ita ſuſcitatum ſcribunt Schemum, filium Noachi, poſtquam, ut ipſi ſcribunt, ſepultus jacuiſſet 4000. annos. Annecti autem ſolet formula باذن الله nutu Dei دفع الوهم الالوهية فان الاحيا ليس من جنس الافعال البشرية *ad repellendam cogitationem Deitatis. Nam reſuſcitatio non eſt ex genere actionum humanarum*; ut loquitur Beidav. cap. 3. Alkoran.

IX. *Tandem etiam rationes quibus S.S. Trinitatem arietant utrinque, Socinianos ex Muhammedis officina mutuâſſe certum eſt.*

I. Deus, crepant ubique Sociniani eſt *unus*. E. non trinus. Hoc jam argumentum ad ravim uſque inculcavit Muhammed, tum alibi, tum præſertim *Surat.* 113. Vnde Symbolum Muhammedicum لا اله الا الله ومحمد رسوله *Non eſt Deus niſi ille* (unus) *& Muhammed Legatus* ejus. Et Alkorano hoc præ cæteris tribuitur ſcriptis, quòd ſit الكتاب ناطق بالتوحيد وابطال الشريك وما من كتاب انزل قبله من كتب الله الا وهو ناطق بمثل ذلك * *Liber, qui aſtruat unitatem Dei, & rejiciat aſſociationem: nec ullum eſſe librum, qui ante eum dimiſſus eſt, qui quidem ſit ex*

libris

Digitized by Google

libris Dei, quin ita loquatur افضل الذكر لا اله الا الله *Non eſt melior recordatio, quàm illius: Non eſt Deus, niſi Deus ille*, tribuitur Muhammedi inter alia apophthegmata: Id quod mancipiis ejus occaſionem dedit integras ſæpe paginas verbis illis replendi, cujusmodi antehac apographi copiam nobis fecit, *Zechendorfius*, Scholæ Cygneæ Rector, & nobis aliunde ſuppetit. II. Chriſtus homo paſſim, & filius hominis vocatur; Sociniani. Muhammedani; المسيح عبد مخلوق كسائر العباد *Chriſtus homo creatus eſt; Sicut cæteri homines*. III. Socinian. Chriſtus eſt Dominus factus. Muhammedani, انعمنا عليه حتى جعلناه اية بان كل قناه من غير سبب كما خلقنا ادم وشرفناه بالنبوة * *Beneficio affecimus* (ſermo tributus Deo de Chriſto) *eum conſtituimúsque eum ſignum, dum creavimus eum absque cauſa, ſicut creavimus Adamum, & Prophetiâ ipſum reddimus illuſtrem*. IV. Negant Sociniani de Chriſto omniſcientiam. Muhammedani: كان يخفى عليه ما لا يخفى على الله *Chriſtum latuit, quod minimè latuit Deum*. De hoc etiam attributo *Ahmed Ibn Edris* p. m. 244. وثانية علم علمه بعدم ثمرة الشجرة والله تعالى بكل شي عليم ودل على ان هبشرلا يعلم الا ما علم وذلك يثبت عبودية وينافي الالهية * *Secundo; quia neſcivit* (Chriſtus) *abeſſe fructum ab arbore* (ficu) *cúmque Deus ſit omniſcius, colligitur hinc, eum hominem eſſe, qui nihil ſcit, niſi quod doctus eſt: Atque hoc ſtabilit humanitatem, Deitatem verò ejus removet*. V. De-

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Denique omnipotentiam Chriſto Sociniani abjudicant. Idem & Muhammedanorum argumentum. Deus eſt, inquiunt, الذي ذاته لا تختص بمقدور دون مقدور فهي قادرة على المقدورات كلها *Cujus Eſſentiæ non competit, ut aliud poſſit, aliud non poſſit, cùm ipſa ſit potens rerum omnium, quæ potentiæ ſubjacent. Chriſti* verò potentiam, ut ſuprà jam audivimus, reſtringunt ad اذن الله *nutum & voluntatem DEI.*

X. *Capita cognitionis Dei utrinque manca & mutila ſunt, perfectius tamen iterum à Muhammedanis, quàm Socinianis traduntur.*

Manca utrobique reperiuntur, quia Trinitatis myſterium excludunt. *Perfectionis* tamen majoris laus debetur Muhammedanis, quia cùm illi aſſerant, de Eſſentia Dei ſcitu ſive creditu ad ſalutem neceſſaria eſſe ſex illa 1. quòd ſit Deus. 2. quòd ſit tantùm unus Deus. 3. Quòd ſit æternus. 4. Quòd ſit perfectè juſtus. 5. Quòd ſit perfectè ſapiens. 6. Quòd inſuper ſit perfectè potens; *Muhammedani* non modò in Syſtematibus ſuis Theologicis attributa Dei plenius exhibeant, ſed & in Euchologiis ſuis aliam oſtendant praxin. Et *illa* quidem vulgò numerant ſeptem, العلم *ſcientiam.* 2. البصر *Viſum.* 3. السمع *auditum.* 4. القدرة *Potentiam* 5. الكلام *Sermonem.* 6. الارادة *Voluntatem.* 7. الحياة *Vitam*; quæ Ahmed pag. 320. appellat سلبية attributa negativa; quibus opponit فعلية & ſunt *opera* Dei ad *extra.* Unde in *Compendio Theologico* M. S. vocatur حيا *vivens,* عالما *ſciens,* قادرا *potens,* مريدا

مريدا *volens*, سميعا *Audiens*, بصيرا *videns*. In *his* verò συναθροισμὸς Epithetorum ubique eſt obvius. Obtulit mihi hiſce diebus vir Clariſſimus, D. *Johannes Van Dalen*, Sereniſſimæ Dominæ, *Mariæ Eleenoræ*, Principi Simmerenſi &c. Viduæ & Tutrici (cujus ſingularis in literas Hebraicas amor, progreſſus etiam, notiores ſunt, quàm ut commemorari à me debeant) à concionibus & conſiliis ſacris Mſc. miſcellaneum, in quo, præter aliquot Alcorani Suratas, verſione Perſica interlineari illuſtratas, Apophthegmata Muhammedis, aliorúmque tùm ſoluta tum ligata oratione, Perſico & Arabico Idiomate adornata, explicationem fragmenti (ſunt enim Suratæ 20.) Alcoranici Kabbaliſticam, ſive Magicam; extant preces, tum recitationi Alcorani præmittendæ, tum etiam aliis neceſſitatibus deſtinatæ. Præter cæteras autem, ternæ recitantur, ex primæ Suratæ, quæ eodem apud eos loco eſt, quo apud nos Oratio Dominica (hoc enim à Muhammede didicerunt لا صلاة لمن لم يقرا بفاتحة *non eſt precatio illi, qui Suratam illam non legit*) verbis & pluribus Epithetis ſive attributis Dei conflatæ. Sed quid neceſſe eſt hæc nos ſtrictim ſectari? Eximiam Theologiæ Muhammedicæ partem conſtituit tractatio nonaginta novem *nominum pulchrorum*, ut vocant, Dei opt. Maximi. Magnam illis virtutem tribuunt. Nam من احصيها دخل الجنة ومن دعا بها اجيبت دعوته *qui numerat ea, ingreditur vitam æternam, & qui recitârit ea, exaudietur precatio ejus*. Ordine ea exhibebo, quia frequens eorum mentio, ex Codice Mſc. 1. الله 2. رب 3. رحمان 4. رحيم 5. ضابط 6. محيط 7. قدير 8. عليم 9. حكيم 10. تواب 11. بصير 12. واسع 13. بديع

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

13. بديع 14. سميع 15. كافي 16. روف 17. شاكر 18. الله
19. واحد 20. غفور 21. حليم 22. قابض 23. باسط 24. حي 25.
قيوم 26. علي 27. عظيم 28. غني 29. ولي 30. حميد 31.
وهاب 32. قايم 33. سريع 34. رقيب 35. حسيب 36. شهيد
37. عفو 38. معيث 39. وكيل 40. فاطر 41. قاهر 42. قدير
43. لطيف 44. خبير 45. محيي 46. مميت 47. نعم المولي
48. نعم البصير 49. حفيظ 50. قريب 51. مجيب 52. قوي
53. مجيد 54. ودود 55. فعال 56. كبير 57. متعال 58.
حنان 59. منان 60. خلاق 61. وارث 62. مستعان 63. باعث
54. كريم 65. حق 66. مبين 67. نور 68. بادي 69. فتاح 70.
صادق 71. عافر 72. قابل 73. شديد 74. ذا الطول 75. رزاق
76. ذو القوة 77. متين 78. بر 79. مقتدر 80. باقي 81. ذو
الجلال والاكرام 82. اول 83. اخير 84. ظاهر 85. باطن 86.
قدوس 87. سلام 88. مومن 89. مهيمن 90. عزيز 91. جبار 92.
متكبر 93. خالق 94. باري 95. مصور 96. مبدي 97. معيد 98.
احد 99. صمد من لم يلد ولم يولد ولم يكن له كفوا
* احد| Id eſt. 1. *Deus*, cum articulo, cum quo ferè reſpondet Tetragrammaton. 2. *Dominus*. 3. *Miſericors*. 4. *Miſerator*. 5. ὁ παντοκράτωρ, aliàs, ضابط الكل *omnia tenens*; Syr. ܐܚܝܕ ܟܠ

ש 6. *Circumdans* (omnia) *cuſtos.* 7. *Potens.* 8. *Sciens.* 9. *Sapiens.* 10 *Remunerator.* 11. *Intelligeus, perſpicax.* 12. *Amplitudine infinitus.* 13. *Novæ & mirabilis rei conditor, Creator.* 14. *Audiens.* 15, Αυτάρκης. 16. *Clemens.* 17. *Gratus.* 18. *Venerabile numen.* 19. *Vnus.* 20. *Remittens.* 21. *Manſuetus.* 22. *Velociter propellens.* 23. *Simplex; vel, amplus.* 24. *Vivens.* 25. *Subſiſtens.* 26. *Excelſus* Heb. עליון 27. *Magnus.* 28. *Dives.* 29. *Tutor.* 30. *Deſiderabilis.* 31. *Largitor.* 32. *Permanens.* 33. *Feſtinus.* 34. *Explorator.* 35. *Supputator.* 36. *Teſtis, præſens.* 37. *Multum condonans.* 38. *Opem ferens.* 39. *Gubernator, protector.* 40. *Creator.* 41. *Victor, Domitor.* 42. *Potens.* 43. *Propitius, benignus.* 44. *Sciens, gnarus.* 45. *Vivificans.* 46. *Morte afficiens.* 47. *Optimus Dominus.* 48. *Optimus adjutor.* 49. *Cuſtos.* 50. *Propinquus.* 51. *Reſpondens.* 52. *Potens.* 53. *Laudabilis.* 54. *Dilectus.* 55. *Operator.* 56 *Magnus.* 57. *Exaltatus.* 58. *Valde miſericors & propitius.* 59. *Beneficus.* 60. *Creator.* 61. *Hæres.* 62. *Cujus auxilium imploratur.* 63. *Mittens.* 64. *Honorandus.* 65. *Veritas.* 66. *Explorans.* 67. *Lux.* 68. *Dirigens.* 69. *Apertor.* 70. *Verax.* 71. *Remittens.* 72. *Excipiens.* 73. *Potens.* שדי 74. *Longanimis.* 75. *Suſtentator.* 76. *Virtute præditus.* 77. *Firmus, conſtans.* 78. *Purus.* 79. *Potentia excellens.* 80. *Aeternus.* 81. *Glorioſus.* 82. *Primus.* 83. *ultimus.* 84. *Externus.* 85. *Internus.* 86. *Sanctus.* 87. *Pax.* 88. *Fidelis.* 89. *Securum reddens.* 90. *Eximius.* 91. *Potens.* 92. *Magnificus.* 93. *Creator.* 94. *Conditor.* 95. *Formator.* 96. *Qui perdit.* 97. *Qui reſtituit.* 98. *Vnus.* 99. *Perpetuò manens* (alii tamen aliter locum hunc reddunt; ὁλόσφυρον Græcorum eſſe exiſtimo, de quo *Hiſtor. Eccleſiaſt. Sac. Sec.* XII. p. 46.) *qui nec gignit nec gignitur, & cui nullus eſt ſimilis.* Vbi obſervandum 1. Muhammedanos nulla habita ratione convenientiæ in ſenſu, vocabula tantùm diverſa Deo tributa corraſiſſe, ut numerum ſuum obtinerent: plurima enim occurrunt Synonyma diſtin-

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

vicibus repetita. Talia ſunt فاطر, باري , بديع &c. II. Neque tamen Synonyma omnia eſſe, quæ talia videntur. Sic majus eſt عفور quàm غافر ; قنوم quàm قايم. III. Attributorum illorum vim tum demum apparere, cùm eorum accedit explicatio, & ad certum objectum reſtrictio. Videamus unum & alterum ex Alcorano exemplum. Vocatur ibi شاكر عليهم *Gratus in eos, quia* مثيب الى الطاعة لا يخفى عليه *remunerator obſequii praſtiti, quod ipſum non latet.* Dicitur عزيز *potens*; بالانتقام لا تعجز *quem nihil impedit, quò minus vindictam exercere poſſit*; additur tamen حكيم *Sapiens*, proinde لا ينتقم الا بالحق *Non vindicabit niſi juſtè.* Sic de aliis. IV. Etſi peccent in Exceſſu Muhammedani, neque ἀπολογία illa ſive βαττολογία (de qua Servator Matth. 6. Vide Notas VVal.) longè abſint, ſi quando preces ſuas tanto Epithetorum, ſeu attributorum inſtruunt apparatu, facilius tamen merentur veniam, quàm Sociniani, qui, ne vel juſtitiam vel miſericordiam, vel immutabilitatem vel alias Deo, cauſæ ipſorum adverſas aſſerere debeant proprietates, adeò ſunt in enumerando parci.

XI. *Hæc de parallelismo; in tribus primis Theologiæ Chriſtianæ capitibus; manifeſto; cætera percurrere jam non licet: Satis eſt obſervâſſe, rectè Eccleſias Reformatas Socinianos vel hoc etiam nomine rejicere, quòd nimis apertus eorum cum Muhammedanis in illis fidei dogmatibus, quibus ab univerſa Eccleſia Catholica longiſſimè recedunt, ſit Syncretiſmus.*

a. Hæc reſtrictio non inutilis cenſeri debet aut ſupervacanea:

carica: Certum enim eſt, multa non modò in reliquis Arabum ſcriptis, ſed, in ipſo etiam Alcorano veteris Chriſtianiſmi extare veſtigia, quæ diligenter expenſa, cauſam noſtram contra faſcinata illa Pſeudoprophetæ mancipia non uno modo juvare poſſunt. Quod clariſſ. vir D. *Abrahamus VVhelocus*, Not. ad Evangel. Perſic. monuit p. 5. de uno fidei Chriſtianæ articulo; id ad reliquos etiam referri debet. *Hortentur* (inquit) *Chriſtiani Mahumedanos ex his, atque aliis vel in Korano ipſo conceſſis principiis, ſed ad origines in ſacra pagina revocandis, Chriſtum* θεάνθρωπον *venerari atque ex animo obſequi, juxta normam Evangelii mundo traditam à Chriſto; cujus ſolius eſt Legem Moſaicam* pro رعيته peculio ſuo *implere*, & *impletam abrogare. Sic Chriſtum fari voluit Muhammed ad Judæos: quod & ipſe probat quidem Surat.* العمران videlicet: في ذلك certè in hoc (*quod ſcil. cæcos & leproſos ſanaverit, & mortuos excitaverit*) ſignum nobis erit; ſiquidem eſtis fideles. Et confirmatio Legis, quæ coram me erat; Atque ut abrogem (Arab. *ſolvam*) vobis لاحل لكم inquit Muhammedes, ſive licita faciam, *quæ vobis antea erant prohibita* (Beidavi intelligit الشحوم والشروب والسموك ولحوم الابل العمل في اليوم سبت* *adipes, potus, piſces, carnes camelinas, operationem die Sabbathi*) *Et veni ad vos, cum ſigno* (Miraculorum ſcil. & doctrinæ) *à Domino veſtro*; & Chriſto obſequium præſtare Mahometes صراط مستقيم *viam rectam eſſe* disertè aſſerit. Suprà habet, Chriſtum à Muhammede vocari non modò رسول الله *Prophetam* Dei; Sed & كلمته القيها الي مريم ورحمته *Verbum ejus, quod miſit*

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

ſit ad Mariam, & Spiritus ejus : Alibi ; قول الحق *verbum veritatis* ; Iterum هدي ورحمة ونور مصدق *Inſtitutionem, miſericordiam, & lucem confirmatam*. Hæc, inquam, vir doctâ pietate inſignis, prudenter monuit. Sanè, ſi antehac Muhammedanorum caſtra his armis fuiſſent infeſtata, longè luculentior victoriæ ſpes concipi potuiſſet, quàm quòd mendaciis, plerumq; actum eſt, & calamis ſuperſtitione, Idololatria, à quibus natio illa immane quantum abhorret, tinctis. Avidè arripi debet, quod nobis largiuntur ; ibi corrigendi, ubi à tramite deflectunt. Amant, exempli gratiâ, ſacras literas, ut in *Hodeg*. noſtro monſtravimus, P. 1. p. 74. Legunt, & quidem in ipſo textu Originali Vetus Teſtamentum. Teſtimonium ex Ahmed Ibn Edris citavimus Theſaur. Philol. pag. 163. Magno redimunt pretio, imò mercede conducunt Interpretes : Vide *Abulfedæ* exemplum in Append. Oper. Anglic. à celeb. *Pocockio* erutum pag. 1. Variar. lect. Arab. Vet. Teſt. Cur ergò curas noſtras non huc potius convertamus, ut primo hoc obſervato gradu, lectionis & inquiſitionis ſtudium probemus ; Scrupulos verò, qui ex ſuſpicione corruptionis illis oboriuntur, evellamus, verum ſacræ Scripturæ uſum (quem ignorant ; nam vel ob hiſtoriam tantùm legunt, vel Elenchum adverſus noſtros) etiam oſtendamus, quàm ut renitentibus, odium ſacratiſſimarum literarum exprobremus, & vel hoc ſolo nomine tanquam indignos curâ noſtrâ, bardos, brutos, fungos, ſtipites, pilo potius evertendos, quàm ſtylo convertendos, inſectemur ? Verùm hæc, quia hujus loci non ſunt אגב אורחא *in tranſitu*. Plura dedimus in *Syſtem*. noſt. Arab. Loc. II. q. 4. *quomodo Principia Religionis Chriſtianæ contra Muhammedanos ſint demonſtranda*. Methodus Apoſtolorum in converſione Gentium uſurpata, hîc etiam tutiſſimè obſervatur.

XII. *Et ut clariùs noſtra pateſcat Antitheſis, valere jubemus Socinianos, eorúmq; dogmata.*

a de

Digitized by Google

a. de paucis quibusdam ad praxin tantùm ſpectantibus fidei Chriſtianæ articulis. b; de religione communi ſalvifica. c. de Veteri Teſtamento corrupto, eóque ad aſſertionem Chriſtianiſmi inepto, & inutili. d. Ratione, Principio Theologiæ. e. Abominamur audaciam eorum in detorquendis Scripturis ſacris. f. Damnamus impietatem eorum circa doctrinam de Deo, quâ aſtruunt. 1. vocem Dei, ratione Dei, eſſe communem. 2. Deum contingentia neſcire. 3. Voluntatem ejus eſſe mutabilem. 4. Non eſſentia, ſed virtute tantùm Deum eſſe infinitum. 5. Chriſto cultum adorationis convenire, etſi non ſit æternus Deus. 6. Trinitatem non eſſe credendam. 7. Eſſe novum dogma Concilii Niceni. 8. Chriſtum ab æterno non eſſe genitum. 9. Spiritum Sanctum non eſſe Deum. 10. Miracula non inferre Deitatem; primariò etiam & principaliter conſiderata; & ſi quæ ſunt alia, formulæ ſaniorum ſermonum contraria. Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Repeti hîc debent, quæ ſuprà citavimus; quibus addi poteſt ſequens etiam Paralleliſmus, ut manifeſtiſſimus; ita myſterio pietatis maximè inimicus. Non negant Sociniani, Chriſtum eſſe Deum; negant tamen, ab æterno ex Patris Eſſentia genitum, ſed in tempore factum. Ita ex *MotaZalitis* (*qui* افترقوا عشرين فرقا يكفر بعضهم بعضا *in viginti Sectas dividebantur, quarum alia aliam infideli arguebat*) quidam, *Ahajetiani* dicti, teſtibus *Almavvaol-Kaſſai*, aſſerebant, للعالم الهان قديم هو الله تعالي ومحدث *Mundo duos eſſe Deos, æternu, ſupra omnia excelſus, & novum, qui ſit* alii dogma hoc eorum enunciant: ان للخلق خالقين احدهما قديم والثاني

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

والثاني محدث وهو المسيح *Creaturis duos eſſe creatores, quorum unus ſit æternus, nempe Deus excelſus, alter de novo ortus*, nempe *Chriſtus*.

X. *De juſtitia, & miſericordia Dei, conſtat, Socinianorum, & Novatorum Scholam ita loqui indignè, ut Muhammedanis iterum vel ſint inferiores, vel pertinaciores.*

Negant n. *Socin.* & Novatores juſtitiam & miſericordiam Deo eſſe naturales; ſed effecta tantùm libera ſive contingentia, quæ poſſint eſſe vel non; hoc vel alio modo ſe habere *Socin.* lib. 1. de Servat. c. 1. At *Muhammedani* à *miſericordia*, tanquam attributo Eſſentiali, Deum *miſericordem* appellant. Unde trita illa & ſymbolica, quaſi ἐπιγραφὴ, librorum Muhamedicorum بسم الله الرحمان الرحيم *In nomine Dei miſeratoris miſericordis*. Ad quæ verba *Beidavi* obſervat, الرحمان eſſe ſignificantius, quàm الرحيم; prius reſpectum habere الكمية *quantitatis*; poſterius الكيفية *qualitatis*. Vnde قيل يا رحمان الدنيا لانه يعم المومن والكافر ورحيم الآخرة لانه يكتص بالمومن *dicitur, ò miſerator* (رحمان) *Mundi, quod complectitur fidelem & infidelem*; *Et miſericors* alterius vitæ, *quia ſpecialiter refertur ad fidelem*. *Juſtitiæ* verò aſſertores tazalitæ adeò erant rigidi, ut ad ὑπερβολῆς extremum delapſi. Vnde هم اصحاب العدل والتوحيد ثواب المطيع وعقاب العاصي الله تعالى ونفي الصفات القديمة عنه * *Appe aſſertores juſtitiæ & unitatis, quòd dicere* ad beſtiarum etiam retributionem

Lib. II. cap. 7.) *Deo incumbere retributionem obedienti, & pœnam inobedienti: removerunt etiam attributa æterna ab eo.* Hæc verò ſententia, quia libertati Dei inſidiatur, ab aliis Muhammedanis emendata & ad limites revocata eſt. Ita Algazalius: *Nihil exiſtere præter ipſum, niſi quod ipſius opere producatur, & fluat à juſtitia ejus, modo optimo, præſtantiſſimo, perfectiſſimo & juſtiſſimo, atque eſſe ipſum ſapientem in operibus ſuis, ac juſtum in decretis ſuis, neque comparari juſtitiam ejus cum juſtitia hominum, cum de homine ſuſpicari liceat, injuſtè ipſum acturum, quòd aliorum jura invadat; at in Deo non poſſit fingi injuſtitia, cùm non reperiat, quod ad alium præter ſe pertineat. Et remunerare ipſum cultores ſuos propter obedientiam, ratione promiſſi & beneficentiæ, non ratione meriti & neceſſitatis, cùm non ſit ad quid præſtandum ipſe teneatur.* De mirabili juſtitiæ divinæ exercitio, hominibus ἀνεξιχνιάςῳ, agit exemplum ex Arabum monumentis exhibitum, ſup. pag. 83.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

X I. *Tot paraſangis à doctrina Chriſti & Apoſtolorum Sociniani & Turcæ recedunt, & tamen Chriſti ſe diſcipulos & imitatores Thraſonicè utrique jactant.*

Sociniani pro Chriſtianorum nomine, tanquam pro aris & focis certant. Imò eloquentiſſimus *Dudithius*, ſuâ ad Laſicium Epiſtolâ Orthodoxos audacter, ceu Chriſti & diſcipulorum ejus adeóque fontium, deſertores inſectatur; ſomnia contrà, & lacunas iis objicit. Temere cumprimis pronunciat pag. 36. *Abhorrent illa prorſus, & valde quidem abhorrent à ſimplici illa & minimè fucata fide, quam Chriſtus ipſe Magiſter & Servator noſter, quam ejus diſcipuli docuerunt. Muhammedani* Imitatorum Chriſti axioma eripi ſibi non patiuntur. Vnde ad verba Surat. العمران ponens eos, qui اتبعوك فوك الذين كفروا* *ſequuntur te, ſupra eos qui ſunt infideles;*

Liber 1. de Pſeudopr. Muham. ſcribit Beidavi ومتبعوه من امن بنبوته من المسلمين والنصاري والي الان لم يسمي عليه اليهود عليهم اللعنة ✱ *Qui eum ſequuntur ſunt illi, qui fidem adhibent Prophetiæ ejus ex Moſelmannis & Chriſtianis, hactenus enim hoc nomen Judæi non meriti ſunt.*

Caput IV.

De

PSEUDOPROPHETIÆ MUHAMMEDIS initio, modo, dogmatibus, primis aſſeclis & æmulis.

Ἀνακεφαλαίωσις ſuperiorum: cùm inter Iudæos, Chriſtianos, & Koreiſchitas ſic confuſa omnia eſſent, nova hæc nata Pſeudoprophetia, de qua notabimus ſequentia I. *Anno ætatis 40. Muhammedis nova dogmata ab eodem impoſtore fuiſſe ſparſa.* II. *Muhammedem tantam ſibi mox authoritatem conciliâſſe, quòd* a. *Scenæ potuerit inſervire, & in hujus tragædiæ dramatis deſultandis frigutiens minimè fuerit, aut ignavus* b. *Quòd colloquia divina mentitus fuerit.* c. *Quòd arcanas cum Gabriele confabulationes confinxerit, ut* Alkorani, Beidavi, *aliorumque mendacia habent.* III. *Dogmatum novæ hujus religionis breve compendium* a. *ex* Elmacino. b. Muhammed, ben Abibecer. c. *ex* كتاب الرسالة. d. Sion. IV. *Nomina primorum religionis Muhammedicæ aſſeclarum recitamus ex* Elmacino. V. *Aemulorum Muhammedis catalogum ſubjicimus. Sunt autem* 1. Iudæi. 2. Moſeilma. 3. Aſvvad. 4. Taliha. 5. Almotenabbi. VI. *Concludimus caput enarrando Koreiſchitas novum hunc Prophetam, merito ſuo, indignè tractâſſe.*

Repetuntur cauſa Muhammediſmi ἀνακεφαλαίωσις. Cum ergò; ut, quæ aliquot capitibus prolixiùs illuſtravimus, compendio repetamus; Muhammed vidiſſet, craſſam Arabum Idololatriam, agreſtémque Politiam; Judæorum diſperſionem,

con-

contemptum, & vires planè attritas; Chriſtianos verò partim diſſidiis inteſtinis diſtractos, partim etiam in ipſa vita, illos præſertim, qui innocentiæ facem aliis præferre debuiſſent, diſſolutos; fuiſſe. Avaritia cumprimis, quæ jam inde à longo tempore egerat altas radices (vide *Baron.* A. Ch. CCLXIII. S. 26. & ſeqq.) non procerum tantùm animos occupavit, ſed & plebeiorum. Nam & illa ætas multos tulit ut *Comici* utar verbis, harpagonas, harpyas, & Tantalos. In opibus magnis pauperes, & ſitibundos in medio Oceani gurgite. Nullæ ipſis ſatis erant divitiæ, non Mydæ, non Crœſi, non omnis Perſarum copia explere poterat quorundam ingluviem. Hinc eſt, quòd *Bartholomæus de Luca, Iſidorus, Richardus, Bernhardus de Breidenbach* magnæ illius apoſtaſiæ cauſam non poſtremam rejiciant in *Heraclii* & quæſtorum ejus ſordidam avaritiam. Conſtat & hoc, Chriſtianos de litibus forenſibus ſub quolibet Magiſtratu contendiſſe: mutuis uſuris ſe exhauſiſſe, & tantùm non deglutiviſſe: aleæ & Schachorum luſu delectatos eſſe, & nec ab iis vitiis, à quibus melioris notæ Gentes adhorrebant alienos fuiſſe; hæc, inquam, omnia cùm Muhammed animo ſuo verſâſſet, cogitavit, nunc leguminum eſt meſſis. Huc acceſſerat *Phocæ* parricidium; *Heraclii* inceſtus, quæſtorum etiam ejus, ut modò diximus, contra Saracenos, qui ei militabant, fraudes & iniquitates; Epiſcoporum Conſtantinopolitani & Romani acerrimæ & recentiſſimæ diſputationes, quæ omnia aſtuto & verſipelli Arabum impoſtori, Muhammedi vulgatum illud Arabum; *Acue ferrum dum calet*; in memoriam revocare poterant. Ergò tum temporis (ut *Euſebii* de Montano loquentis mutuem verba) φασί τινα τῶν Ἀγαρηνῶν, ἐν ἐπιθυμίᾳ ψυχῆς ἀμέτρῳ φιλοπροφητίας δόντα πάροδον εἰς ἑαυτὸν τῷ ἀντικειμένῳ πνευματοφορηθῆναί τε καὶ αἰφνιδίως ἐν κατοχῇ τινὶ καὶ παρεκστάσει γενόμενον ἐνθουσιᾶν, ἄρξασθαί τι λαλεῖν καὶ ξενοφωνεῖν, παρὰ τὸ κατὰ παράδοσιν, καὶ κατὰ διαδοχὴν ἄνωθεν τῆς ἐκκλησίας ἔθος δῆθεν προφητεύοντα, *ajunt, quemdam A-*

 ga-

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

garenum inſatiabili quadam animi cupiditate in primatu ambiendo incenſum, ſimul atque aditum Diabolo adverſario ad ſe patefecerat, ſpiritu quodam maligno abripi, & derepente furore & mentis inſaniâ exagitatum bacchari: atque mox non temere garrire ſolùm, ſed peregrinas quaſdam voces fundere, &, contrà quàm Eccleſiæ conſuetudo, cùm traditione, tum ſucceſſione antiquitus ab Apoſtolorum temporibus eò uſque derivata, poſtulabat, prophetare ſcil. occœpiſſe. Sed, ut ordine agamus, & quibus artibus hoc ſuum venenum orbi Muhammed propinaverit, meliùs conſtet, hanc certis ſuis membris abſolvemus tractationem, dicturi

Examinantur hoc capite ſex ſequentia.

I. *Quo ætatis anno Muhammed vertiginis Spiritu rapi, & Pſeudopropheta eſſe cœperit.*

II. *Unde Prophetiæ initium fecerit, tantámque ſibi authoritatem conciliârit.*

III. *Quæ nova illius doctrinæ præcipua fuerint capita.*

IV. *Qui primò novæ huic ſectæ nomina dederint.*

V. *Qui Muhammedis æmuli, iiſdem artibus, in Arabia voluerint emergere.*

VI. *Quomodo novus Propheta à tribulibus Koreiſchitis fuerit exceptus.* De fuga, & præliis fugam conſequentibus dicetur capite ſequenti.

A. Tempus novæ Prophetiæ.

A. *Tempus* quod attinet, definitur illud ab ipſis Arabibus annus ætatis Muhammedis quadrageſimus. Unde ipſe in *Alkor.* Sur. Jonæ pag. 340. ait: فقد لبثت فيكم عمرا *utique tranſegi apud vos* (Meccenſes) *tempus, aut ætatem,* nempe, ut *Beidavi* explicat مقدار اربعين سنين *ſpatium quadraginta annorum.* Ita *Elmac.* Hiſt. Sarac. pag. 2. لما تكامل له اربعون سنة دعي وذلك في يوم الاثنين لليلتين خلتا

Digitized by Google

خلتا بن شهر ربيع الاول سنة اثنتي وعشرين وتسع مايـة للاسكندر ذي القرنين وهي سنـة عشرون من ملك كسري بن هرمز بن نوشروان * *ut autem complevit 40. anno, fuit ad munus Propheticum vocatus die Lunæ, qui ſecundus erat menſis Rabii prioris; anno 922. Alexandri Magni; qui erat vigeſimus regni Coſroæ f. Hormiſdæ, filii Nuſchervvani.* Atque hinc axioma Arabum ان لم يبعث نبيا الا بعد اربعين سنين* *Non ſuſcitatur Propheta, niſi poſt annos quodraginta.* Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

B. Unde verò tantam ſibi mox novus Propheta conciliavit authoritatem? Reſp. Sciendum primò eſt, Muhammedem ſcenæ potuiſſe inſervire, & Vertumni inſtar, Polypi, aut Protei in omnes ſe transformate figuras. Erat, ut *Elmacinus* de eo loquitur, عليه حسن الاخلاق لين الكلام يعود اصحابه كما يعودونه ويقبل وجوههم كما يقبلونه ويواسي الضاعيف ويعظم الكبير ويرفق بالصغير ومن ساله في حاجة لا يرده الا بحاجته اي بميسور القول * *Facetus moribus, voce ſuavi, viſitandi & excipiendi vices, talionis lege, ſuis reddens, pauperes munerans, magnates honorans, converſans cum junioribus, petentem à ſe aliquid repulsâ nunquam abigens, aut ſermone facili non excipiens.* His ergo artibus, quibus omnium ingeniis ſe accommodavit, non potuit non eam ad obſequium ſuum habere promtam gentem, quæ præter callidum & verſutum ejus ingenium natales quoque haud obſcuros admirari in eo potuit, & opulentum conjugium. *B. Vnde ſibi Muhammed mox tantam conciliârit authoritatem. 1. Habuit multa naturalia.*

II. Sed

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

II. Sed parùm hoc erat. Mendaciis,& ſolitis Diabolus ad novum hoc regnum ſuum ſtatuminandum uti voluit technis & machinis. Oraculis falſis,dubiis, flexiloquis, veterum Gentilium ὁ ὄφις ὁ Ἀρχαῖος faſcinavit animos. Succeſſerat antè conatus ἐν υἱοῖς ἀπειθείας. Eandem igitur nunc excutit quercum; útque tam idoneo regni ſui propagandi inſtrumento, faciliorem viam ſterneret, colloquia mentiri ipſum juſſit & Enthuſiaſmos,quibus populo perſuaderet,non à Gabriele Archangelo tantùm,ſed etiam ab ipſomet Deo inſtitutum ſe eſſe, inſtructum,& juſſum ad novum hoc doctrinæ genus in orbe ſpargendum.

2. Iactavit varia colloquia instituta. a. Cum Deo.

Et quidem ab ipſo Deo Muhammedem excitatum eſſe,& compellatum, tradunt Arabes impudentiſſimè. Ad textum *Alkor.* ومنهم من كلم الله *Et ſunt ex iis* (Prophetis) *quibus cum locutus eſt ipſe Deus*, ſcribit *Beidavi.* p. m. 88. وهو موسي وقيل موسي ومحمد عليهما السلام كلم موسي ليلة الحيرة في الطور ومحمد ليلة المعراج حين كان قاب قوسين او ادني *Eſt hic Moſes; aut, juxta alios, Moſes & Muhammed, ſuper quibus pax. Moſi Deus locutus eſt ea nocte, quâ in Ecſtaſi quaſi* (vox ſtuporem propriè notat) *fuit in monte* Sinai. *Muhammedi verò locutus eſt illa nocte, quâ ſcalis cœlo admotis, Angelos vidit aſcendere: tunc enim vix jactum duarum ſagittarum ab eo abfuit.* Imò, ſi Arabes; fabuloſi ubique & mendaces,cùm de religionis ſuæ privilegiis loquuntur; fidem merentur, nihil unquam ab inimicis Muhammedis fuit tentatum,quòd eidem Deus non revelârit. Unum ſume exemplum. *Sur.* LXV. p. 320. occurrunt verba: الا يعلم من خلق *Ant neſciat ille, qui creavit?* id

eſt,

eſt, ut *Beidavi* notat, الا يعلم السر والجهر من . اوجد
الاشيا *Neſciat ille occulta & aperta, qui Eſſentiam rebus largitur?* Qua verò occaſione hæc Muhammedi tradita ſit [illegible], idem enarrat: روي ان المشركين كانوا
يتكلمون فيما بينهم فاشيا فيخبر الله به رسوله ويقولون
اسروا قولكم لئلا يسمع اله محمد فنبه الله على
جهلهم * *Tradunt, Aſſociatores de iis, quorum rumor tum inter eos percrebuit, ſermones habuiſſe: Deum autem id ipſum Apoſtolo ſuo indicâſſe. Tum illi; ſecretum habetote ſermonem veſtrum, ne fortè Deus Muhammedis audiat. Atque propterea hanc eorum ſtultitiam Deus notum fecit.* Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

De *Gabrielis* apparitionibus, ſecretíſque ejus colloquiis perſtrepunt Arabum libri. Fatentur, multa obſtitiſſe, quo minùs Muhammed tam arduam ſuſcipere potuiſſet provinciam, niſi Gabriel cor ejus multis gravatum peccatis purgâſſet, & ad propheticum munus diſpoſuiſſet, eidémque ſecretiſſima quæque referâſſet. *Sur.* II. v. 96. قل من كان عدوا لجبريل
فانه نزل علي قلبك باذن الله مصدقا لما بين يديه
وهدي وبشري للمومنين * id eſt, *Dicito ei, qui inimicus eſt Gabrieli, equidem is inſpiravit ei hoc in animum tuum, juſſu Dei; confirmans illa, quæ apud ipſos ſunt, directio autem & lætus nuncius fidelibus.* Oedipo opus habent hi λόγοι Beidavio, qui de Judæis locum hunc intelligendum ſcribit. Hi in Synagoga quondam Omaro faſſi, Gabrielem ſibi eſſe infenſum, propterea quòd ſecreta eorum Muhammedi proderet; ubi tamen, cùm eidem Omar, illa deferre vellet, à Gabriele fuit *b. Cum Archangelo Gabriele.*

 an-

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

anticipatus. Verba ejus ſunt: ثم رجع عمر فوجد جبريل قد سبقه بالوحي *Poſtea reverſus Omar, Gabrielem inſpiratione ſua eum antevertiſſe comperit.* Plura habet pag. 61. Surata XCII. incipit: الم نشرح لك صدرك *Annon dilatavimus tibi pectus tuum?* Loci hujus varias explicationes comminiſcitur *Beidavi*, præter cæteras hanc: وقيل انه اشارة الي ما روي ان جبريل اتي رسول الله في صباه او يوم الميثاق فاستخرج قلبه وغسله ثم ملاه ايمانا وعلما * *Ajunt, alludi hîc ad id, quod perhibetur, de Muhammede, quòd Gabriel acceſſerit legatum Dei, dum juvenis adhuc eſſet; aut tempore fœderis* (cum Deo initi) *atque cor ejus extraxerit, illúdque laverit, & deinceps fide & ſcientiâ impleverit.* Suratâ LI. النجم quæ ferè tota de apparitione Gabrielis agit, legitur inter alia علمه شديد القوي *Docuit eum robuſtus fortitudine*, id eſt, Gabriel. Hæc enim explicatio eſt nominis Hebraici גבריאל, quod *Beidavi* p. m. 867. expreſsè ponit. Verbi autem فاستوي & *conſtituit eum*, hanc fingit paraphraſin: فاستقام علي صورة الحقيقية التي خلقه عليها وقيل ما راه احد من الانبيا في صورته غير محمد مرتين مرة في السما ومرة في الارض * *Et ſtatuit eum, ſecundùm veritatem figuræ, in creatione ſibi communicatæ. Dicitur autem, quòd eum propriâ ſuâ figurâ nemo Prophetarum viderit, excepto Muhammed, cui bis hoc obtigit, ſemel in cœlo, & ſemel in terra.* Quanto verò cum vitæ diſcrimine eluctari

rî debuerit Muhammed, diſce ex fabula *Keſſai*, in vit. Patr. pag. 12. روي عن النبي انه قال ذات يوم لجبريل يا جبريل احب ان اراك علي صورتك العظما الذي خلقك الله فيها فقال جبريل يا حبيب الله ان لي صورة هايلة لا تطيق رايتها ولا احد الا خر مغشيا عليه وقال نعم ولاكن احببت ان انظرك في صورتك العظمي فقال جبريل يا حبيب الله اين تريد تراني فقال خارج مكة في الابطح قال يا حبيب الله ان الابطح لن يسعني قال لجبل عرفات قال بالحرا ان وسعني فتوجه النبي الي عرفات فاذا هو بخشخشة وصلصلة عظيمة وصورة سدت الافاق فلما نظر النبي خر مغشيا في الثرا فتحول جبرايل عليه السلام علي صورة الاولي واقبل الي رسول الله وعانقه وقبله فقال له لا تخف يا حبيب الله فانا اخوك جبرايل فقال النبي صدقت يا اخي جبرايل ما كنت اظن ان احد من خلق الله علي هذه الصورة فقال جبرايل يا حبيب الله وكيف لو رايت * اسرافيل

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Tradunt de Propheta, quòd die quodam dixerit Gabrieli. O Gabriel! optem te in ſpecie figuræ tuæ magnæ videre, ſecundùm quam Deus te creavit. Dixit Gabriel: O dilecte Deo, eſt figura mea valdè terribilis, nemo eam poterit videre; & ſic neque tu; quin animi deliquium paſſus concidat.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

cidat. Reponit Muhammed,etſi maximè ita ſit,velim tamen te videre in figura majori. Reſpond.t ergò Gabriel; O dilecte Deo,ubi me videre deſideras? Extra urbem Meccam,reſpondit Muhammed,in valle lapidoſa. Dixit Gabriel,ô dilecte Deo: Vallis illa me non capiet. Ergò,reſpondit Muhammed,in monte Orphath. Hic,inquit Gabriel,locus aptior erit & capacior. Abiit igitur Muhammed in montem Orphath, & ecce Gabriel cum magno fragore & ſtrepitu,totum figurâ ſuâ operiens horizontem; quòd cum Propheta vidiſſet concidit,deliquium paſſus,in terram. Vbi verò Gabriel,ſuper quo pax,ad priorem rediiſſet figuram,acceſſit ad Prophetam,eumque amplexus & oſculatus ita compellavit: Ne timeas,ô dilecte Deo,ſum enim frater tuus Gabriel. Dixit Propheta: Vera dixiſti,ô frater mi Gabriel,nunquam exiſtimâſſem,ullam eſſe Dei creaturam tantâ præditam figurâ. Reſpondit Gabriel: O dilecte Deo,quid ſi igitur videres figuram Eſraphil Angeli? à quo magnitudine adhuc ſuperari ſe fatetur Gabriel. Eſt precatio apud Muhammedanos celebris ſatis & trita, quæ دعا الجواشن *Precatio loricæ* dicitur: hanc quoque,ſi Arabes mentiri deſinant,acceptam Muhammed Gabrieli fert. Habui illam aliquando Leidæ ex mutuo Clariſſimi Viri, D. *Jacobi Altingi*, Profeſſoris Linguæ Sanctæ apud Groninganos celeberrimi, amici certiſſimi. Hanc qui vel legit, vel inſtar amuleti ſecum portat, eandem conſequitur mercedem cum eo من قرا التورية والانجيل والزبور والقران وصحف ابراهيم * *qui legit Legem, Evangelium, Pſalmos, Alkor. & libros Abrahami.* Vocatur autem loricæ precatio, quia Muhammed in bellum abiturus loricam induit, cui vix erat ferendo. Hoc onere ut levaretur, mittitur cœlitùs Gabriel; qui aliquoties frater ejus appellatur; jubetúrque, exutâ armaturâ tam gravi & moleſtâ, loricæ loco certâ & præſcriptâ precandi formulâ munire

nire

Digitized by Google

nire ſe, quæ deinceps magnis indulgentiis & privilegiis ornata, in panaceam ceſſit Muhammedanis. Eam hoc loco totam exſcribere non licet. Forte illud commodius fiet alibi. Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

C. Hoc multis, qui de varietate Religionum diſſerunt, accidere ſolet, ut prius rebus ſuis bene conſultum non exiſtiment, quàm nonnulla in adverſæ aut diverſæ Religionis aſſeclas congeſſerint, quibus exoſi ubique reddantur & toti mundo execrabiles. *C. Capita religionis Muhammedica.* Magno certè hoc fit zelo, ſed qui non eſt κατ' ἐπίγνωσιν. Sunt mendacia ſuâ naturâ ἐυφωρότατα, neque ullâ faciliùs diſpelluntur ratione, quàm candore & ingenuitate. Nunquam cum fructu oppugnabimus Papiſmum, ea religionis illius hyperaſpiſtis affingendo, quæ nunquam iis in mentem venerunt. Habet ſuperſtitionum & Idololatriæ ſatis, ſi vel maximè nihil accedat amplificationis à noſtris verbis. Dico *affingendo*: quòd enim ſcioli nonnulli, ut Idololatriæ declinent ſuſpicionem, ſua ſe authoritate & ineptis novarum diſtinctiuncularum κρησφυγέτοις omnia eluſuros ſe exiſtimant & eliſuros, quæ ſcriptis Theologorum Pontificiorum, & eruditione & dignitate his longè majorum, non tantùm abundè probantur, ſed & quotidiana praxi, exemplo cumprimis eorum, qui Reformationis tempora præceſſerunt, confirmantur, id verò tam nos movere non debet; quàm non movet Pontificios Muhammedanorum quorundam verſutia, qui ut ne eam amplecti videantur Religionem, à qua ipſa quoque ratio ſana abhorret, excuſant & emolliunt omnes illos textus Alcorani, qui de Paradiſo ita loquuntur, quaſi turpiſſimarum voluptatum eſſet cloaca & receptaculum. Quaſi verò tum impia impii Muhammedis ſacra meliora ſint & rectiora, quum gnathones quoſdam & mancipia ventris, ſubtiles quidem, ſed falſos habent Alcorani interpretes. Ut neceſſitatem Reformationis, præclaro Majorum noſtrorum ſtudio inſtitutam, irritatus à ſacrificulo, oſtenderem, multa ex monumentis publicis & privatis (approbatis tamen, aut ſaltem nulla à librorum Cenſo-

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

ribus notatis cenſurâ) collegi, documenta, quæ miſeram nobis majorum noſtrorum praxin ob oculos ponunt. Id cumprimis defendi, non malè Majores noſtros honorem *invocationis*, aut, quod *Fero* contra Cajet. idem eſt, *adorationis*; exemplo Prophetarum, Apoſtolorũ & primitivæ Eccleſiæ, à creaturis poſtliminio tranſtuliſſe ad Creatorem. Ipſis Pontificiorum verbis non obſcuris, aut flexiloquis, ſed rotundis & apertis lectori judicandum reliqui, nónne in Papatu Μαριολατρεία & Αγιολατρεία eam attigerit venerationis ἀκρότητα, quæ ſoli debeatur Deo? De corrigenda inveterata adverſariorum conſuetudine parùm quidem polliceri mihi potui; noveram enim, acerbis & minacibus Paparum Decretis, lectionem librorum noſtrorum manibus eorum fuiſſe excuſſam; de excuſanda tamen Reformatione Eccleſiaſtica, potiſſimùm ſollicitus, nunquam dubitavi, quin ſemper aliqui benigniùs de præclaro illo opere ſentirent, ubi, quàm malo loco res tum fuerint in Eccleſia, pleniùs ex iis perceperunt authoribus, qui tum temporis erant *πολλῶν ἀντάξιοι ἄλλων*. Allatravit tamen hoc nuper ſcriptum veterator quidam, non alia ratione, quàm quòd benignius loca à me citata explicanda velit. Quaſi verò non ſit,

Optimus interpres verborum quiſque ſuorum?

Aut, quaſi licentiam ſibi quiſque ſumere debeat in alterius mentem? Ipſi ſe ita perſpicuè explicuerunt non verbis tantùm, ſed & praxi, ut novis illis interpolatoribus & incruſtatoribus opus non ſit. In multis authoritatem allegatorum ſtudet infirmare nimis trito prætextu: privata eſſe judicia, & ſcripta quæ toti Eccleſiæ fraudi eſſe non poſſint. Quaſi frivolas has & ficulneas exceptiones contemnere hactenus non didicerimus? Privata ſunt ſcripta, ſed publica authoritate approbata. Aut ſi hæc majori non habentur loco publicorum in Papatu Doctorum opera; in *ἀνασκευῇ* doctrinæ Reformatæ, quàm ut ſperni ab obvio quolibet, & falſo ſcommate rejici poſſint; cur omnia pulpita, omnes cathedræ, eorum voce tantùm perſonant,

Digitized by Google

nant, in καζαπόδῃ doctrinæ Pontificiæ? Reſpondiſſem Jeſuitæ, niſi nova illa parodoxa Antagoniſtæ in Papiſmi opprobrium objecta, alius quispiam hac ipſa excuſatione; *Scriptum eſſe hominis privati*, mihi eripuiſſet. Hoc certè monere operæ fuit pretium, ne, dum Auguſtini exemplo urgeo, Deum mendaciis noſtris non indigere, nec quicquam ad rem facere, ſi iis adverſarium aliquem oneremus hypotheſibus, de quibus is ne per febrim cogitavit, homines quidam maleferiati, ut ſeculum eſt procax, & ad calumniandum proclive, ex Jeſuita, ejusdem me criminis reum facere tentarent. Pergendum nunc in materia noſtra, & quia de ipſa quoque Muhammedis doctrina, quaſi nihil planè, nec quoad τὰ πρακτὰ, nec quoad τὰ πιστὰ, in ea reperiretur, quod à Chriſtiano tolerari poſſet, multi in detrimentum potiùs veritatis, quàm promotionem ejusdem, ubique clamitant: nos hîc quoque loci ingenuitati litaturi & candori, unum atque alterum dabimus religionis Muhammedicæ compendium, unde pateat, *Gaulterium* tab. Chronol. p. 539. aliósque Pontificios, larvis nos terrere & φοβητρίοις puerilibus, quando in iis nos cum Muhammedanis ſatagunt παραλληλίζειν, quæ cum ſacra Scriptura, & primitiva Eccleſia, utrisq; communia ſunt, quorum Syllabum dedimus in *Theſ. Philol.* pag. 60. Fatemur enim, eſſe Muhammediſmum conſutum non ex Judaiſmo tantùm & Gentiliſmo; ſed & Chriſtianismo, ψευδωνύμῳ licèt, &, ut plurimùm hæretitiâ pravitate ita corrupto, ut imperitioribus verè θανάσιμον μελίκρατον eſſe potuerit. Nec mirandum eſt, in ea quoque religione haud obſcuras veteris Chriſtianiſmi apparere ſtricturas, cujus principium, Alcoranus, ex ipſis quoque Sacræ Scripturæ expreſſis verbis conſtat? qua de re, σὺν Θεῷ, ſuo tempore ita loquemur, ut nulli ambigamus, quin cuique obvium ſit futurum, neminem poſt hominum memoriam in novâ cudendâ religione ita vafrum fuiſſe & verſipellem, qui, cùm de ſuo vix pauca addiderit, ſed vel ex utriusque Teſtamenti libris, vel Judæorum traditionibus omnia

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham. omnia mutuârit, eadem tamen, quaſi nec literas nôſſet, nec nare; cœlitus ad ſe delapſa auſus fuerit tanto cum ſucceſſu mentiri. Ita enim Alcoranum tractare, eundem demùm, in ruborem & confuſionem Muhammedanorum, confutare eſt. Hac ergò vice, ſpeciali omnium articulorum fidei Muhammedicæ Catalogo, in *Commentaria* de hac re edenda, rejecto, ejus nunc ſuprema tantùm capita delibabimus, 1. Ex *Elmacino*. Ita ille Hiſt. Sarac. l. 1. c. 1. p. 3. وفي السنة الرابعة والاربعين من

C. Quæ nova illius doctrina ſint capita, diſcemus: a Ex Elmacino.

عمره اظهر الدعوه فانه كان قبل ذلك يدعو الي
الاسلام سرا فلما اظهر الدعوة امر بالايمان بالله وحده
وعبادته والسجود له ورفض عبادة الاصنام وامر بالختان
وفرض عليهم صوم شهر رمضان والصلوات الخمس
والزكات والحج الي بيت الله الحرام وان لا يوكل
الدم والميتة ولحم الخنزير فمن امتنع من ذلك قاتله
وحاربه قال واتاه النصاري من العرب وغيرهم فامنهم
وكتب لهم كتبا وكذلك اليهود والمجوس
والصابة وغيرهم وبايعوا له واخذوا منه الامان علي ان
يودوا الجزية والخراج فامر امته بتصديق الانبيا والرسل
وما انزل عليهم وان المسيح ابن مريم روح الله
وكلمته ورسوله وصدق الانجيل والتوراة * i. e. *Anno quadrageſimo quarto ætatis ejus, manifeſtavit vocationem. Antea enim ad Islamiſmum homines clàm tantùm invitavit. Publicata autem vocatione* 1. *credere juſſit homines in ſolum Deum,*

Deum, 2. eúmque colere, & adorare, 3. deſtruxítque Idolorum cultum: 4. præcepit etiam circumciſionem: 5. injunxit iis Jejunium menſis Ramadan: 6. quinque orationes: 7. decimas, 8. peregrinationem ad templum Meccanum, 9. & ne comederetur ſanguis, morticinium aut caro porcina. Atque eos, qui hæc non obſervabant bello vexabat & oppugnabat. Acceſſerunt autem ad eum Chriſtiani tum Arabes, tum alii, eóſque in fidem ſuam recepit, ſcripto illis ſecuritatis (vide ſup. pag. 359.) *Symbolo. Ita & Judæi, Magi & Pagani, aliíque qui fidelitatis ei juramentum præſtiterunt, fidem ab eo liberam ſunt conſecuti, eâ tamen lege, ut tributum & cenſum penderent. Mandavit quoque populo ſuo ut crederent 10. Prophetis & Apoſtolis, omnibúsque, qui ad eos demiſſi ſint, libris. Item 11. Chriſtum, filium Mariæ, Spiritum Dei eſſe, verbum ejus & Apoſtolum ejus; 12. Vera etiam agnovit Legem & Evangelium.* Scripſit *Muhammed, ben Abibecer* quadraginta Muhammedis apophthegmata, inter alia verò hoc ei conſilium, fidei ſuæ aſſeclis duobus datum, tribuitur: عن مجاهد عن

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

6. Muhammede ben Abib.

سلمان عن النبي انه قال من حفظ عني من امتي
اربعين حديثا دخل الجنة وحشره الله تعالى مع العلما
والانبيا يوم القيامة قلنا يا رسول الله ان الاربعين حديثا
فقال ان تومن بالله واليوم الاخر والملايكة والكتاب
والنبيين والبعث بعد الموت وبالقدر خيره وشره من
الله واشهد ان لا الاه الا الله واني رسول الله وتقم
الصلوة باسباغ الوضو لوقتها بتمام ركوعها وسجودها
وتوتي الزكوة وتصوم رمضان وتحج البيت ان استطعت

Fff وتصلي

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

وتصلي اثني عشر ركعة في كل يوم وليلة
سنتي وثلاث ركعات وترا ولا تاكل الربا ولا تشرب
الخمر ولا تحلف بالله كاذبا ولا تشهد بالله علي احد
قريبا ولا بعيدا ولا تحكم بالهوي ولا تغبن اخاك من
خلفه ولا قدامه ولا تقذف محصنا ولا تعير احدا بما
فيه ولا تسخر باحد من الناس ولا تامن عذاب الله ولا
تمشي بالنميمة فيما بين الناس وتشكر الله علي كل
نعمة وتصبر علي البلا والمصيبة ولا متقنط من رحمة الله
وتعلم مهما اصابك لم يكن يخطيك وانما اخطاك لم
يكن يصيبك ولا تطلب سخط الرب برضا المخلوكين
ولا توثر الدنيا علي الاخرة فاذا سالك اخوك المسلم
مما عندك فلا تبخل عليه فانظر في امر دينك الي من
هو فوك منك وفي امر دنياك الي من هو دونك ولا تكذب
ولا تخالط الشيطان ودع الباطل ولا تاخذ مال اليتيم
واذا سمعت دعا ولا تكتم وادب اهلك وولدك بما ينفعهم
عند الله تعالي وتقرب بهم الي الله عز وجل واحسن الي
جيرانك ولا تقطع لذي رحمتك وصلهم لا تلعن احد
من المخلوقين واكثر التسبيح والتهليل والتمجيد
والتكبير

والتكبير ودم علي قراة القران في كل حال الا ان Liber 2. de Pſeudopr.. Muham.
تكونوا جنبا ولا تدع حطور الجمعة واصنع ما يرضيه
ان يصنع بك ما ترضا الخبر بتمامه ✱ i.e. *Habet Moghabed à Salman, qui à Propheta audiviſſe ſe refert, quòd dixerit: Qui è populo meo quadraginta ſervaverit dicta aut conſilia, is Hortum (Paradiſi) ingredietur, eúmque excitabit Deus excelſus, cum Sapientibus & Prophetis, ultimo die. Diximus: O Apoſtole Dei, quæ ſunt quadraginta illa dicta? Reſpondit Muhammed. 1. Si credis in Deum, & 2. diem ultimum. Eſſe item. 3. Librum. 4. Prophetas. 5. Reſuſcitationem poſt mortem. 6. Providentiam circa bona & mala. 7. Si teſtaris, non eſſe Deum, niſi* τὸν Θεὸν, *méque Apoſtolum ejus. 8. Si ſtatis temporibus tuas preces peregeris, præmiſſa ablutione ſeu purificatione larga, ſuo quoque tempore convenienti* (ſolent enim Muhãmedani ſuperſtitioſa membrorum, manuum cumprimis, ablutione ad ſingulas precum vices ſe præparare) *& conſummatione incurvationum, & inclinationum, precibus ſingulis deſtinatarum, 9. Si decimas dederis. 10. Si menſe Ramadam jejunaveris. 11. Si Meccanum iter, ubi poſſis, feceris. 12. Si ſingulis diebus & noctibus duodecim Recaas ordinarias oraveris; tres autem ex ſuperabundanti pietatis ſtudio. 13. Si à fœnore abſtinueris. 14. Nec vinum biberis. 15. Nec per Deum in vanum juraveris. 16. Nec contra quenquam Deum teſtem appellaveris, ſive propinquum, ſive remotum. 17. Nec præcipitanter judicaveris. 18. Nec fraudaveris fratrem tuum, vel à facie, vel à tergo. 19. Neque mulierem caſtam abegeris aut repudiaveris. 20. Neque ſuum cuique exprobraveris nævum. 21. Neque vi quenquam coëgeris, aut ludibrio habueris. 22. Neque afflictionis ſeu cruciatus Dei timorem omnem abjeceris. 23. Neque quæ inter homines ſpar-*

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

guntur calumnioſè effutiveris; vel; ſi non fueris obtrectator. 24. *Si Deo gratias egeris pro quolibet accepto beneficio.* 25. *Si patientiam probaveris in calamitatibus & afflictionibus.* 26. *Si non de miſericordia Dei deſperaveris.* 27. *Si cognoveris, quòd omne id, quod evenit tibi, à te non aberrârit,* (id eſt, non fortuitò tibi evenerit, quaſi alii jam fuerit deſtinatum) *ſi enim à te aberrâſſet, tibi non obtigiſſet.* 28. *Neque Dei iram in te propter gratiam creaturarum concitaveris.* 29. *Neque hunc mundum, præ futura vita, elegeris.* 30. *Si aliquid abs te frater tuus fidelis* (Moſelmannus) *petierit, avarè non denegaveris.* 31. *Si in negotiis religionis obſervaveris eum, qui ſupra te eſt: in rebus verò mundanis* (elegantiſſimam Arabiſmus habet paranomaſiam) *eum qui infra te eſt.* 32. *Neque juraveris.* 33. *Neque cum Sathana amicitiam contraxeris.* 34. *Si vanitati valedixeris.* 35. *Facultates orphani non rapueris.* 36. *Clamorem auditum non ſuppreſſeris.* 37. *Familiam tuam & liberos tuos ſi inſtitueris, in iis quæ uſui ipſis eſſe poſſunt apud Deum, eóſque Deo ter opt. Max. adduxeris.* 38. *Si vicinis tuis benefeceris, neque ab iis, ſi miſericordia tua egent, eam cohibueris.* 39. *Nulli creaturæ maledixeris.* 40. *Laudes Dei, jubilationes, celebrationes, & magnificationes* (detur venia novo vocabulo ad Emphaſin Arabiſmi exprimendam nobis extorto) *ſi multiplicaveris. Si in Alkorano in omni ſtatu ſemper legeris, niſi cùm fueris immundus. Si non deſerueris ſepta cœtûs. Si tandem feceris alii, quicquid gratum eſſet, ſi tibi fieret.*

3. *Ex* كتاب الرسالة

Abſolutiſſimum verò Religionis Muhammedicæ compendium ſuppeditat nobis author ſæpe citatus libri, كتاب الرسالة quem ex Bibliotheca *Bongartiana*, ſincerus noſter amicus D. *Samuel Rhorius*, aliquando nobis communicavit. Primi capitis titulus eſt: باب ما تنطق به الالسنة وتعتقده الافدة

الاقدة من واجب امور الديانات ❋ *Caput continens ea, quæ confiteri debent linguæ, & credere corda de rebus religionem concernentibus.* Articulus primus eſt de *Deo, nominibus, attributis, operibus Dei, creatione cumprimis & providentia*; ان الله الاه واحد لا الله غيره ولا شبيه له ولا نظير ولا ولد له ولا صاحبه له ولا شريك له ليس لاوليته ابتدا ولا ازليته انقضا لا يبلغ كنه صفة الواصفون لا يحيط بامره المنثرون يعتبر المتفكرون باياته ولا يتفكرون في ماية ذاته ولا يحيطون بشي من علمه الا بما شا وسع كرسيه للسموات والارض ولا يوده حفظهما فهو العلي العظيم العليم الخبير المدبر القدير السميع البصير العلمي الكبير وانه فوق عرشه المجيد بذاته وهو في كل مكان بعلمه خلق الانسان ويعلم ما توسوس به نفسه وهو اقرب اليه من حبل الوريد وما تسقط من ورقة الا يعلمها ولا حبة في ظلمات الارض ولا رطب ولا يابس الا في كتاب مبين علي العرش استوي وعلي الملك احتوي وله الاسما الحسني والصفات العلي لم يزل بجميع صفاته واسمايه تعالي ان تكون صفاته مخلوقة واسماه محدثه كلم موسي بكلامه الذي

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

1. De Deo.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

هو صفة ذاته لا خلق من خلقه وتجلا للجبل وصار

دكا من جلاله * *Quòd Deus ſit Deus unicus, extra quem nullus alius: qui nec ſimilem habeat, nec parem, nec filium, nec ſocium, nec collegam. Cujus origo initio caret, & æternitas fine. Cujus rationem nulla attributorum deſcriptione aſſequuntur, cujúsque Imperium ne loquaciſſimi quique complectuntur. Ex cujus quidem ſignis homines meditabundi exempla trahunt; quidditatem tamen Eſſentiæ ejus nulla cogitatione comprehendunt. Scientiam ejus nullatenus, niſi quantum ipſe vult, circumdant. Solium ejus amplitudine ſua cœlum exæquat & terram, nihilque incommodi ex conſervatione utriusque ad eum redit: Eſtq; ille excelſus, magnus, ſciens, cognoſcens, moderator, potens, ſagax, agilis, magnus, qui ſedet ſupra thronum ſuum honoratum eſſentiâ ſuâ, qui ſcientiâ ſuâ omnia loca penetrat: qui creavit hominem, novítque quicquid illi anima ejus inſpiraverit, utpote cui propior eſt ipſa vena cardinea. Neque folium cadit, ipſo inſcio: Neque granum deliteſcit in tenebris, ſive viride, ſive aridum, quod non reperiatur in libro manifeſto:* Sic prædeſtinationem vocant Arabes. *Thronum occupat, & regnum circumcingit. Idem etiam habet nomina pulchra* (cujusmodi Arabes numerant XCIX.) *& attributa excellentia, quibus tamen attributis & nominibus omnibus nulla mutatio infertur. Abſit enim,* credere, *attributa ejus creata eſſe, aut nomina ejus producta. Locutus eſt Deus cum Moſe ſermone, qui eſt proprietas eſſentiæ ejus, non verò creatura de creaturis ejus: & apparuit in monte, qui præ majeſtate ejus comminutus eſt.* Et paulò pòſt, de *providentia Dei* locuturus ait, ei ſubeſſe omnia: خيره وشره

2. De Providentia.

حلوة ومرة وكل ذلك قد قدره الله ربنا ومقادير الامور

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

الامور بيده ومصيرها عن قضايه علم كل شي
قبل كونه تجري علي قدره لا يكون من عباده
قول ولا عمل الا فقد قضاه وسبق علمه به الا يعلم
من خلق وهو اللطف الخبير يضل من يشا فيخذله
بعدله فيهدي من يشا فيوفقه بفضله فكل ميسر
بتيسيره اليما سبق من علمه وقدره من شقي او
سعيد تعالي ان يكون في ملكة ما لا يريد او يكون
لاحد عنه غني او يكون خالقا لشي الا هو رب اعمالهم
والمقدر لحركاتهم واحوالهم * *Bona & mala, dulcia & amara, quæ omnia gubernat Deus Dominus noſter, in cujus manu diſpoſitiones ſunt rerum, earúmque proceſſus & origines à decreto ejus dependent. Omnia novit, priusquam eveniant, eadémque omnia fluunt ex ordinatione ejus. Nihil à cultoribus ejus datur effectum, ſive verbum ſit, ſive opus, quod non jam decreverit, ſuâque præſcientiâ anteverterit. Aut annon nôrit quem creavit, cùm abditiſſima quæque penetret, & ſciens ſit, errare faciens quem vult (eum nempe juſto ſuo judicio deſerendo) & dirigens, quem vult, eíque, pro miſericordia ſua, opem fert. Omniaque ad facilem exitum deducuntur, juxta præſcientiam ejus, & providentiam ſive calamitoſum ſit, ſive optatum. Abſit* cogitare *aliquid eſſe in regno ejus, quod ille nolit, aut quòd quicquam emolumenti cuiquam accedat, ipſo non concedente: aut quòd ullus ullius rei creator ſit præter eum, qui Dominus eſt creaturarum* (aliâs vox iſta homines, vel cultores ſignificat) *ſuarum, Dominus operum eorum, & ordinator motuum eorum, & conſiliorum eorum.*

Fidem

Liber 2. de Pſeudopr. Muham. هو صفة ذاته لا خلق من خلقه وتجلا للجبل وصار دكا من جلالة * *Quòd Deus ſit Deus unicus, extra quem nullus alius: qui nec ſimilem habeat, nec parem, nec filium, nec ſocium, nec collegam. Cujus origo initio caret, & æternitas fine. Cujus rationem nulla attributorum deſcriptione aſſequuntur, cujúsque Imperium ne loquaciſſimi quique complectuntur. Ex cujus quidem ſignis homines meditabundi exempla trahunt; quidditatem tamen Eſſentiæ ejus nulla cogitatione comprehendunt. Scientiam ejus nullatenus, niſi quantum ipſe vult, circumdant. Solium ejus amplitudine ſua cœlum exæquat & terram, nihílque incommodi ex conſervatione utriusque ad eum redit: Eſtq; ille excelſus, magnus, ſciens, cognoſcens, moderator, potens, ſagax, agilis, magnus, qui ſedet ſupra thronum ſuum honoratum eſſentiâ ſuâ, qui ſcientiâ ſuâ omnia loca penetrat: qui creavit hominem, novítque quicquid illi anima ejus inſpiraverit, utpote cui propior eſt ipſa vena cardinea. Neque folium cadit, ipſo inſcio: Neque granum deliteſcit in tenebris, ſive viride, ſive aridum, quod non reperiatur in libro manifeſto:* Sic prædeſtinationem vocant Arabes. *Thronum occupat, & regnum circumcingit. Idem etiam habet nomina pulchra* (cujusmodi Arabes numerant XCIX.) *& attributa excellentia, quibus tamen attributis & nominibus omnibus nulla mutatio infertur. Abſit enim,* credere, *attributa ejus creata eſſe, aut nomina ejus producta. Locutus eſt Deus cum Moſe ſermone, qui eſt proprietas eſſentiæ ejus, non verò creatura de creaturis ejus: & apparuit in monte, qui præ majeſtate ejus comminutus eſt.* Et paulò pòſt, de *providentia Dei* locuturus ait, ei ſubeſſe omnia: خيرة وشرة

2. De Providentia. حلوة ومرة وكل ذلك قد قدره الله ربنا ومقادير الامور

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

الامور بيده ومصيرها عن قضايه علم كل شي
قبل كونه فجري علي قدره لا يكون من عباده
قول ولا عمل الا فقد قضاه وسبق علمه به الا يعلم
من خلق وهو اللطف الخبير يضل من يشا فيخذله
بعدله فيهدي من يشا فيوفقه بفضله فكل ميسر
بتيسيره اليما سبق من علمه وقدره من شقي او
سعيد تعالي ان يكون في ملكة ما لا يريد او يكون
لاحد عنه غني او يكون خالقا لشي الا هو رب اعمالهم
والمقدر لحركاتهم واجوالهم * *Bona & mala, dulcia & amara, quæ omnia gubernat Deus Dominus noſter, in cujus manu diſpoſitiones ſunt rerum, earúmque proceſſus & origines à decreto ejus dependent. Omnia novit, priusquam eveniant, eadémque omnia fluunt ex ordinatione ejus. Nihil à cultoribus ejus datur effectum, ſive verbum ſit, ſive opus, quod non jam decreverit, ſuâque præſcientiâ anteverterit. Aut annon nôrit quem creavit, cùm abditiſſima quæque penetret, & ſciens ſit, errare faciens quem vult (eum nempe juſto ſuo judicio deſerendo) & dirigens, quem vult, eíque, pro miſericordia ſua, opem fert. Omniáque ad facilem exitum deducuntur, juxta præſcientiam ejus, & previdentiam ſive calamitoſum ſit, ſive optatum. Abſit* cogitare *aliquid eſſe in regno ejus, quod ille nolit, aut quòd quicquam emolumenti cuiquam accedat, ipſo non concedente: aut quòd ullus ullius rei creator ſit præter eum, qui Dominus eſt creaturarum* (aliâs vox iſta homines, vel cultores ſignificat) *ſuarum, Dominus operum eorum, & ordinator motuum eorum, & conſiliorum eorum.*

Fidem

Liber 2. de Pſeudopr. Muham. 3. *De Alkorano.*

Fidem Muhammedanorum de *Alkorano* his proponit verbis: والقران كلام الله ليس بمخلوق *Credendum eſt, Alkoranum eſſe verbum Dei increatum.* Alii tamen, ex ipſis etiam Imperatoribus, Alkoranum credebant creatum. De *Mamone* ſcribit Elmac. Hiſt. Sarac. pag. 138. قال وفيها امتحن المامون الناس بخلق القران وكان من لم يقل بخلقه عاقبه اشد عقوبه وكان من المتنعين من القول بخلق القران الامام احمد بن حبيب رضي الله عنه فحمل اليه مقيدا فمات المامون قبل وصوله فلما مات المامون امتحنه المعتصم وضربه عدة سياط *

Quæ verba à magno illo *Erpenio* ſic redduntur: *Eodem anno tentavit Almamon populum formulâ Alkorani, graviſſimè puniens eos, qui eam non proferrent. Inter eos autem qui id recuſabant erat D. Ahmed fil. Habibi f. m. qui compeditus ad eum vectus fuit: ſed vitâ exceſſerat Almamon antequam ad eum perveniret. Mortuo autem Almamone, tentavit eum Mutaſimus, qui multis eum plagis cæcidit.* Optimè omnia, ut potuit feliciſſimus hic Arabiſmi reſtaurator, niſi quòd obſcura ſit toties repetita phraſis حلق القران *formulâ Alkorani*, pro خلق القران *creatio Alkorani*, id quod ex unius puncti abſentia natum eſt. Sed & caſtigatiora exemplaria pro حبيب *Habib*, legunt حنبل *Hanbel*. Fidem de creato Alcorano deinceps propagavit ſucceſſor *Mamonis*, *Vathekus*, de quo *Patricides* p.m. 352. وكان الواثق يقول بخلق القران

والذي

والذي حسن له هذا القول احمد بن ابي داوود ومحمد بن عبد الملك وكان وزيره وكتب الواثق الى جميع الامصار ان توخذ المسلمين بان يقولوا بخلق القران وان يكتب على المساجد وغلظ ذلك وعظم على المسلمين وانكروه اشد الانكار وكل من انكر هذا القول ولم يقبله ويقول به منهم من ضرب بالسياط ومنهم من حبس ومنهم من قتل * *Approbavit etiam Vathecus ſententiam de creato Alkorano, quam bonitatis prætextu ei commendârunt Ahmed filius Abi David; & Muhammed filius Abdolmelici, qui fuit conſiliarius ejus. Scripſit autem Vathecus ad omnes Aegypti provincias, ut cogerentur Muſelmanni credere, Alkoranum eſſe creatum, atque hoc ipſum templis inſculperetur. Quæ ſententia valdè diſplicuit Muſelmannis, eámque vehementiſſimè ſunt deteſtati. Illi verò, qui hoc modo, ſententiam hanc inſectantes ſe geſſerunt, neque eandem parato animo exceperunt, graves luerunt pœnas, aliis flagellis cæſis, aliis vinctis, aliis etiam occiſis.* Poſtea verò, ubi, mortuo Vatheco, Imperii faſces conſecutus fuit Giafar Mottavacelus, اطلق من كان محبوسا بسبب خلق القران وسخط على محمد بن عبد الملك وزير المعتصم وانكر على المعتصم والواثق وعلى عمر ابن الفرج الزجي وعلى ايتاخ التركي وعلى احمد ابن ابي داوود قاضي القضاة * *Dimiſit eos, qui propter dogma de creatione Alkorani in carcerem erant compacti. Iratus etiam fuit Mu-*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Muhammedi fil. Abdolmelici, conſiliario Mutaſimi. Improbavit etiam Mutaſimum, Vathecum, Omarum fil. Alfarch, Zagghaum, Ibaghum Turcam, Ahmedum fil. Abi Davod, primarium judicem. Sed hæc ἐν παρόδῳ, ut vel hinc etiam diſcamus de verè θεοπνεύστοις literis modeſtè loqui & cum reverentia, ſiquidem videamus Muhammedanos tantum ſuis deferre nugis, ut malint extrema quæque ſubire, quàm de æternitate earundem dubitare. Vide noſtrum ὁδηγὸν P. 1. p. 29.

4. De Prophetia Muhammedis.

De *Prophetia* Muhammedis, ejúſque officio tenenda impiæ illius Religionis aſſeclis proponit ſequentia: ثم ختم الرسالة والنذارة والنبوة بنبيه محمد جعله اخر المرسلين بشيرا ونذيرا وداعيا الي الله باذنه وسراجا منيرا وانزل عليه كتابه الحكيم وشرح به دينه القويم وهدي به الصراط المستقيم * *Poſtea verò obſignavit Apoſtolatum, & officium monitorium & Prophetiam in Propheta ſuo Muhammed, quem poſuit Apoſtolorum ultimum, evangelizantem, monentem, & ad Deum invitantem; Eodem hoc indulgente; & lucernam ſplendidam. Et demiſit ſuper ipſum librum ſuum ſapientem, in quo religionem ſuam explicuit rectam, in quo directio ad viam regiam.*

5. De ultimo judicio.

De *ultimo judicio* credere jubet author: ان الساعة اتية لا ريب فيها وان الله يبعث من في القبور كما براهم يعودون وان الله سبحانه ضاعف لعباده المومنين الحسنات وصفح لهم بالتوبة عن كباير السايات وغفر الصغاير

الصغاير باجتناب الكباير ان الله لا يغفر ان يشرك به Liber 2. de Pſeudopr. Muham.
ويغفر ما دون ذلك لمن يشا ومن عاقبه بنارة اخرجه
منها بايمانه فادخله به جنته ومن يعمل مثقال ذرة
خيرا يره ومن يعمل مثقال ذرة شرا يره ويخرج منها
شفاعته محمد نبيه من شفع له من اهل الكباير من
امته * id eſt, *Quòd Hora* (voce hac ex Sacra Scriptura depromta, ultimum intelligit judicium) *ventura eſt, de quâ nullum dubium, quâ excitabit Deus eos, qui ſunt in ſepulchris, ſicut creavit Deus, ita revertentur. Nam Deus laudatus duplicat ſervis ſuis fidelibus bona opera, iiſque per pœnitentiam condonat graviſſima peccata, leviora autem remittit evitando majora. Neque enim Deus remittit illi,* (vide ſupr. p. 334.) *qui Aſſociator eſt: Extra aſſociationis autem peccatum condonat cui vult. Quem verò igni ſuo punit, eundem ex eo, propter fidem ejus, educit, eúmque in hortum ſuum* (Paradiſum) *introducit. Qui autem tantum fecerit boni, quantum eſt pondus grani hordei* (aliàs Arabica vox *formicam* etiam notat & *atomum*) *videbit illud: Et qui tantundem fecerit mali, idem etiam videbit. Eripiet etiam ex illo* (igni) *interceſſio Muhammedis Prophetæ ſui eos, pro quibus ille graviter lapſis de populo ſuo interceſſerit.*

De *Paradiſo*, ſeu loco beatorum & oppoſito ei, *inferno*, authoris mens eſt: ان الله سبحانه قد خلق الجنة فاعدها *6. De Paradiſo & Inferno.*
دار خلود لاولياه واكرمهم فيها بالنظر الي وجهه وهي
التي اهبت منها ادم نبيه وخليفته الي ارض بما
سبق

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

سبق في علمه وخلق النار فاعدها نار خلود لمن كفر به ✱ *Deus laudatus creavit Paradiſum, eúmque paravit domicilium æternitatis amicis ſuis quos in eo honorat aſpectu vultus ſui. Eſtq́ᵹ* (Paradiſus ille,) *locus ex quo pulſus fuit Adam Propheta & Vicarius ejus, in terram, quam ante ſuâ praſcientiâ deſignârat. Creavit etiam ignem, quem paravit domicilium æternitatis iis, qui illi non credunt.*

7. De die reſurrectionis.

Diei reſurrectionis certitudinem, modúmque retributionis operum author ita deſcribit: وان الله تعالى يجي يوم القيامة والملك صفا لعرض الامم وحسابها وعقوبتها وثوابها وتوضع الموازن لوزن اعمال العباد ومن ثقلت موازنه فاولايك هم المفلحون ويوتون صحايفهم باعمالهم فمن اوتي كتابه بيمينه فسوف يحاسب حسابا يسيرا فمن اوتي كتابه ورا ظهره فاولايك يصلون سعيرا ✱

Veniet Deus altus die Reſurrectionis, Angelico comitatu ſtipatus (prop. & angeli ſerie diſpoſiti) *& armiluſtrium quaſi, id eſt examen, inſtituet gentium, rationis earum, pœnæ & retributionis. Apponentúrque libræ ad ponderanda opera hominum. Cujus libræ præponderabunt, illi erunt felices, iiſque libri operum afferentur. Qui librum ſuum dextera manu acceperit, illius ratio ſubducta erit facilis. Cui verò liber ſuus afferetur à tergo, illi ardebunt in inferno.*

8. De purgatorio.

Quia verò, ut in III. Parte noſtri ὁδηγȣ̃ fusè probavimus, illæ ferè gentes, quæ Chriſtum ejúsq; abſolutum, pro peccatis noſtris, λύτρον, ignorant, ignem aliquem *purgatorium*, quo peccatorum ſcoriæ exurantur ſunt commenti, hic quoque author noſter, quæ ſit Muhammedanorum hac de re ſententia breviter

Digitized by Google

ter perſtringit. Verba ejus ſunt: وان الصراط حق يجوزه العباد بقدر اعمالهم فناجون متفاوتون في سرعة النجات عليه من نار جهنم وقوم اوبقتهم فها اعمالهم * *Incumbit autem hominibus tranſire Zorat* (Arabicum retinemus vocabulum, quod *Giggæus* explicat, *Pontem quendam infernalem*; nobis purgatorium deſcribi videtur Platonicum) *ſecundùm operum ſuorum diſpoſitionem. Qui ſalvandi ſunt, eo diſcernuntur, quòd citò & repentè ab igni infernali liberantur: reliqui, operum ſuorum merito, ibi pereunt.* Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

Fidei Muhammedicæ naturam ſequentibus nobis explicat verbis: والايمان بحوض رسول الله ترده امته لا يظموا من شرب منه ويدار عنه من بدل وغير وان الايمان قول باللسان واخلاص بالقلب وعمل بالجوارح يزيد بزيادة الاعمال وينقص بنقص الاعمال فيكون فيها النقص وبها الزيادة ولا يكمل قول الايمان الا بالعمل ولا قول ولا عمل الا بنية ولا قول وعمل ونية الا بموافقة * *Fides autem de piſcina Apoſtoli Dei eſt, ad quam bibiturus accedit populus ejus. Non ſitiet, qui de ea bibit: Coërcebitur verò & repelletur ab ea, qui profanat eam & mutat. Conſiſtit autem* fides *in dicto linguæ, ſinceritate cordis, & operis externa demonſtratione. Accreſcit incremento operum, deficit defectu operum: Cadit enim in illam decrementum & incrementum: Neque verbum fidei perficitur, niſi opere; neque verò verbum quicquam eſt aut opus abſque intentione. Sed neque verbum, neque opus, neque intentio eſt, niſi accedat convenientia ſeu conſenſus.* 9. *De piſcina Apoſtoli.* 10. *Et fide.*

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

II. De ſtatu Martyrum.

De *ſtatu Martyrum*, aliarúmque animarum à corporibus ſeparatarum poſt hanc vitam, ſic loquitur : وان الشهدا احيا عند ربهم يرزقون وارواح اهل السعادة باقية ناعمة الي يوم يبعثون وارواح اهل الشقا معذبة الي يوم الدين وان المومنين يفتنون في قبورهم ويسالون ويثبت الله الذين امنوا بالقول الثابت في الحياة الدنيا وفي الاخرة وان على العباد حفظة يكتبون اعمالهم ولا يسقط شي من ذلك عن علم ربهم وان ملاك الموت يقبض الارواح باذن ربه * *Sunt autem Martyres vivi apud Dominum ſuum, à quo ſuſtentantur: Spiritus etiam beatorum ſuperſunt, deliciis fruentes ad diem uſque illum, quo excitabuntur. Miſeri verò cruciantur ad diem judicii. Fideles* (de corporibus hoc intelligendum puto, éſtque ipſa Judæorum fabula de חבוט הקבר *percuſſione, quæ fit in ſepulchro ab Angelo mortis*, de qua *Buxt*. in Lex. Tal. R. חבט & *Synag. Jud.* c. XXXV.) *inquietabuntur in ſepulchris ſuis, & interrogabuntur. Et firmabit Deus eos, qui credunt ſermone ſtabili in vita hujus & futuri ſeculi. Habéntque homines Angelos cuſtodes, qui eorum conſignent opera, nec quicquam illorum ſcientiam Domini eorum fugit: Angelus autem mortis colligit Spiritus ad nutum Domini ſui.* Concludit tandem caput commendatione Muhammedis, felicitatis eorum, qui tempus ejus vivendo attigerunt, ejúſque in Imperio ſucceſſorum *Abubecri, Omari, Othsmani, Ali*, hac annexa appendice, ان لا يذكر احد من صحابة الرسول الا باحسن ذكر

Ne

Ne unquam ullius ex ſocietate ejus mentio injiciatur, niſi optimâ adjunctâ ἰυφημία. Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

Sic *Gabriel Sionita* de urbib. & Morib. Orient. c. XIV. pag. 76. 77. ex authore Arabico; *Jacob ben Sidi Ali: Muſelmannorum cultus Religióque in eo conſiſtit, ut credant, omnia colloquia à Gabriele Angelo, facta Prophetæ noſtro, dum ipſum de iis, quæ credenda ac facienda interrogabat, quæ ſunt ea, quæ ſequuntur. De dogmatibus Moslemannorum eſt, ut credant omnes in unum Deum, cui nullus alius eſt par (& hanc ultimam particulam directè contra Chriſtianos protulit, qui tres in Deo æquales perſonas veraciſſimè credunt ac fatentur.) Teneántque Angelos ſervos Dei eſſe, & credant in Scripturam, quæ miſſa eſt ad Apoſtolos, quæ & communi opinione ipſorum dividitur in centum & quatuor libros, quorum decem ad Adamum miſſi ſunt, quinquaginta ad Setbum, & triginta ad Enochum (quem Edris vocitant) & decem ad Abrahamum, lex ad Moſem, Pſalmi ad Davidem, Evangelium ad Iſa, ſeu Jeſum, Chriſtum. Alkoranus denique ad Muhammedem. Vt quoque teneant hos miſſos eſſe ob hominum utilitatem, & credant in diem reſurrectionis poſt mortem, & aliquos eſſe ad ignem prædeſtinatos, alios ad Paradiſum, juxta Dei voluntatem. Nam in Alkorano dicitur, nemo ex vobis eſt, qui non habeat locum ſuum in Paradiſo, & locum in Inferno determinatum. Credant etiam bonorum præmium, malorum autem ſupplicium: & Sanctorum interceſſionem. De dogmatibus eſt etiam ut firmiter credant in calamum divinum, qui digito Dei creatus eſt. Calamus iſte ex margaritis eſt confectus, ejus longitudinis atque ſpatii, quod vix eques velox conficere poſſit annis quingentis. Eo fungitur munere, ut ſcribat ipſemet omnia præterita, exiſtentia ac futura. Atramentum, quo ſcribit, eſt ex lumine; linguam verò, quâ ſcribit, nemo intelligit, præter Archangelum Seraphaelem. Credant etiam ſepulchrorum ſupplicium. Nam ſolent ſæpe mortui cruciari* 4. Ex Iacob ben Sidi Ali.

in

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

in ſepulchris ſuis, ut factum eſt in quodam ſepulchro (vide ſup. p. 422.) *quod eſt intra Meccam & Medinam.*

Verùm, ut monuimus, Religionis Muhammedicæ capita pleniùs dabimus in commentariis noſtris de Religione Muhammedica. Πρόγευμα hoc Methodi poſtulavit ratio.

D. De primis religionis Muhammedicæ aſſeclis.

D. *Primos* doctrinæ Muhammedicæ *aſſeclas*, antequam publicè novæ doctrinæ dogmata ſpargerentur, recenſet *Elmac.* Hiſt. Sarac. l. 1. c. 1. فاول من امن بنبوته خديجة بنة عمه ثم مولاه زيد بن حارثة ثم علي بن ابيطالب رضي الله عنهم اجمعين ثم جا ابو بكر بخمسة نفر دعا جميعهم الي الاسلام فاجابوه وهم عثمان بن عفان والزبير بن العوام وعبد الرحمان بن عوف وسعيد بن ابي وقاص وعبيد الله بن الجراح هولا التسعة سبقوا الي الاسلام * *Prima, quæ in Prophetiam ejus credidit, fuit Chadigha, filia patrui ejus; hinc ejus ſervus Zeidus, filius Haritha: deinde Ali, filius Abitaleb, felicis omnes memoriæ. Poſtea quoque acceſſit Abubecrus, cum quinque aliis: qui omnes ad Islamiſmum ab eo vocati obtemperaverunt: Súntque Otman filius Affani, Zubeirus filius Avvami, Abdorrahman filius Aufi, Saadus, filius Abuvvakaſi, & Obeidalla filius Algiarahi. Atque hi novem primi Islamiſmum ſunt amplexi*, nempe eo adhuc tempore, quo clàm venenum ſuum Muhammed propinavit. Anno verò vocationis manifeſtatæ quinto, ſcribit idem *Elmac.* اسلم عمر بن الخطاب رضي الله عنه فقوي المسلمين باسلامه وكانوا يوم اسلموا تسعة وثلثون

Digitized by Google

وثلثون وتكملوا به اربعون * *Fidelis factus eſt Omar fil. Alchitab, fel. mem. qui fide ſua reliquos credentes confirmavit: crediderántque jam tum XXXIX. ita ut ille quadrageſimus eſſet.* Anno decimo خرج الي الطايف فدعا اهلها الي الاسلام فلم يجيبوه * *Egreſſus eſt Muhammed Tajifam, ejúsque populum ad Islamiſmum vocavit, ſed non paruerunt ei.* Sed في السنة الثالثة عشر جا اليه جماعة من الاوس والخزرج وعلتهم ثلثة وسبعون رجلا وامراتان وبايعوه علي الاسلام وجعل منهم اثني عشر نقيبا ثم رجعوا الي المدينة وفشا الاسلام في اهلها فصاروا له في المدينة انصارا * *Anno decimo tertio venerunt ad eum quidam ex Avvas & Chazragh* (ſic lectio vulgata ex melioribus corrigitur exemplaribus) *viri nempe LXXIII. & mulieres duæ, qui ſuper Islamiſmo fidelitatis ei juramentum præſtiterunt, & ex his duodecim poſuit duces* (hanc quoque lectionem correctiora ſuppeditant exemplaria) *qui poſtea Medinam ſunt reverſi. Et diffuſus eſt Islamiſmus apud ejus incolas, factíque ſunt ei adjutores in Medina.* Sunt fortè hi ipſi, qui in Theſ. *Gigg.* appellantur نقبا الانصار *quidam præcedentes ad capiendum templum*; aut انصار النبي *Adjutores Prophetæ.*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

E. *Æmulos* Muhammed, ubi nova moliri cœpit, habuit & hoſtes non paucos; de quibus conqueritur *Sur.* VI. pag. 80. ومن اظلم ممن افتري علي الله كذبا وقال اوحي الي

E. De æmulis Muhammedis, qui ſunt.

Liber 1. de Pſeudopr. Muham. * ولم يوح اليه شي * *Quis iniquior eſt eo, qui falſa confingit contra Deum, dicendo: Inſpiratum mihi eſt, cùm ipſi nihil ſit inſpiratum.* a. *Iudæi.* Et primò quidem Judæi novo Prophetæ inſultârunt, quos vicit, ut eſt apud *Elmacin.* pag 5. Coryphæum eorum è medio mox ſuſtulit, ut diximus ſupra pag. 328. b. *Arabes.* Deinde inter ipſos quoque *Arabes* caput quidam extulerunt, ex quorum numero fuit 1. Quidam *Muſeilema*, de quo *Elmac.* 1. *Muſeilema.* pag. 9. وفيها ارتد مسيلمة الكذاب وادعي انه شريكه في النبوة وتبعوه قومه من بني حنيفة باليمامة * *Eo* (decimo Heghiræ) *anno defecit Muſeilema, Pſeudopropheta, dicens ſe eſſe ſocium ejus in munere Prophetico, & ſequuti eum ſunt ſui, ex filiis Hanifæ, Jamamæ.* Magna cumprimis ſucceſſuum ſpes affulſit, anno Heghiræ XI. cùm Arabes deficerent, tributúmque pendere recuſarent. Duxit uxorem *Thegiazim*, filiam Harithi, quæ *Prophetiſſæ* nomen ſibi vendicavit. Vix tamen triduum cum marito ſuo morata deſerit eum, atque ad ſuos redit, ut eſt apud *Elmac.* p. 16. Paulò pòſt cruentum inter Muſeilemæ aſſeclas, & Muhammediſtas commiſſum fuit prælium, illis vincentibus primò. Mox tamen, ut ἀλλοπρόσαλλος Mars eſſe ſolet, Ikirman, fil. Abugiahli, nomine Abubecri, poſt internecionem mille & ducentorum militum ſuorum, prælium inſtaurat, Muſeilemam, & decem militum ejus millia occidit, reliquos ad Islamiſmum cogit. Prælium deſcribitur ab *Elm.* p. 16, 17.

2. *Aſvvad.* II. *Aſvvad* Abſites, de quo idem autor, p. 9. وفي السنة الحادية عشر ظهر الاسود العبسي الكذاب باليمن وادعي النبوة وغلب على صنعا ونجران وعمل الطايف واستطار

واستطار ذكره فقتله فيروز الديلمي في منزله * Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Anno undecimo apparuit Pſeudopropheta Aſvvad Abſites, in Arabia felici, qui dixit, ſe Prophetam eſſe, cepítque Sanaam, Nazranam, & Taiifæ ditionem, cúmque memoria ejus jam celebris eſſet, occidit eum Firus, Dailamita; in domicilio ejus. Fuit hæc prima Abubecri victoria, ſcribit *Elm.* p. 16.

III. Eſt *Taliha*, de quo *Elmacin.* p. 16. وادعي طليحة 3. *Taliha.*

ابن خويلد النبوة واتبعه قومه من بني اسد وسير خالد بن الوليد المخزومي لقتال طليحة الكذاب ومن اصابه من غطفان وطي واسد وقاتلهم وهزمهم وانهزم طليحة بعد ذلك لما بلغه اسد وغطفان ولم يزل مقيما في اخلب حتي مات ابو بكر ثم اتي الي عمر ابن الخطاب فبايعه فرجع الي بلاده وقومه * *Taliha*

quoque filius Chovvailedi, Prophetam ſe jactavit, & ſecuti ſunt eum ſui ex poſteris Aſed. Et miſit (Abubecrus) *Chalidem, fil. VValidis, Machzumæum, oppugnatum Taliham Pſeudoprophetam, quíque ſe ei, adjungerent Gatfanitas, Tajitas, & Aſeditas, eósque is oppugnavit. Fugatus quoque eſt Taliha, poſtquam ad eum venerunt Aſedita & Gatfanita: manſítque Achlebi, donec obiit Abubecrus: poſtea enim accedens ad Omarem fidelitatis ei juramentum præſtitit, atque in terram ſuam & ad ſuos reverſus eſt.*

IV. Poſt Muhammedis tempora floruit Damaſci celeberrimus Poëta, *Almotenabbi* dictus, de quo *Sion.* de Urb. & Morib. Orient. pag. 22. *Damaſcum quoque illuſtravit Poëtarum Arabum facilè princeps Almotanabbi, qui literis & armis præſtantiſſimus erat, ac propterea ſæpe de ſe dicere ſolebat* 4. *Almotenabbi.*

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

carmine Arabico: Equi & campus me cognoſcunt: bellum, concertatio, charta & calamus. *Hic Muhammedi omnibus viribus aſſimilari ſtudebat, ſed res non eundem habuit eventum. Nam ille cùm eleganter, ornatéque ſcripſiſſet Alkoranum, hic tum ſoluta tum ligata oratione mirum in modum excelluit: ille armis, hic arte militari præſtitit.* Ille نبي Nabbion, *id eſt*, Propheta *nuncupatus eſt*, hic متنبي Motanabbi, *hoc eſt*, prophetans *voluit appellari. At ille vivens & poſt mortem infinitos ferè populos ſeduxit, hic verò dum vitam ageret non paucos ad ſe traxit, tamen poſt obitum anno* 354. *ac ætatis ſuæ* 51. *omnes ejus ſectatores diſſipati ſunt.*

F. Quomodo Muhammedis Prophetia à Koreiſchitis ſit excepta.

F. Conſequens eſt, ut quo *animo Koreiſchitæ tribulem ſuum, Muhammedem*, Prophetæ jam axiomate apud multos inſignem, *exceperint*, dicamus. Id verò colligi poteſt partim ex iis quæ diximus ſup. p. 206. partim ex decreto illo contra Haſchemi filios, ex quorum numero erat Muhammed, anno novæ religionis octavo, publicè ſuſpenſo, cujus *Elmacin*. p. 3. his meminit verbis: فكتب قريش صحيفة الا يعاملوا بنو هاشم بني المطلب ولا يخالطوهم فعلقوها في الكعبة *Et ſcripſerunt Koreiſchitæ diploma, ne filii Haſchemi cum filiis Almutleb fœdus inirent, aut cum iis miſcerentur, idque in templo Meccano ſuſpenderunt*; partim denique ex eo, quòd, ubi (utar verbis *Elmacini*) اشتد قريش وقويت شوكتهم وطمعهم *confirmati ſunt Koreiſchitæ, eorúmque potentia & ſpes crevit*, Meccâ civem ſuum & Pſeudoprophetam expulerunt, de qua *Fuga* ſeu *Hegira* (hoc enim nomine apud Scriptores venit) peculiari capite nobis eſt differendum.

Ca

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Caput V.

De

HERIGA, seu FUGA MUHAMMEDIS.

In hoc capite tractantur ſequentia I. Examinatur vox Hegiræ, *quæ Arabica eſt. Gemina ejus ſignificatio. II. Indicatur annus hujus Hegiræ. III. Proponitur cauſa fugæ: Illuſtratur hæc materia ex* Alkorano, Beidavi, *& cumprimis* Abunazaro. *IV. Enumerantur fugæ ſocii, qui* المهاجرون *appellantur. V. Locus fugæ eſt* Medina, *quæ &* Iatrib *dicitur. Recitantur quædam ex Sionita. VI. Epocha Arabica ab hoc anno deſumta. VII. Catalogus ſubjicitur quorundam præliorum Muhammedicorum, ejúsque tandem mors.*

HAbebit, ſpero, tractatio hæc tantò majorem uſum & gratiam, quantò memoria Epochæ Muhammedicæ, quæ à Pſeudoprophetæ Arabum Fuga ortum ſuum habet, in Hiſtoricorum monumentis crebrior eſt. Dicemus

I. *De ipſa voce Hegiræ, quâ Muhammedis Fuga exprimitur, in Latinis etiam Scriptoribus.*

II. *De anno Hegiræ, ſeu Fugæ.*

III. *De cauſis fugæ Muhammedi à Koreiſchitis imperatæ.*

IV. *De ſociis fugæ.*

V. *De Medina, Muhammedis aſylo, ſeu loco fugæ.*

VI. *De Epocha Hegiræ; ejus origine & uſu.*

A. Vox igitur *Hegiræ* origine ſua eſt Arabica هجرةٌ quæ *fugam* in genere notat quamlibet: à verbo هجر *fugit, evaſit, ſe ſubduxit.* Deinde verò, quia Muhammedanis perſuaſum eſt, Muhammedem pietatis, diviníque Numinis causâ, relictâ Meccâ, Medinam fugiſſe, peculiarem ſignificationem hoc ipſum verbum in Conjug. 3. aſſumit. Eſt enim هاجر *A. Explicatur vox Hegiræ.*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

vel هاجر في سبيل الله *pietatis causâ peregrinari*, Unde المهاجر الى الله *Peregrinatio pietatis causâ*; & المهاجرة *Exulans, peregrinans Dei causâ*. Confer quæ diximus ſup. p. 8. 9. ubi denuò monemus, cavendum diligenter, ne, quæ à verbo هجر ſunt deducta, cum nomine proprio هجر confundantur. Aliâs هجر etiam Arabiæ urbs eſt, quam *Alferganus* in Clim. II. locat. *Fortè*, ſcribit ex mente Cl. D. Præceptoris noſtri, *M. Golii*, Georgius *Hornius* amicus olim & ſtudiorum Arabicorum in Academia Groningana ſocius, in Sulpit. Sever. l. 1. p. 33. *ab Hagar matre ſua, Arabes deſumpſerunt nomen. Ejus nominis etiam pagus extat propè Medinam. Egra vel Agra Ptol. Stephano, Plinio.* Ἀγραῖον ἔθνος Ἀγράβιον *Straboni & Stephano. Templum Meccanum extructum ab Iſmaële videtur, ſiquidem ad ſacelli portam puteus eſt, ubi conſediſſe Hagar cum infante volunt: unde Zemzem vocant.* De quibus prolixius, σὺν Θεῷ, in *Commentariis* noſtris de Religione Arabum.

B. Annus Hegiræ indicatur.

B. Hæc verò Pſeudoprophetæ fuga in annum decimum quartum novæ Religionis Muhammedicæ incidit. *Elmacin.* Hiſt. Sar. l. 1. p. 4. قال ابو جعفر الطبري في السنة الرابعة عشر هاجر صلى الله عليه الى المدينة *Dicit Abu Giafar Tabarita, anno 14. migravit Muhammedglorioſæ memoriæ Medinam.* Præmiſerat jam aſſeclas ſuos, & novæ fidei ſocios omnes, Abubecro excepto, & Ali, *Elmacin.* ib. Idem author pleniùs de anno Hegiræ agit in prima Hiſtoriæ ſuæ parte من بدو الدنيا حتى الهجرة المحمدية *ab initio mundi ad fugam usq; Muhammedicam*, quæ ἀνέκδοτος adhuc eſt, & ἀνερμήνευτος. Verba ejus ad libri calcem hujuſcemodi ſunt: وانتقل التاريخ.

Digitized by Google

التاريخ الي ملوك المسلمين بعد ان انقضي احد عشر سنة من مملكة هرقل وهي اول سنة من الهجرة يوافقها سنة ثلاث وثلاثين وتسع ماية للاسكندر ذي القرندن ابن فيلبس اليوناني ويوافقها سنة ستة الف رماية واربعة للعالم ويوافقها سنة ستماية واربعة عشر لتجسد السيد المسيح * *Et translata eſt æra ad reges Muſelmannos, anno XI. Imperii Heraclii, qui primus annus eſt Hegiræ, incidens in annum* 933. *Alexandri bicornis, filii Philippi, Græci; Conditi Mundi* 6104. *incarnationis Domini Meſſiæ* 614. At *Patricid.* pag. 238. وفي اول سنة من ملك هرقل ملك الروم كانت هجرة النبي محمد بالمدينة في شهر ربيع الاول واقام بهم مهاجرا عشر سنين وعمل المنبر في سنة ثمان * *Anno Heraclii primo* (variat hic) *Imperatoris Romanorum, fuit Hegira, ſeu fuga, Prophetæ Muhammedis Medinam, menſe Rabiah priori* (Julio) *ibíque exul ſubſtitit X. an. fecítque ſuggeſtum anno VIII.* Numerat autem annos *à Diocletiano ad Hegiram* 338. *A Chriſto* 614. *Ab Alexandro* 933. *A captivitate Babylonica* 1196. *Ab exitu filiorum Iſraël ex Aegypto* 2279. *Ab Abrahamo* 2786. *A Pelego* 3327. *A diluvio* 3858. *Ab Adamo* 6114. Erpenius, notis marg. ad *Elmac.* pag. 4. ſcribit: *Incidit Hegira ſeu fuga Muhammedis in 16. Julii anno æræ Chriſtianæ* 622. Plures & alios Synchroniſmos vide apud *Buchholzerum* ad hunc ipſum annum.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

C. Sed cur Muhammed patriam ſuam coactus fuit deſerere?

C. Cauſa hujus fugæ enarratur.

Liber 1. de Pſeudopſ. Muham.

rere? Koreiſchitæ, procereſque Meccenſes, cùm animum civis ſubdoli novam Religionem cudentis, Monarchiámq; molientis animadvertiſſent, eum ſolum vertere jubent. Ad hanc ejectionem alludit Muhammed in ipſo *Alkorano* his verbis: واذ يمكر بك الذين كفروا *cùm infideles tibi imponere vellent*; quomodo? ليثبتوك او يقتلوك او يخرجوك *ut vincirent te, aut occiderent te, aut expellerent te*, Meccâ nempe, ut *Beidavi* ſupplet, qui expreſsè ſcribit, eſſe hîc تذكار لما مكر قريش به حين كان بمكة ليشكر نعمة الله *Commemorationem ejus, quando inſidias ſtruxerunt illi Koreiſchitæ tum temporis, cùm eſſet Meccæ, ut ita Deo pro beneficio gratias ageret.* Hiſtoriæ compendium dabimus ex eodem *Beidavi*. Cùm Koreiſchitæ Meccæ in atrio quodam congregati, de Muhammede è medio tollendo cogitarent, irrepſit Satan, ſenecionis formâ aſſumtâ, eiſque dixit: Eminus audivi, vos hîc conveniſſe, rem gravem deliberaturos, cui & ego intereſſe cupio conſultationi. Initium ergò facit Abultachtharæus, dicens: Conſultiſſimum, meo judicio, fuerit, Muhammedem vinculis conſtrictum in carcerem compingere, omnéſque captivitatis rimulas, unâ exceptâ feneſtellâ, per quam cibus porrigi poſſit & potus, obthurare. At larvatus ille Diabolus hoc ſibi conſilium diſplicere faſſus eſt. Hoc ſi feceritis, inquit, prohibere non poteritis, quominus populus eum manibus veſtris ereptum liberet. Præſtat igitur, inquit, Haſcham fil. Amru, eundem limitibus noſtris ejicere, ita enim nihil ab eodem nobis extimeſcendum mali. Sed ne hoc, inquit Veterator, probo conſilium. Extorris enim alium contra vos armabit populum. Succedit Abu-Ghahel, qui voluit Muhammedem gladio ab adoleſcente ſtricto jugulari, atque hoc Satan judicium reliquis omnibus prætulit. Gabriel igitur Archangelus, ne jacturam

Fabula tota citatur 1. ex Beidavi.

Digitized by Google

cturam fortè faceret Arabia tam portentoſi monſtri, has Muhammedi inſidias detexit, eíque هجرة *fugam* præcepit, quæ ſequenti die (eam enim noctem cum Abubecro transegit) fuit ſequuta. *Abunazarus* fil. Abdorachman, fabulam prolixiùs recenſet, quam non incommodè hoc loco referri puto: في

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

2. *Ex Abunazaro.*

مكة دار يقال لها دار الندوة اذا ارادوا تدبير امرا
فيجتمعوا فيها فلما ارادوا لمكر بالنبي اجتمع فيها
خمسة من المشركين وهم عتبة وشيبة وابو جهل
واخوة ابو البختري وعاصي ابن وايل في اكثر
الروايات كانوا خمسة قال الثعلبي كانوا اثني عشر
دخلوا في دار الندوة ودخل بينهم فيها ابليس عليه
اللعنة علي صورة شيخ وفي يده عصا فقال له ابو
جهل انا قد اجتمعنا في تدبير امر خفي فارجع انت
يا شيخ فقال ابليس اني شيخ من ارض نجد رايت
الدهور وبلوات الامور اعلم مصالح التدبير وافقة التاويل
والتفسير وادخلوني في دار الندوة لعلي انبكم بتاويله
فدخلوه فتشاوروا في امر محمد فبدا عتبة عليه اللعنة
فقال ان الموت حق فاصبروا حتي يقض الله علي
محمد فتنجوا من شره فقال ابليس عليه اللعنة اين
لك انت علي التدبير انت لا تصلح الا لرعي المواشي

Digitized by Google

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

فلو صبرتم حتي يموت محمد ويظهر محمد دينه في
مشارق الارض ومغاربها فيجتمع عنده عسكر عظيم
فيحاربوكم حتي يهلك جمعكم فقالوا جميعا صدقت
الشيخ النجدي قال شيبة عليه اللعنة اني اري ان
يحبس محمد في بيت ويغلق ابوابه عليه حتي يموت
فيه جايعا وعطشانا فقال ابليس عليه اللعنة وهذا
ايضا ليس بصواب وان بني هاشم يجتمعون اليه
فيخذونه من ايديكم ويخلون سبيله ويقع بينكم وبين
اقرابية عداوة عظيمة قالوا صدق الشيخ النجدي قال
عاص ابن وايل نشد محمد علي بعير ونسوقه في
البادية ليهلك فيها فقال ابليس عليه اللعنة وهذا
ايضا ليس بصواب لان محمدا قويم القامة صبيح
الصورة فصيح اللسان مليح البيان وربما يلقاه
احد ويهديه الي البلاد فيصدقه كل من يسمع
كلامه فيجتمع عنده جمع عظيم فيرجع اليكم في
حاربكم فصاحوا جميعا صدق الشيخ النجدي ثم قال
ابو جهل عليه اللعنة اني رايت ان يخرج من كل قبيلة
شبان فتهجم علي محمد في ليلة فضربه جميعا
بالاساحة

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

بالاساحة حتي لا يعلم قاتله بعينه فاذا طلب اقاربه
الدية فنجمع الاموال من القبايل ونعطيهم وننجوا من
شره فقال ابليس عليه اللعنة اصبت واحسنت فرايك
اصوب واحسن الراي وتدبيرك احسن التدبير واتفقوا
علي قتل رسول الله فتفرقوا من دار الندوة فنزل جبريل
عليه السلام وجا بهذا الاية قوله تعالي واذا يمكروا بك
الذين كفروا ثم قال جبريل ان الله تعالي يقول لك
* خارج من مكة الي المدينة id eſt, *Meccæ domus eſt,* Domus convocationis, *vel* congregationis *appellata, in qua conveniebant; quoties de re aliqua ordinandum fuit aut deliberandum. Eodem ſe receperunt, cùm inſidias parare vellent Prophetæ, Aſſociantium (*infidelium Arabum*) quinque, nempe; Othba, Schabibah, Abn-Ghahel, fratres Abulbachiri, & Aazi, filius Vail. Ex plerorumque traditione numerantur quinque, Tholabæus tamen duodecim habet. Hi igitur Domum congregationis fuerunt ingreſſi, & cum eis Ablis* (Diabos) *maledictus, figurâ ſenis baculum manu tenens. Dixit autem ei Abn-Ghahel: Congregati ſumus ad deliberandum de re arcana, tu ergò, ô Senex, faceſſe hinc. Reſpondit Ablis. Ego ſum Senex Negidhæus, qui ſecula vidi, &, rerum experientiâ probatus, evaſi: Novi conſiliis negotia expedire, reſque* arcanas *explicare & interpretari. Concedite igitur mihi ingreſſum in Domum congregationis, ſi fortè vobis ejus* (negotii veſtri) *ſuppeditare poſſim explicationem. Cúmque introduxiſſent eum, de negotio Muhammedis conſultârunt. Initium fecit Othba maledictus, dicens: Morte dignus eſt:* vel; *mors ipſi certò deſtinata eſt, certò morietur. Patienter modò* fe-

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

feratis,uſque dum Deus judicium ſuum de Muhammede fecerit, tunc enim à malitia ejus liberabimur. Reſpondit Ablis maledictus: ubi habes prudentiam tuam politicam? Ad hoc unum aptus es,ut armenta paſcas. Si exſpectaveritis,uſque dum Muhammed fuerit mortuus, ſpargetur ejus religio Orientem versùs & Occidentem,& adjungetur ei magnus exercitus,qui vos oppugnabit,uſque dum omnes vos perdiderit. Et dixerunt unanimiter omnes; Vera dixit Senex Neghidæus. Schabibah autem maledictus dixit: Conſultum mihi videtur, ut Muhammed includatur carceri, omnésque portæ ejus obſerentur,uſque dum fame mortuus fuerit & ſiti. Sed nec hic rectè conſulit,inquit Ablis. Congregati enim filii Haſchem eripient eum manibus veſtris,libertatíque reſtitutum dimittent viam ſuam,atque ſic inter vos & amicos ejus magna erit inimicitia. Atque hanc Senis Neghidæi ſententiam iterum probârunt. Dixit Azi,filius Vail: vinctum Muhammedem camelo imponemus, eúmque in deſertum deportabimus,ut in eo pereat. Sed iterum excepit Ablis,nec hunc congruè conſulere. Eſſe enim Muhammedem ſtaturâ pulchrâ præditum,formâ eleganti, linguâ eloquenti,ſuavem in explicationibus: Quòd ſi fortè quis in ipſum inciderit,& ad terram habitabilem duxerit,fidem ei adhibebit,quisquis verba ejus audierit,atque ſic conveniet ipſum magna multitudo,quâ,ad vos revertens, bellum inferet. Et iterum elata voce omnes clamârunt: Vera dixit Senex Neghidæus. Tandem dixit Abu-Ghahel maledictus: Ego verò exiſtimo id tutiſſimum fore,ſi ex una quaq; tribu duo adoleſcentes egreſſi in Muhammedem noctu facerent irruptionem, eúmque armis confoderent, adeò ut, quis ipſum occiderit, nemo poſſet cognoſcere: quòd ſi amici ejus damnum ſarciri velint,hinc inde à tribubus facultates colligemus,eaſdémque iis dabimus,atque hac ratione ab ejus malitia liberabimur. Dixítque Abliſus maledictus: Tu rem acu tetigiſti. Conſilium profectò tuum optimum

est,

Digitized by Google

eſt, & convenientiſſimum, tuáque prudentia politica præſtantiſſima. Conſentientes igitur in Muhammedis necem, egreſſi ſunt è domo congregationis. Et deſcendit Gabriel, ſuper quo pax, eíque (Muhammedi) *attulit verſiculum hunc*: Cúmque imponere tibi vellent infideles (occurrit Sur. VIII. p. 99.) *eíque dixit*: Mandat tibi Deus altiſſimus, ut Meccâ egreſſus Medinam abeas. Subſequuta mox fuit fuga ipſa, a. ætatis Muh. 54.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

D. Quos habuerit Muhammed *fugæ ſocios* ex *Elmacino* optimè diſcimus. Ita ille p. 4. وفيها امر اصحابه بالهجرة الي المدينة فخرجوا اليها ولم يتخلف معه الا ابا بكر وعلي رضي الله عنهما * *Eodem* (13. videl. ab origine novæ Religionis) *anno juſſit ſuos migrare Medinam, qui omnes eò egreſſi ſunt, præter Abubecum, & Alim, qui cum eo manſerunt.* De ſubſequenti verò ipſius Muhammedis fuga ſic loquitur: *Muhammed, Medinam concedens, habuit ſecum*, اتو بكر الصديق وعامر بن فهيرة مولا ابي بكر ودليلهم عبد الله بن ارتقط وتخلف علي عنه ثلاثة ايام باذنه في قضي اشغاله ثم لحق به وكان دخولة الي المدينة يوم الاثنين نصف النهار وقيل يوم الخميس لاثنتي عشر ليلة خلت من شهر ربيع الاول واقام نازلا علي ابي ايوب خالد بن زيد حتي بني مسجده ومساكنه ثم تحول اليها * *Abubecrum, juſtum, & Amarum, filium Lamræ, ſervum Abubecri, dúxque eorum fuit Abdalla filius Artakati. Ali autem triduum cum venia ejus adhuc remanſit,*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

ſit, ut res ſuas diſponeret: deinde verò ei ſe adjunxit. Ingreſſus autem eſt Medinam ipſo meridie diei lunæ (ſecundùm alios, Jovis) *qui* 12. *erat menſis Rabii prioris: & divertit apud Chaledum Abi-Job, fil. Zeidi: donec templum ſuum extruxit & ædes, in quas deinde migravit.* Atque hi omnes peculiari nomine apud Arabes appellantur المهاجرون *Religionis causâ fugam capeſſentes*: de quibus *Surat.* XVI. النحل ipſe Muhammed ita loquitur: والذين هاجروا في الله من بعد ما ظلموا * *Et qui fugerunt in cauſa Dei, poſt quam injuriâ affecti ſunt.* Atqui hi, explicante *Beidavi*, ſunt رسول الله واصحابه المهاجرون ظلمهم قريش فهاجر بعضهم الي الحبشة ثم الي المدينة وبعضهم الي المدينة او المحبوسون المعذبون بمكة بعد هجرة رسول الله وهم بلال وصهيب وخباب وعمار وعابس وابو جندل وسهيل * *Apoſtolus Dei, ejúsque comitatus, quos cùm Koreiſchitæ oppreſſiſſent, alii eorum fugerunt primò in Aethiopiam, poſtea Medinam; alii verò rectà tenderunt Medinam: Aut* intelliguntur *illi, qui poſt Muhammedis fugam in carcerem dati ſunt, variíſque modis cruciati, ut ſunt Balal, Zohaib, Chabbab, Ammar, Abes, Abu-Handel, & Sohail.* Geminæ hujus aſſeclarum Muhammedis fugæ mentio etiam fit aliâs. Eam uno nomine duali هجرتان appellant. Unde ذو الهجرتين *eſt qui iter illud & ad Abyſſinos & Medinenſes ſuſcepit.* Alibi, in Alkorano, unius tantùm fit mentio, in fuga Muhammedica, comitis *Abubecri.* Ipſum dabimus textum cum commentariis *Beidavi.* Sur. IX. p. 105. اذ اخرجه الذين كفروا ثاني اثنين اذ هما

هما في الغار اذ يقول لصاحبه لا تحزن ان الله معنا * *Cùm expuliſſent eum infideles unico tantùm comite aſſumto* (ita enim verba Arabica *παραφράζει Beidavi*) *unâque eſſent in ſpelunca, dixit* (Muhammed) *ſocio ſuo* (Abubecro, *Beid.*) *Noli triſtari: Eſt enim Deus nobiſcum*, ſubſidio ſuo & auxilio, *Beidavi*; qui occaſionem verſiculi hujus ſequentibus exprimit verbis: روي ان المشركين طلعوا فوق الغار واشفق ابو بكر رضي الله عنه على رسوله عليه السلام فقال عليه السلام ما ظنك باثنين ثالثهما فاعماهم الله عن الغار فجعلوا يترددون حوله ولم يروه وقيل لما دخلا الغار بعث الله حمامتين فباضتا في اسفله والعنكبوت فنسجت عليه * *Tradunt, Aſſociatores aſcendiſſe ſupra cavernam*; in qua nempe delituit Muhammed. *Cúmque Abubecer f. m. Apoſtoli p. m. miſertus eſſet, dixit ei Muhammed: Quid tibi videtur de duobus* (nobis) *quibus adjunctus eſt tertius? Et ecce cæcitate eos* (Koreiſchitas) *Deus percuſſit ad ſpeluncam, adeò ut hinc inde circa eam oberrantes, illum non viderint: Dicitur etiam, quòd cùm ingreſſi eſſent ſpeluncam excitârit Deus duas columbas, quæ ad inferiorem antri partem ova ponebant, araneam item, quæ telâ ſuâ textâ* antri os tegebat. Dignus profectò aranearum umbraculo, de quo *Jobi* c. VIII. v. 14. בית עכביש מבטחו *Domus* (tela) *araneæ ſpes ejus, qui Dei obliviſcitur.* Author tamen Conf. Sectæ Muh. pag. 38. ait, cinere in aërem ſparſo prohibitos eſſe quò minùs eum aſſequi potuerint.

Liber 2. de Pſeudops. Muham.

E. Aſylum Muhammedis Medina.

E. Aſylum verò vel locus refugii Muhammedis eſt *Medina*, quæ & مدينة النبي *Medinatalnabbi*; vulgò, ſed corruptè,

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Quæ & Iatrib dicitur.

ruptè, ſcribi ſolet *Medina Talnabi* urbs prophetæ; dicitur. Decem dierum itinere Meccâ diſtat. Eadem urbs *Jatrib* vocatur. Unde *Sur.* الاحزاب ad verba : يا احل يثرب *O populo Jatreb*, ſcribit *Beidavi*; اهل مدينة وقيل هو اسم ارض وقعت المدينة في ناحية منها * *O populo Medinæ. Alii tamen dicunt, Jathreb eſſe nomen terræ, in cujus tractu Medina ſit ſita. Rodericus Toletanus* in Hiſt. Arab. c. III. hujus etiam meminit loci: *Et quia adhuc Mecha*, inquit, *pro majori parte à Coraxinis Idolorum cultoribus tenebatur, ipſe quaſi humiliter cedens, in villam ſuam Jatrib declinavit, & poſtea reſumtis viribus, intravit Mecham. Zonar*[illegible]. III. pag. 3. Λι-θρίβον appellat. De hac urbe *Sionita* de urb. & morib. Orient. c. VIII. pag. 39. *Medina ſcil. urbs per antonomaſiam dicta & Medinatalnabbi, hoc eſt, civitas Prophetæ, quia Mohamed primò, cùm Meccam patriam deſerere coactus eſſet, ſe in hanc urbem, quæ Jathreb dicebatur, recipit, ac ejus Dominus factus eſt. Non igitur, quia ex ipſa ſit oriundus, ut multi malè ſibi perſuadent, Mohammedes dictus fuit Medinenſis : ſiquidem Meccæ natus, ibíque educatus, tum demum ibidem ætatis ſuæ anno 40. & Alexandri Magni 933. ut notat Ben Caſem, cœpit maledictam & execrabilem ſuam evomere doctrinam & clàm primò, deinde palàm, impudentiæ larvis indutus, novas opiniones ſpargere, novásque leges diſſeminare auſus eſt. Hoc ut ad Magiſtratus aures pervenit, publico edicto tanquam urbis peſtis ejectus eſt, anno ætatis ſuæ juxta Ben-Caſem ſententiam 52. juxta verò Abdillatif Ben-Juſof. 53. ad hanc urbem, quæ tunc temporis Jathreb dicebatur, fugit.* Idem ex Geog. Nub. pag. 246. *A Mecca ad Medinam, cujus nomen eſt Jathreb (quæ urbes ſunt Arabiæ felicis) viâ rectâ decem ſunt ferè ſtationes.* Et pag. 247. *Medinam palmæ circumdant plurimæ, craſſorum*

Digitized by Google

rum feraces dactylorum, quibus vitam ſuſtentant incolæ ſuam, nulla aut ſemina, aut armenta poſſidentes. Magnitudo hujus urbis æquat mediam partem Meccæ. Sex paſſuum millibus procul ab urbe eſt mons Ohod (celebris à prælio à Muslíminis ibi geſto) *quo nullus eſt alius eidem urbi propinquior.* Atque in hac urbe magnam Alkorani partem infeliciſſimus faber cudit, utpote in qua annos moratus eſt VIII. tot enim juxta *Elmacinum,* (*Patricid.* ponit X. unde etiam vocem Arabicam هجرة *decennale regni Muhammedici ſpatium* explicant) inter Fugam & Meccæ expugnationem interceſſerunt.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

F. Epocha Hegiræ.

F. *Epocha* Arabum celeberrima eſt hæc ipſa, à Muhammedis fuga deducta. *Elmac.* p. 4. وعلى هذا السنة التاريخ بسني الهجرة وهي السنة الرابعة والخمسون من عمره * *Atque ab hoc anno* (16. Jul. 622. æræ Chriſtianæ) *æra ducitur Hegiræ, éſtque annus ætatis Muhammedis* 54. Initium fecit Omar juxta *Elmac.* pag. 26. اول من ارخ بعام الهجرة وختم الكتب * *Primus ab anno Hegiræ ſupputavit, & literas obſignavit Omar.* Obſervantur autem in hac Hegira anni lunares. Unde iterum *Elmacinus* pag. 11. قال المورخ كان تاريخ سني الهجرة بالسنين القمرية * *Ait Hiſtoricus: Æra Hegiræ obſervat annos lunares.* Eos deinde cum annis ſolaribus confert, quorum ab Adamo ad Muhammedis mortem elapſi ſunt 6123. menſes novem, dies quatuordecim. Medinæ quàm diu ſubſtiterit, quid præſtiterit, quæ bella geſſerit, ex *Elmacino* & aliis Scriptoribus Arabicis erui poteſt. Nobis primaria ſaltem capita attigiſſe ſatis erit. Primo Hegiræ anno, patruum Hamza candido inſtructum ve-

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

vexillo (atque hoc primum fuit وهو اول لوا عقده *vexillum, quod Muhammed cuiquam dedit*, ſcribit *Elmac.* pag. 4.) cum 30. Muſliminis emiſit, quorum tamen conatus irirtus fuit.

21 *Prælium Beder.*

Anno *ſecundo* commiſſum fuit prælium illud famoſum & celebre in *Beder*, vel *Bader*, de quo ſic *Elmac.* pag. 5. وفي السنة الثانية كانت غزوة بدر الاولي وغزوة بدر الكبري قتل فيها صناديد قريش وكانت ليلة الجمع لسبعة عشر ليلة خلت من شهر رمضان لانه سمع ان ابا سفيان بن حرث مقبل الي الشام في عير عظيم فيه اموال قريش فخرج لاخذها فلجا ابو سفيان بالعير الي مكة وكانت عدة المسلمين ثلثماية وتسع عشر وكانت عدة المشركين ما بين التسع ماية والالف وانتصر المسلمون وقتلوا من المشركين سبعين رجلا واسروا مثلهم واستشهد من المسلمين اربعة عشر رجلا

Anno ſecundo commiſſum eſt prælium Badrenſe primum, quod & magnum dici ſolet, in quo occiſi ſunt Koreiſchitarum duces aliquot fortiſſimi. Erat autem dies Veneris 17. *menſis Ramadan. Audiverat enim, Abuſophianum, filium Harethi in Syriam cum magna Caravana, Koreiſchitarum opibus onuſta contendere. Egreſſus igitur eſt eas direptum. Abuſophianus autem cum Caravana Meccam fugit. Muſlimini erant numero* 319. *Infidelium verò inter* 900. *&* 1000. *Viceruntq; Muſlimini, occidentes infidelium* 70. *totidémq; capientes; Ex Muſliminis verò tanquam Martyres occubuerunt viri* 14. Habent enim

enim Muhammedani Martyrum loco, quotquot in prælius Religionis causâ ſuſceptis mactantur. Comendatur prælii hujus eventus crebrò in Arabum ſcriptis, imò in ipſo etiam Alkorano aliquoties. *Sur.* Al-Imran legimus: قد كان لكم اية فى فئتين التقتا فئة تقاتل في سبيل الله واخري كافرة يرونهم مثليهم راي العين والله يويد بنصره من يشاء* *Iam datum vobis fuit ſignum in duobus agminibus, quæ inter ſe concurrebant. Alterum agmen pugnabat in via Dei, & alterum erat incredulum; Videbant eos ſe duplo potiores conſpectu aperto* (i.e. ita præſtricti infidelium erant oculi, ut numero alterum tantum majores & copioſiores crederentur, prout Beidavi prolixè explicat ad *Surat.* VIII. p. 298. 299. 300.) *Deus autem auxilio ſuo juvat quem vult.* Ubi *Beidavi* obſervat, alludi hic ad يوم بدر *diem*, vel *cladem Beder*, ſermonémque eſſe directum ad Koreiſchitas. In eadem *Suratâ* paulò inferiùs nominatim prælii hujus mentio fit اذ همت طايفتان منكم ان تفشلا والله وليهما وعلي الله فليتوكل المومنون ولقد نصركم الله ببدر وانتم اذلة فاتقوا الله لعلكم تشكرون اذ تقول للمومنين الن يكفيكم ان يمدكم ربكم بثلاثة الاف من الملايكة منزلين بلي ان تصبروا وتتقوا وياتوكم من فورهم هذا يمددكم ربكم بخمسة الاف من الملايكة مسومين* *Cùm putarent duo agmina de veſtro numero inferiora fore, at Deus adjutor eorum fuit, Deóque fidunt fideles: nam & aliâs juvit vos Deus in Bider, cùm miſerè vobiſcum ageretur. Timete ergò Deum, quo*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

 illi

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

illi ſic gratias agatis. Si dixeris fidelibus, nónne ſufficiet vobis, quòd juvit vos Dominus veſter tribus millibus Angelorum de cœlo miſſorum? Quare ſi patientes ſitis & timentes Deum, veniet ad vos hoc ipſo tempore, ſervabitque vos Dominus quinque millibus Angelorum notatorum. Paulò pòſt: ليقطع طرفا من الذين كفروا او يكبتهم فينقلبون خايبين * Non eſt a. auxilium illud, niſi à Deo forti, ſapienti, *ut pracidat partem ex iis, qui credere nolunt, aut reprobat eos, quò, omni deſtituti ſpe, vertantur in fugam. Beidavi* per طرف *partem*, intelligit 70. nobiles Koreiſchitas in prælio Bidrenſi occiſos, & totidem captos. Loquitur etiam de hoc prælio *Suratâ* XXXII. Imò Muhammed ſic voluit à ſuis victoriam Bedrenſem recoli, ut contra omne futurum malum eſſet *ἀμυωτήριον* & ſolatium. Unde ad verba Alkorani ان ينصركم الله فلا غالب لكم وان يخذلكم فمن ذا الذي ينصركم من بعده * *Si Deus vos juverit, vobis nemo prævalebit, ſi autem vobis contrariabitur, quis eſt, qui vos juvare poſtea poſſit? Beidavi* obſervat, *ſi juverit vos, prout juvit in pralio Beder.* Fuit & aliud bellum *Bedrenſe*, anno fugæ 4. commiſſum *Elmac*. p. 6.

Bellum foſſa.

Anno quinto geſtum eſt غزوة الخندق *bellum foſſa*, ubi decem millia Judæorum, Koreiſchitarum, aliorúmque Muhammedanis ſe oppoſuerunt. Vicit tamen Muhammed cum exigua ſuorum jactura. *Elmacin. 6*. Incidit in hunc eundem annum prælium *filiorum Koraida*, contra quos ipſe Muhammed feliciter pugnavit. *Elmac*. p. 16.

Clades Hadiabitica.

Annus ſextus multis cladibus celebris eſt, *Hadibiatica* (eſt enim ex correctione viri cujusdam in Arabica literatura verſatiſſimi

tiſſimi pro حديثة apud *Elmac.* legendum حديبية) qui locus eſt prope Meccam, ubi inter Muhammedem & Koreiſchitas armiſtitium (hîc enim iterum pro وضع الحرث *ut liceat arare*, ſubſtitui debet الحرب ut *deponantur arma*, induciæ ineantur) decennale fuit inſtitutum. Atque hoc ipſo بيعة الرضوان وكانت البيعة تحت الشجرة وفقدت بعد ذلك * *Inauguratio benevolentiæ ſecuta eſt. Inauguratus autem fuit* (Muhammed) *ſub arbore, quæ poſtea periit, Elmac.* p.7. Noluit enim vel ipſa natura novos Muhammedis conatus probare, ſed ſuum potiùs manifeſtò hac in re diſſenſum teſtari. *Liber 2. de Pſeudopr. Muham.*

Anno fugæ ſeptimo ſucceſſit غزوة خيبر *Prælium Chaibarenſe*, ubi iterum victor exiſtens caſtella aliquot magno cum vitæ diſcrimine expugnavit. Victis pepercit, ita tamen ut magna annuatim penderent tributa. Hac pacis conditione Bedrenſes quoque fruebantur, & Judæi, qui, vires Muhammedis creſcere in dies videntes, vitæ ejus inſidias ſtruxerunt. Unde *Elmacinus* p. 8. refert; Zeinabam, filiam Alharithi Judæam, Muhammedi obtuliſſe ovem, veneno infectam, de qua cùm, eſurus aliquid, ſumſiſſet, dixit: ان هذا العضو ليخبرني انه مسموم *Ex hoc membro conjicio, ovem hanc venenatam eſſe.* *Prælium Chaibarenſe.*

Octavo anno, cùm Koreiſchitæ fœdifragio Muhammedi expugnandæ Meccæ occaſionem præbuiſſent, exercitu decem millium inſtructo Metropolim illam, quam aliquot annis antè deſerere fuit coactus, ſine cæde & pugna ingreditur, ſecuritate præſtita Meccenſibus, exceptis paucis, quos mori maluit, quàm ſuperſtites novum regnum turbare. Victricia profectò Muhammedis hactenus fuerunt arma contra Arabes & Judæos, *Mecca expugnatur.*

 illos

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

illos maximè, qui ſacrorum avitorum nunquam ita fuerunt tenaces, quin aliqui ſubinde ad captum hominis cuſæ Muhammedis religioni faverint, quorum deinde vel perfidiâ vel puſillanimitate factum, ut alii quoque belli ardorem extimeſcentes ῥιψάσπιδες facti fuerint. Unde Muhammed & aſſeclæ ejus tot victoriis & trophæis ſuperbientes *Sur.* IX. exclamant: لقد نصركم الله في مواطن كثيرة *Juvit utique vos Deus in multis locis*, belli nempe, ut *Beidavi* explicat, id eſt, *congreſſibus*. Mox tamen ſubjicitur clades Muſliminorum in valle *Honain* ab Arabibus Paganis accepta. His ea innuitur verbis: ويوم حنين اذ اعجبتكم كثرتكم فلم تغن عنكم شيا * *Die prælii Honain, cùm ipſosmet vos admiratio multitudinis veſtræ caperet, quæ tamen nihil vos juvit*, in fugam converſi eſtis. *Beidavi*, ex Arabum ſcriptis prælium ita deſcribit: Vallis eſt (cam *Elmac.* pag. 8. وهدي معروف *vallem* appellat *notiſſimam*) *inter Meccam & Taiph, in qua Muhammed cum infidelibus* (erant illi Thakifii, & Havazini ſub duce Melico, filio Auſi, qui paulò pòſt Islamiſmum fuit amplexus *Elmac.* pag. 8.) *armis decernit. Muhammedis exercitus ex XII. mill. erat collectus, quorum decem millia aderant* فتح مكة *capta Mecca: duo verò* من طلقا هوازن وثقيف *ex captivis Havazinis & Thakipheis. Hoſtium erant millia quatuor. Muhammedani igitur videntes, numero ſe cæteros multùm vincere, ſpreta eorum parva manu, victoriam ſibi polliceri cœperunt, alii alios exhortantes, ut ne animum abjicerent, eſſe enim ſe multis paraſangis potentiores. Hanc verò ſecuritatem, aut confidentiam potiùs, ex tanta multitudine exortam, cauſam fuiſſe victoriæ amiſſæ. Mox n. Muſlimos cæſos & in fugam datos, Meccam conceſſiſſe, ubi Muhammed cum haſta ſua ſubſtiterit,*

Prælio Honaim Muhammedani caduntur.

Digitized by Google

rit, à paucis quibusdam ſtipatus, Abbaſo nempe & Abu-Sophiano, quorum ille patruus erat, hic filius patrui, qui ante deditionem Meccæ operam jam ſuam Muhammedi obtulerunt. Liber 2. de Pſeudopr. Muham. Ecce quàm ſedulus ſit Muhammed & ingenioſus in excuſanda accepta clade! Ne fortè alii à cœpto reſilirent, & ab inflicto infortunio nova hæc ſacra ſuſpecta haberent, cauſam adverſæ fortunæ in ſuam ſuorúmque transfert jactantiam, qua, contemto hoſte, ſuis nimium tribuerint viribus. Poſtea verò, ubi, redintegratis copiis, hoſtem denuò aggreditur, eúmque (ut videre potes apud *Elmac.* pag. 8.) fundit, angelico præſidio cœlitùs miſſo, hanc acceptam ferendam felicitatem ſuis perſuadet. *Alkorani* verba ita ſonant: ثم أنزل الله سكينته على رسوله وعلى المومنين وانزل جنودا لم تروها وعذب الذين كفروا وذلك جزو الكافرين * *Poſtea demiſit Deus majeſtatis ſuæ præſentiam* (eſt enim Rabbin. שכינה quod tamen ipſi Arabes non intelligunt: unde *Beidavi* reddit per رحمته التي سكنوا بها *miſericordiam ejus, in qua habitârunt*) *ſuper Apoſtolum ſuum, omnéſque fideles. Demiſit etiam exercitum, quem non videbatis, quo punivit eos, qui ſunt infideles. Atque hæc eſt retributio infidelium.* Nomine exercitus, quem Arabes oculis ſuis non uſurpârint, intelligit *Beidavi* Angelos, quorum, juxta alios, fuerint quinque millia; juxta alios 8. juxta alios tandem 16. millia. Reliqua eodem anno ſuſcepta & confecta prælia recenſet *Elmac.* pag. 8. & 9. Ultimum incidit in annum 9. quod *Tebucenſe* vocatur. Cùm itaque vidiſſent miſeri iſti mortales, armis Muhammedem vix oppugnari poſſe, de alia quidam excutienda quercu cogitârunt, ſomnia quoque, Enthyſiaſmos, & prophetias commenti ſunt, quæ tamen ipſæ quoque fraudes, ut ſuprà; ubi de æmulis Muhammedis actum eſt; ma-

lè

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

lè ſucceſſerunt. Atque ſic Muhammed Rex pariter & Pſeudopropheta inter ſuos honoratus vixit ad annum *Fugæ* XI. quo ex Meccana peregrinatione redux mortuus fuit, teſte *Elmac.* Hiſt. Sara. pag. 9.

Mors Muhammedis. 1. Ex Elmacino.

وتوفي يوم الاثنين الثاني عشر من شهر ربيع الاول وكان عمره ثلاث وستين سنة وقيل خمس وستين سنة * *Obiit autem die Lunæ, qui duodecimus erat menſis Rabii prioris; cùm natus eſſet annos ſexaginta tres, aut, ſecundum alios, ſexaginta quinque.* Et *Patricid.* p. m. 247.

2. Patricide.

وفي السنة الحادية عشر من ملك هرقل توفي محمد ابن عبد الله نبي المسلمين يوم الاثنين لليلتين خلتا من شهر ربيع الاول لسنة احد عشر من الهجرة ودفن في بيته الذي توفي فيه وهو بيت عايشة وكانت علته ثلث عشر يوما ومات وله من عمره ثلثة وستون سنة ولم يخلف ولدا الا فاطمة وماتت باربعين يوما ويقال بسبعين يوما وذلك في خلافة ابي بكر * *Anno undecimo Imperii Heraclii mortuus eſt Muhammed, filius Abdalla, Propheta Muslíminorum, die Lunæ, qui erat ſecundus menſis Rabii prioris, anno fugæ undecimo, ſepultúsque eſt in domo ſua, in qua etiam obiit, éſtque illa domus Ajiſchæ. Morbus ejus duravit dies tredecim, poſteáque mortuus eſt anno ætatis 63. nullis relictis liberis, exceptâ Phatemâ, quæ quadrageſimo die pòſt, aut; juxta alios; ſeptuageſimo, Imperante Abubecro, animam quoque exhalavit.* Natura, Scribæ, judices, vexillum, ſymbolum, Gubernatores haberi poſſunt ex *Elmacino* p. 10. Nobis ea, quæ ad ſtatum politicum pertinent examinare & minutatim perſequi curæ

curæ non eſt. Compendium earum rerum inſeremus fortè Hiſtoriæ noſtræ Eccleſiaſticæ. Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Caput VI.

De

CAUSIS MUHAMMEDISMI conſervantibus.

Cauſæ Muhammediſmi conſervantes ſunt ferè eæ ipſæ notæ, quas Bellarminus pro veritate Eccleſiæ Romanæ affert, cujusmodi ſunt. I. Nomen Eccleſiæ & verè credentium ſeu Catholicorum. Vnde Muhammedis Chalipha أمرا المومنين Principes fidelium; *in qua tamen voce puerilis Genebrardi hallucinatio caſtigatur; vocantur. Plerorumque etiam Imperatorum nomina ad pietatem ſunt compoſita. II. Antiquitas, quam Muhammedani ab ipſo acceerſunt Adamo, III. Duratio diuturna, & nunquam interrupta, quæ Muhammediſmo per ſecula X. non poteſt negari. IV. Multitudo credentium, vel fidei ejusdem aſſeclarum, quâ Chriſtiani à Muhammedanis ſuperantur: Conſtat autem multitudo illa* a. *ex Mamlucis.* b. *Ex iis, qui minis vel promiſſionibus ad Islamiſmum coguntur.* c. *Qui ſponte impietati Muhammedicæ accedunt.* d. *Ex decimis, quæ Turcarum Imperatori debentur. V. Succeſſio, quam Muhammedani oſtendunt in doctrina & doctoribus. VI. Gloria miraculorum, quam ipſi Pontificiis largiuntur. Ex Muhammedanis eandem multi aſſerunt, ipſe tamen Muhammed parcus fuit in jactandis miraculis. VII. Sanctitas externa, quam probant* a. *in genere omnes.* b. *In ſpecie Monachi.* c. *Sancti.* d. *In templis. VIII. Confeſſio hoſtium. IX. X. Felicitas eorum, infelicitas hoſtium.*

DIximus jam aliquoties, habuiſſe Imperium Muslimicum ſucceſſus ſtatim incredibiles & rerum omnium ad nutum & votum eventus feliciſſimos, usque adeò, ut vix ulla Monarchia latiùs tam brevi temporis ſpatio ſua dilatârit pomœria, quàm cum ipſo Imperio Muhammed luem doctrinæ peſtiferam: Ab initiis parvis perpetuo ſecundorum eventuum tenore maximam & florentiſſimam orbis Chriſtiani partem armis ſubegit, & fidem

 in-

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Muhammedani eaſdem Eccleſiæ ſuæ obtendunt notas, quas Pontificii.

infidelitati ſuccumbere coegit. Poſtea, regnò ſemel ſtabilito, & veneno per univerſum ferè orbem diffuſo, quæri cœpum eſt non tam à Muſelmannis, quàm fidei Chriſtianæ conſecraneis, unde factum, quòd Religio, in multis tam manifeſtè blaſpema, in aliis ridicula, perplexis ubique & vix ipſis Arabibus cognitis conſtans principiis, tantum protinus non conſequuta modò fuerit conſenſum, ſed & eundem obtinuerit ad hæc noſtra tempora. Habebit propterea, caput hoc, in re Theologica majorem uſum, quia nobilis illa controverſia de notis veræ Eccleſiæ haud obſcuram hinc accipiet lucem. Patebit inde infirmitas cauſæ Pontificiæ, qui pro veritate Eccleſiæ iiſdem ferè certant notis, quibus Muhammedani. Elucebit ex hac tractatione, rectiſſimè Reformatos Eccleſiam veram ab aliis conventiculis ſecernere pura verbi Dei prædicatione, & legitima Sacramentorum adminiſtratione. Cùm enim pleræque notæ Bellarminianæ ὄντως rectiùs competant Muhammediſmò, quàm Papiſmo, aliæ eâdem ab iis rapiantur & uſurpentur audaciâ, quâ à Pontificiis, quis non videt alias, ſoli veræ Eccleſiæ competentes, quærendas eſſe notas?

Cujusmodi eſt 1. Nomen Eccleſiæ fidelium.

Prima nota eſt, inquit Bellarminus Controv. IV. General. l. 4. c. 4. *ipſum Catholicæ Eccleſiæ & Chriſtianorum nomen*. Utrumque ſibi arrogant Muhammedani. Illud quidem ſenſu magis, quàm verbo, quia Græcum eſt & auribus Arabicis peregrinum. Habent tamen duas voces æquipollentes المسلمين & المومنين quæ *credentes, orthodoxos* notant. Vide ſup. pag. 4. & 5. Unde ab Imperio Omari & deinceps Imperatores Muslimici امرا المومنين *Imperatores fidelium* nuncupari voluerunt. *Patricid.* Hiſt. Eccleſ. p. 294. والمغيرة هو اول من سما عمر ابن الخطاب امير المومنين لان الناس

Unde a. Imperatores Muhammedici vocantur Omra-al-mumenin *Teſte Patricide.*

الناس كانوا بعد موت محمد يسموا ابو بكر خليفة Liber 2. de Pſeudopr. Muham.
رسول الله واذا كتبوا اليه عماله كتبوا الي خليفة
رسول الله من فلان ولما ولي عمر ابن الخطاب كانوا
يسمونه خليفة خليفة رسول الله وكانوا عماله يكتبوا
اليه الي خليفة خليفة رسول الله من فلان ولما ولي
عمر ابن الخطاب المغيرة ابن شعبة علي البصرة كتب
اليه لعبد الله عمر ابن الخطاب امير المومنين فسمي
عمر ابن الخطاب امير المومنين فمن ذلك الوقت
* يسموا الخلفا امير المومنين *Fuit autem Mogeira primus, qui Omaro, filio Alchittabi, nomen Amir-almumenin* (principis fidelium) *impoſuit. Nam poſt Muhammedis obitum ſolebant homines Abubecrum appellare Chalipham* (ſucceſſorem) *Legati Dei. Quotiescunque ergò illi præfecti ejus ſcripſerunt, hac uſi ſunt formulâ: Ad Chalipham Apoſtoli Dei, à N. Cùm autem Omar, filius Alchittabi ad gubernacula ſediſſet, eundem Chalipham Chaliphæ Apoſtoli Dei nuncupârunt: ejuſdem proinde præfecti literas ad eum daturi ſcribebant: Ad Chalipham Chaliphæ Apoſtoli Dei à N. Cúmque Omar filius Alchittabi Mogeiram Ibn-Schaaba præfeciſſet Baſoræ ita ad eum ſcripſit: Servo Dei, Omaro, Ibn-Alchittab, Principi fidelium. Atque ſic vocatus eſt Omar, filius Alchittabi Amir-almumenin. Vſu etiam venit, ut ab hoc tempore omnes Chaliphæ nominati fuerint Omra-almumenin*, Principes fidelium: unde etiam *Zonaras* ſcripſit t. III. p. 112. annal. & Zonara. τ̃ Ἀγαρηνῶν ἀρχηγὸν dici ἀμερμουμνῆ. Vocabulum hoc malè ab authoribus intellectum mira nobis dedit figmenta. Vel

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

unum audi *Genebrardum* Chronolog. lib. IV. p. 517. *Valde corruptum vocabulum illud eſt, quod Miramolinum appellamus. Eſt enim propriè ſuâ linguâ Dominus Dominorum,* Mirmiran *id ſignificat, converſa fuit r in l, ut in pleriſque accidit. Idem evenit in Sophi, quod à Schopheth Hebræo deductum eſt, à Latinis Suffes dicebatur Carthagine dictator. Ea autem hîc annotare libuit, ut intelligatur ab omnibus, qui de Antichriſto dubitabant. Duæ enim notæ præcipuè illæ ſunt, quòd dominetur templo Dei, & ſe Dominum Dominorum audeat nuncupare, qui ſoli Deo titulus convenit. Si ergo Mahometes non videatur aliquibus, verum eſſe Antichriſtum: ſaltem illius eſt præcurſor & abominabilis nuntius.* Nihil profectò ab homine vel mediocriter docto ſcribi potuiſſet ineptiùs. Nec enim *Sophi* ab Hebræorum eſt שופט, nec *mirmiram* Arabibus Dominum Dominorum ſignificat. Corrupta eſt vox uſu Barbarorum *Miramolinum*, pro *Amir-almumenin.* Agnovit hoc author *Fortal.* fid. l. IV. pag. 171. *Sed ſi ipſum regem & Chalipham Reputans Miramumolim,* id eſt, Regem gentium, *ſe & omnes ſucceſſores præcepit appellari. Linguâ enim eorum* mira (Amira) *idem eſt quod rex,* mamolim (mumenim) *autem* credentium *interpretatur.* Eſt & aliud nomen æquè luculentum, quo Imperatorum Muhammedanorum quiſque appellari geſtit, nempe نصير الملك والدين *Adjutor Imperii & religionis.* Tandem etiam videas, Imperatores Muslimicos plurimos ea elegiſſe nomina, quæ meram devotionem ſpirant & ſtudium pietatis. Sed videamus exempla. Rex à Muhammede decimus appellari voluit عبد الله *ſervus Dei.* Idem nomen habuit Chalifa vigeſimus ſecundus, & primus Abbaſidarum, cujus etiam ſymbolum fuit الله ثقة عبد الله وبه يومن *Deus fiducia eſt Abdallæ, atque in eum credit.* Abugiafer Haruni cognomentum tribuitur الرشيد quod optimè verteris ὀρθο-

b. *Iidem cognomina habent ad pietatem compoſita.*

θεοδρομοῦντα, ὀρθοποδοῦντα, ὀρθόδοξον, cujus ſymbolum erat, العظمة والقدرة لله *Magnitudo & potentia Dei.* Qui cum ſecutus eſt, Abu Abdalla, patris exemplo excitatus الأمين dici voluit, id eſt, *fidelis.* Symbolum ex *Elmacino* colligimus tale: محمد واثق بالله *Muhammed* (nam & hoc nomine ille venerat) *confidit in Deum.* Paulò pòſt ad Imperium evectus Muhammed, cui cognomentum معتصم بالله *Qui in Deo ſe confortat.* Hic quidem, ut *Elmacin.* pag. 143. ſcribit, fuit أميا *Idiota,* ne quidem literas pingere doctus, ſymbolo tamen ſuo magnum pietatis fervorem præ ſe tulit. Sonat illud: ثقة أبي اسحق ابن رشيد الله وبه يومن *Confidentia Abu-Ishakif Raſjidi eſt Deus, atque in hunc credit.* Proximus ei Rex Muſliminorum, qui numero eſt xxx. nuncupatur واثق بالله *confidens in Deum.* Symbolum ejus الله ثقة الواثق *Deus confidentia eſt Vathici.* Idem prorſus, unius, ſed planè Synonymæ, vocis mutatione, cognomen adeptus fuit ſucceſſor, Giafar, Abulfadlus, nempe المتوكل على الله *Sperans, fiduciam collocans in Deo.* Convenit & Symbolum: على الله توكلي *In Deo meo eſt fiducia mea.* Nec inferior eſſe voluit xxxii. Muhammed Abugiafar, cui cognomen المستنصر, معتنز بالله *qui auxilium Dei implorat.* Huc pertinet xxxiv. معتز بالله *confortatus à Domino.* xxxv. مهتدي بالله *directus à Deo.* xxxvi معتمد على الله *ſtabilitus ſuper Deo.* xxxvii. معتضد بالله *ſuffultus à Deo.* xxxviii. مكتفي بالله *ſufficien-*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham:

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

cientiam habens à Deo. XXXIX. مقتدر بالله *prævalens per Deum*: cujus ſymbolum fuit: الحمد لله الذي ليس كمثله شي وهو خالق كل شي* *Laus Deo, cui nulla res eſt ſimilis, quíque creator omnium rerum eſt.* XL. قاهر بالله *potens in Deo.* XLI. الراضي بالله *acquieſcens in Deo.* XLII. المقتفي الله *electus à Deo*, vel *ſingulari ab eo beneficio affectus.* XLIV. المستكفي بالله *qui in Deo ſatis habet, in eo acquieſcit.* XLV. المطيع لله *obſequens Deo.* Idem cognomentum tribuitur ſucceſſori, ſola mutata conjugatione; الطايع لله XLVI. قادر بالله *potens in Deo.* XLVII. القايم بامر الله *Subſiſtens in Dei mandato.* XLVIII. مقتدي بالله *ductus à Deo.* XLIX. مستظهر بالله *vincens in Deo.* Atque huc uſque ſuam *Elmacini* translationem deduxit Erpenius; ſuccedunt ex Mſc. exemplari Heidelbergenſi pauci adhuc alii. L. المسترشد بالله *directionem petens à Deo.* LI. الراشد بالله *rectè incedens in Deo.* LII. المقتفي بامر الله *electus mandato Dei.* LIII. المستضي المستنجد بالله *implorans ſuppetias Dei.* LIV. المستضي بنور الله *illuminatus lumine Dei.* Quid? quòd Sultan ille Ægyptiacus (qui poſtremò Chriſtianis terram ſanctam, quam cladem breviter deſcribit *Elmac.* pag. 293. eripuit, quémque *Saladinum* vulgò vocant) Arabibus dicatur صلاح الدين يوسف Zallahuddin Juſepho, *Joſephus reſtaurator, reformator*

tor religionis; eodem planè modo, quo Muatſeius, occiſo Habibo (de quo *Elmac.* Hiſtoriæ Sar. p. 170.) تلقب الناصر لدين الله *cognomentum adeptus ſubvenientis religioni Dei.* Sunt hæc exempla ſingularia; generalem uſurpationem, quâ verè fidelium & aſſeclarum Chriſti nomen Muhammedani ſibi tribuunt, ſuppeditat ipſe Muhammed in *Alkor.* cap. III. وجاعل الذين اتبعوك فوق الذين كفروا الي يوم القيامة ثم الي مرجعكم * *Et pono eos, qui te* (Chriſtum) *ſequuntur ſupra eos, qui infideles ſunt ad diem reſurrectionis: atque tunc ad me* (Jeſum, juxta *Beidavi*) *reditus veſter.* Qui verò ſunt hoc loco, qui Chriſtum ſequuntur? *Beidavi* ſcribit: ومتبعوه من امن بنبوته من المسلمين والنصاري والي الان لم يسمي عليه اليهود عليهم اللعنة * *Aſſeclæ autem ejus ſunt, qui credunt Prophetiæ ejus ex Moſelmannis & Chriſtianis: Hactenus verò ab eo Judæi maledicti non fuerunt nominati.* Ecce, quàm ſit infirmum Bellarmini argumentum, deductum à nomine, niſi ipſa nomini reſpondeat res? Aliâs enim, ſi nominibus certandum ſit, vides Muhammedanis nihil deeſſe. Imò ſibi ſolis nomen verè credentium deberi putant: exiſtimantes reliquos; Judæos & Chriſtianos; vel in exceſſu peccare, vel in defectu. Vnde ad verba Alkorani لا تغلوا في دينكم *Ne ferveatis, modum excedatis in religione veſtra,* Beid. com̄. p. m. 147. ſcribit: الخطاب للفريقين غلت اليهود في حط عيسي حتي رموه بانه ولد من غير رشده والنصاري في رفعه حتي اتخذوه الها وقيل للنصاري خاصة *

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

c. *Ipſe Muhammed ſe cum ſuis Chriſti veros aſſeclas eſſe putat.*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham. ✱ خاصة idest, *Sermo eſt de duabus ſectis, Christianis & Judæis. Judæi in ſententia ſua de Christo limites excedunt, dum calumnioſè & impiè de illo ſpargunt, quòd illegitimè ſit natus. Christiani autem, nimium exaltando eum, quatenus eundem Deum profitentur. Alii tamen dicunt, hoc loco peculiariter de Christianis ſermonem eſſe.* Unde & in *Fortal.* fid. libr. IV. caput occurrit, quo contendunt Saraceni probare, *quòd illi, qui dicuntur Christiani, non ſint Christiani.*

II. Antiquitas. II. *Nota.* Bellarm. ait, *eſt antiquitas.* Hâc quantum Muhammedani ſuperbiant ubique & triumphent, dici nequit. Negant, vel tempus creationem antecedens ſuo competere Alkorano: Æternitatem ei aſſignant, & attributum ἀκτισίας. Vide ſuprà pag. 416. De Muhammede ipſe Adam apud Keſſæum pag. 31. teſtatur, quòd ſit *dilectus & electus Dei.* Addit:

فقد رايت اسمه مكتوب علي سرادقات العرش وفي اللوح المحفوظ وعلي صفح السموات وعلي ابواب الجنة ✱

Vidi ego (Adam) *nomen ejus inſcriptum tentorio vel velo Throni; & tabulæ cuſtoditæ, & extremitati cæli, & portis paradiſi.* Quid? quòd Angelus Adamum Paradiſo ejectum, ex Arabum mente, ita contra Satanæ inſidias armârit: انك تقوي عليه بتوحيدي وهو ان تقول لا اله الله محمد رسول الله ✱ *Tu utique prævalebis ei* (Diabolo) *in unitate mea, cùm nempe dixeris: Non eſt Deus, niſi ille Deus, & Muhammed Apoſtolus.* Quòd deinceps Abrahamum, Iſaacum, Jacobum omnéſque Prophetas ſuæ Religionis hyperaſpiſtas velint Muhammedani, ex iis, quæ ſuprà in Genealogia Patriarcharum diximus, repetere licet. Omnino, notam hanc ſuæ Eccleſiæ Muhammedani, & ſi verè non habeant, ſumunt ſaltem, eâdem profectò licentiâ, quâ ipſi Papiſtæ.

Tertia

Tertia nota, ſcribit Bellarminus, *eſt duratio diuturna, nec unquam interrupta.* Hæc certè ſi veræ Eccleſiæ ſit nota Characteriſtica, longè Pontificii erunt Muhammedanis inferiores. Neque enim Pontificii dogmatum omnium, quæ inde à Concilio Tridentino anathematis fulmine orbi Papiſtico impoſita ſunt, durationem à tot ſeculis accerſere poſſunt, quot oſtendere proclive eſt Muhammedanis. Mille annorum flexus eſt & fluxus, ex quo infeliciſſimus Muhammedis fœtus ab orbis magna parte exceptus eſt, & retentus. At multa Tridentini Patres ſanciverunt, quæ ne unius quidem ſeculi præſcriptione defendere poſſent. Liber 1. de Pſeudopr. Muham. *III. Duratio diuturna.*

Quarta nota, juxta Bellarminum, *eſt amplitudo ſive multitudo & varietas credentium.* Malè profectò agetur de univerſo Chriſtianiſmo, ſi ex multitudine ejus fundamentum debeat æſtimari. Palmam ei multis paraſangis præripiet Muhammediſmus, qui ſic latè, inde à primis ſuis incunabulis, eſt graſſatus, ut non Orientem modò, ſed & Occidentis aliquot plagas, quod falsò negat Bellarminus, occupârit. Vide ſup. p. 1. Quibus adde teſtimonia tam *Judaorum*, quàm *Chriſtianorum.* Ex *Judæis* R. Lipm. in lib. Nizzachon pag. 159. ſic loquitur: כל זה בארתי נגד האומות ונגד המהרהרים אבל נגד הנוצרים אין אנו צריכים תשובה שהרי הישמעאלים כמה פעמים יותר מהם וגם אין תלוי בזה מאומה כמו שנא׳ לא מרובכם חשק בכם כי אתם המעט מכל העמים וכתיב והייתם לי סגולה: id eſt, *Hæc omnia explicui contra gentes & ſiniſtrè cogitantes: Contra Chriſtianos reſponſum non eſt neceſſarium; Sunt enim Iſmaëlitæ iis multis vicibus numeroſiores. Neque verò quicquam hac in re ſitum eſt, ſicut dicitur:* Non propter multitudinem veſtram vos deſideravit; parva enim manus fuiſtis præ gentibus. *Et ſcriptum eſt: Et eritis mihi in peculium*; quod non in numero conſiſtit, ſed in pretio & qualitate. *IV. Amplitudo.* *De qua 1. Judæi.*

Ex *Chriſtianis* audire placet Septem-caſtrenſem illum Mo- *2. Chriſtiani.*

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Monachum, diu inter Muhammedanos captum, cujus verba lib. de Turcarum moribus c. IX. hæc ſunt: *De motivis conjecturæ dicit Abbas Joachimus ſuper illud Apocalypſis tertio decimo. Et univerſa terra admirata eſt poſt beſtiam, licet in die ſuo ſit complendum, jam tamen non deſunt plurimi, qui admirentur, & quaſi titubare incipiant, dicentes: Quid eſſe creditur hoc indicium, quòd tanta multitudo adverſatur fidei, & quòd ita prævalere permittitur contra populum Chriſtianum? Putas, quòd tot millia hominum damnanda ſunt quaſi unus homo? Putas, ſine cauſa, permittit Deus illos in tantam excreſcere infinitatem? Hoc dicentes miſeri ceciderunt à fide, neſcientes id quòd ſcriptum eſt: Quàm magnifica ſunt opera tua Domine! Nimis profundæ ſunt factæ cogitationes tuæ: Vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc. Cùm exorti fuerint peccatores ut fœnum, & apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem: ut intereant in ſeculum ſeculi; Tu autem altiſſimus, Domine. Hæc verò neſciunt ſtulti, qui admirantur poſt beſtiam, & deſerunt fidem Chriſti inclinantes ſe beſtiali poteſtati, & tranſeuntes ad immundiciam ejus, & ipſius ſe perfidiæ hæredes faciunt. Hæc ille. Hic Abbas Joachim ponit quatuor motivas conjecturæ. Primò enim ſic audientes potentiam ipſius Turci & victorias ejus contra Chriſtianos, & mala multa, quæ facit quotidie, admirantur & dicunt: Quomodo tanta multitudo contrariatur fidei? Quaſi dicerent: Cùm ipſa veritas ſemper prævaleat errori, & magis eſt amata & deſiderata ab omnibus, non eſt poſſibile, quòd tam multi eam impugnent. Ergò ubi multitudo, ibi veritas. Secundò ſic: Quomodo poſſent prævalere veritati, cùm Deus ſemper ſit adjutor veritatis, vel ipſam tenentibus. Ergò qui prævalent, tenent veritatem, &c.* Hæc cùm nuper verba doctiſſimus, & rituum Orientalium, poſt multas peregrinationes, peritiſſimus vir *Franciſc. Barton*, Anglo-Cantianus, legiſſet, non malè annotavit: *De credentium multitudine tanquam Eccleſiæ nota ge-*

Digitized by Google

genuina fruſtra gloriantur Pontificii. Nam præter Imperia Græcum & Trapezunticum Turcæ numerant Regna & Principatus XX. ſibi ſuæq; religioni addictos. Nomina videre eſt in ſyllabo quodam Lexici Italico-Turcici ſub finem adjecto. In hunc tamen numerum Perſidem & Tartariam non referunt. Unde *Septem-caſtrenſis* iterum: *Tertium motivum, quo Muhammedani in ſuo detinentur errore, eſt maxima & continua argumentatio non ſolùm ab iis, qui vincti & victi adducuntur, vel qui ſponte ſe offerunt, ſed etiam de iis, qui inter eos continuè generantur.* Ergò, ut diſtinctiùs loquamur, Muhammediſmus ſua incrementa habet. Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

I. A. *Mamlucis* id eſt, ἀργυρωνήτοις ære emtis, vel δορυκτήτοις in prælio captis. De his *Barthol. Georgeviz* Epit. de Turcar. moribus cap. 11. S. 1. *Suſcipienti Turcarum Imperatori adverſus Chriſtianos expeditionem inter reliquos mercatores ſemper comes eſt ingens turba mangonum & laniſtarum, camelis inſidentium: hi in ſpem mancipiorum longiſſimas catenas ſecum deferunt, in quibus facile quinquageni, aut ſexageni per ſeriem colligantur.* Et *Septem-caſt.* c. VII. *Tanta eſt apud eos aviditas poſſidendi ſervos & ancillas, ut in tota Turcia una omnium univerſalis habeatur opinio, quòd quicunque potuerit unum poſſidere ſervum vel ancillam, egeſtatem amplius non ſit viſurus.* Vide & c. V. *de ſollicitudine, quam habent Turci ad inveſtigandum & rapiendum Chriſtianos.* c. VI. *Quomodo captos conſervent, emant & vendant.* *Illa multitudo eſt a. Ex Mamlucis*

II. Ab iis, qui, vel à Gentiliſmo, vel Chriſtianiſmo vi & minis avulſi, per emiſſarios Muhammedicos ita faſcinantur, ut difficulter pedicis eorum ſe poſſint extricare. De his loquitur *Graſſerus* in Plaga ſua regia pag. 151. *Superſtitio Mahomedica adhuc quidem ante annos 600. circa illam fatalem converſionem regni beſtialis, de qua mihi ad v. 40. c. 11. Danielis alibi dictum eſt, in Aſia inter Tartaricas & Indicas nationes, verſùs Ortum & Septentrionem magnos progreſſus fecit: ſed* b. *Ex iis, qui vi coguntur.*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

ita ut ab eo intra certos limites fermè ſubſtiterit. Hoc autem tempore Arabes illi Mechari (Luſitani hos Mauros vocant) à Luſitanis irritati in Indiæ Orientalis, quâ versùs auſtrum declinat, partibus de religione ſua propaganda non minùs laborare dicuntur, quàm Jeſuitæ: In abnuentes etiam non minus crudeliter feruntur ſævire, quàm Hiſpani. Nam & Calluphi Mechanus (qui verus Muhammedanorum Papa, Mahometisque ſucceſſor eſt) in prædictas regiones ſuos ſubinde emiſſarios homines acres, & in lege ſua exercitatos ſubmittit, qui & Paganis Alkoranum prædicant; & Jeſuitis armis & voce acerrimè reſiſtunt. Id partim habeo ex Epiſtolis Indicis Jeſuitarum, partim ex Mercatorum Batavorum relationibus: ex quibus conſtat, Mauris illis aſſeclas in illis regionibus & potentes etiam patronos non deeſſe, qui religionem hanc ferro & igne propagare ſtudent. Teſtantúrque Batavi, ſe in Inſula Java Regem Balimboæ à numeroſo Muhammedanorum Indicorum exercitu obſeſſum deprehendiſſe, qui in extrema ſenecta eum, ut ſuam ſectam amplecteretur, cogere volebant. Sed & iidem Belgæ, tum in conflictu quodam inſignem Maurorum Præſidem interfecerunt, qui à Calluphe eò miſſus erat, ut res Muſulmannicas ibidem curaret: quem ob pietatis & doctrinæ opinionem in magna apud Gentes illas veneratione habitum affirmant. Addunt & hoc, Javanenſes illos ante annos primum 34. Muhammediſmum recepiſſe. Scribunt autem hoc anno 1596.

3. *Qui ſponte ſuccumbunt.*

III. Sunt illi, qui ſponte, vel ſpe lucri, vel ſervandæ vitæ, Muhammediſmo accedunt. Ejusmodi verò proſelytos Muhammedani oſtendunt non paucos ipſo ſtatim Islamiſmo exorto. *Beidavi* ad verba Alkorani الذين اتيناهم الكتاب من قبله هم به المومنين * *quibus dedimus librum, ante ipſum* (Muhammedem,) *credunt in ipſum*; ita ſcribit: نزلت في

في مومني اهل الكتاب وقيل في اربعين من اهل الانجيل اثنان وثلثون جاوا مع جعفر من الحبشة وثمانية من الشام * *Demiſſa propter fideles populi libri. Alii dicunt, propter quadraginta de populo Evangelii (* Chriſtianis:*) triginta duo venerunt cum Giafar ex Aethiopia, & octo ex Syria.* Ita ad verba: جزا المحسنين *ad retributionem bene agentium,* commentatur: الذين احسنوا النظر والعمل نزلت في النجاشي واصحابه بعث الله اليه رسول الله بكتابه فقراه ثم دعا جعفر بن ابي طالب والمهاجرين واحضر الرهبان والقسيسين فامر جعفر ان يقرا عليهم القران فقرا سورة مريم فبكوا فامنوا بالقران وقيل نزلت في ثلاثين او سبعين رجلا من قومه وفدوا علي رسول فقرا سورة يس فبكوا وامنوا *

Intelliguntur illi; *qui bene ſe gerunt theoreticè & practicè. Delapſa eſt* hæc pars *propter Regem Aſſyriorum & ſocios ejus, ad quem Deus miſit legatum Dei cum libro ſuo, ut eum legeret. Poſtea vocavit Giafar, filium Abitaleb, & ſocios exilii: præſentes etiam eſſe voluit Monachos & Presbyteros, dedítque in mandatis Giafaro, ut legeret iis Alkoranum: cúmque legiſſet Suratam Mariæ, lachrymis illi fuſis crediderunt Alkorano. Alii dicunt, deſcendiſſe, propter triginta aut ſeptuaginta viros de populo ejus, qui ablegati venerunt ad Apoſtolum (* Muhammedem*) quíque, cùm lecta iis eſſet Surata Jas, fl.verunt, & crediderunt.* Ita etiam ad verba *Surata* III. وان من اهل

 الكتاب

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

الكتاب لمن يومن بالله وما انزل اليكم وما انزل اليهم * *Vtique de iis, qui acceperunt librum, qui credunt in Deum, & quod demiſſum fuit ad vos & eos, &c.* Reperio hæc *Beid.* commentaria: نزلت في ابن سلام واصحابه وقيل في اربعين من نجران واثنين وثلثين من حبشة وثمانية من الروم كانوا نصاري واسلموا * *Demiſſus eſt hic verſus propter Ibn-Salam & ſocios ejus. Alii verò dicunt, propter quadraginta Naghranæos* (Nomen regionis in Jamæa,) *triginta duos Aethiopes, octo Romanos, qui, cùm Chriſtiani eſſent, Muſelmanni facti ſunt.* Ita *Ahmed Ibn-Edris* pro Alkorani certat authoritate, ex اسلام كثير من احبار اليهود ورهبان النصاري *eo, quòd multi Muſelmanni facti ſunt tum Judæorum Sacerdotes, tum Chriſtianorum Monachi,* p. m. 294. De hujus farinæ apoſtatis loquitur *Septem-caſtrenſis* cap. VIII. *Sed etſi de iis, qui quotidie inviti devicti & coacti adducuntur ſecta illa fulcimentum & augmentum recipiat: culpam tamen eorum excedit in immenſum facinus illorum, qui tanquam arida ligna huic inſatiabili incendio ſine contradictione ſe ipſos exponere non deſiſtunt. Sed illi, dum ſponte ſe in dies in tanta multitudine ad negandam fidem ingerunt, non ſolum ſibi, ſed etiam cæteris incitamentum ruinæ fiunt. De quorum genere ad plagam aquilonis quatuor vel quinque magna regna ſita ſunt, quorum terras licet Turcas ipſis devictis longo antè tempore poſſederit, tamen eos propter amplitudinem & latitudinem nequaquam cum Turcis adhuc implere potuit, quorum ſunt nomina: Boſna, Armant, Sclavonia, Albania. Vnde uſque hodie gentes illæ terram ſuam ſub Dominio ipſius Turci inhabitant. Sed propter tributa annalia & onera gra-*

Digitized by Google

gravia, & multas incommoditates, quas patiuntur, ita depauperati ſunt, ut vix ſe nutrire poſſint. Unde fit, ut egeſtate compulſi annuatim tempore laboris veniant, & per civitates Turcorum diſpergantur, ut inopiæ ſuæ, more mercenariorum, aliquatenus valeant cum ſudore laboris ſublevamen invenire. Et ſi intemperies aëris non obſtiterit, in tanta veniunt multitudine, ut pro ſolo victu laborare contenti ſint, & iſtis facilè perſuadetur, quòd non recedant: quòd illius Idiomatis & generationis tanta ibi increverit multitudo & maximè in civitate regia, quæ Edrenopolis dicitur, ut ferè omnes maſculi & fœminæ parvi & magni hoc idioma loqui didicerint. Nam in curia ipſius regis vix aliquando Idioma Turcorum auditur, eò quòd tota curia & major pars magnatum ex renegatis illius Idiomatis congregata exiſtat. His accedunt illi, de quibus *Joh. Cotovic.* in Itin. cap. IX. *Cæterùm, Chriſtiani Syriæ indigenæ (qui quidem per univerſam Syriam plures ſunt, quàm quis credat) ob diuturnam cum infidelibus conſuetudinem (ex convictu enim, ut author eſt Seneca formantur mores) plurimi, immerſi vitiis, nihil præter nomen Chriſtianum præ ſe ferunt, pejores quandoque ipſis Turcis ac Mauris.* Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

LV. Multum enim Muhammediſmo accedit ex *decimis* illis, de quibus *Septem-Caſt.* l. cit. ita loquitur. *Præterea Turcus magnus ex omni præda & rapina decimas ſuas habet, & cùm ſenſerit, copiam eſſe captivorum, præcipit, ut omnes juvenes à viginti annis & infra pro parte decima, quæ ad eum ſpectat, ſibi offerantur. Sed & per omnem terram ſui dominii adhuc multi ſunt è Græcis antiquis & aliis nationibus, qui caſtella & oppida inhabitant, & ab omnibus ſtatutis & oneribus aliorum Dominorũ liberi & exemti ipſius regis ſervitiis intendunt, & ad ejus curiam pertinent. Horum filios à viginti annis & inferioris ætatis, miſſis nuntiis de quinquennio in quinquennium ſibi adducere præcipit & jubet, ut diſtributi per curias magnatum ſuorum in moribus & viribus, & in armis* 4. Ex decimis.

eru-

Liber 1. de Pſeudopr.. Muham. *erudiantur & exerceantur. Qui dum circa viginti annos vel amplius ætatis perveniunt, reductos ad curiam ſuam in ſtipendium ſuum eos recipit, & ibi famulari facit. Tales eorum lingua Gingeſcheri vocantur, & habentur aliquando in curia regis triginta vel quadraginta millia, & portant quadam inſignia in veſtimentis & maximè in capite. Portant enim pileos vel mitras albas, quibus nemo audet uti, niſi ſit de curia regis, & ex illis habentur electi Sagittarii quinque vel ſex millia, qui arcum ad ſiniſtram trahunt.* Sed de his dicendi hic locus non eſt.

V. Succeſſio 1. Doctorum. Si, quintò, in *ſucceſſione Epiſcoporum*, id eſt, Antiſtitum, doctrinam aliquam, ſine interruptione, publicè ubique docentium aliquid pro veritate Religionis quærendum ſit ſubſidii, eam certè Muhammedani quoque geminam habent, *generalem*, quæ Prophetiæ ſucceſſio vocari poteſt, & *ſpecialem*, quæ muneris ; oſtendunt. *Succeſſio* autem *muneris* aliquo uſque apud Caliphas remanſit. Unde *Conſt. L'Emper.* notis ad Benjam. itin. pag. 182. *Caliphæ in Politicis & Eccleſiaſticis ita ſe gerebant, ut in utroque genere per ſe quoque, quæ agenda erant, exequerentur, adeò ut etiam conciones ſacras haberent, quod non ſolùm ex Elmacino liquet, ſed etiam authore noſtro, qui pag. 68. circa medium id ipſum narrat.* Poſtea verò, Arabum Imperio ad Turcas tranſlato, ubi negotiis occupati publicis Sacra tractare, vel non potuerunt, vel non debuerunt, ſuos habebant Pontifices, & omnium controverſiarum circa doctrinam ortarum judices. Vocatur Antiſtes ejuſmodi Arabum linguâ مفتي *Doctor*, cujus quanta ſit in Imperio Turcico authoritas, illi nôrunt, quibus vel eminus Muhāmedanorum religio eſt perſpecta. *Mufti*, inquit *Busbeq.* Ep. 1. *apud Turcas Sacerdotum ſupremus, ut apud nos Romanus Pontifex.* Hic verò Mophthæorum ordo concatenatus hoc ipſo adhuc die durat.

2. Doctrinæ. De ſucceſſione generali juris maximè Prophetici : muta-

tâ

Digitized by Google

tá tamen doctrinâ : loquitur idem ille *Septem-caſtrenſ. c.* XIII. *Dicunt enim primum, Prophetam magnum cui data fuit lex primitùs à Deo, fuiſſe Muſa, id eſt, Moyſen, cui datus eſt liber Tefrit,* (Taurath) *quem nos Pentateuchum nominamus: & omnem hominem, qui eo tempore legem obſervâſſet, ſalvatum eſſe. Cùm autem per ſucceſſum temporis humana malitia & negligentia hanc legem corrupiſſet, in hujus prævaricationis remedium electus eſt ſecundus Propheta magnus Dajit* (Davod) *quem nos David dicimus, cui datus eſt liber Zabur, quem nos Pſalterium vocamus: Quo priori modo ſervato & corrupto, tertius quoque Propheta magnus ſubjunctus eſt Jeſſe, id eſt, Jeſus, cui tertia lex cum libro Vigilis* (Enghilis) *quem nos Evangelium dicimus, miſſa eſt: quæ ſuis temporibus omnibus cauſa ſalutis fuit. Ea tandem præcedentium modo evacuata, quartus electus eſt Mahumetes, qui legem cum libro, qui Alkoranus dictus eſt, à Deo accepit: Quæ evacuatis omnibus antè habitis ſola neceſſitatem ſalutis donec alia ſupervenerit plenè & indubitanter ab ipſo prædicatur & dicitur habere.* Quæ verò & quanta ultimæ hujus legis interpretum & vindicum, poſt Muhammedem, fuerit authoritas & officium ex ſequenti colligere proclive eſt exemplo : ocurrit illud in *Itinerario Benjam.* pag. 63. ומשם שני ימים לבגדאר

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Officium & poteſtas Chalipha ex Benjam.

היא העיר הגדולה ראש ממשלת כליפת אמיר אלמומנין אלעבאסי
ממשפחת הנביא שלהם והוא הממונה על דת תישמעאלים
וכל מלכי ישמעאל מודים לו והוא עליהם כמו הפפא על
הנוצרים ויש לו ארמון בתוך בגדאר מהלך שלשה מילין ובתוך
הארמון יער גדול מכל מיני אילני העולם בין עושי פרי ובין
שאינן עושין פרי ושם כל מיני חזות ובתוך היער מקוה מים
באים מנהר הדקל ובשעה שירצה לטייל עצמו בו ולשמוח
ולשתות צדים לו עופות וחיות ודגים ובא לארמונו עם יועציו
ושריו ושם המלך הגדול אלעבאסי אחמד והוא אוהב ישראל מאד
ולפניו משרתים רבים מישראל והוא יודע בכל הלשונות ובקי
בתורת משה וקורא וכותב בלשון הקדש ואינו רוצה ליהנות אלא

 מיגיע

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

מגיע כפיו ועושה מחצלאות וחותמו בהן ומוכרין אותם שריו בשוק
וקונים אותם גדולי הארץ ומרמיהם הוא אוכל ושותה והוא איש
טוב ובעל אמונה ודובר שלום לכל הבריות ואינן יכולים בני
ישמעאל לראותו והתועים הבאים מארץ מרחק ללכת למקדה
בארץ אלימן מבקשים ללכת לפניו ואומרים לו מהארמון
ארונינו אור הישמעאלים וזוהר תורתנו הראנו זיו פניך ואינו חושש
לדבריהם ובאים שריו ועבדיו המשרתים אותו ואומרים ארונינו
פרוש שלומך על האנשים הבאים מארץ מרחק המתאוים לחסות
בצל נעימותיך ובאותה שעה ירים ומניח כנף בגדו מן החלון ובאי׳
התועי׳ ונושקים אותו ואומר להם שר אחד לכו לשלום בי כבר
רצה ונתן לכם שלום ארונינו אור הישמעאלים והוא בעיניהם
כמו הנביא שלהם והולכים לבתיהם שמחים על פי הדבור
שדבר להם השר שנתן להם שלום ונושקים בבגדו כל אחיו
וכל משפחתו וכל אחד ואחד יש לו ארמון בתוך ארמונו אבל כלם
אסורים בשלשלאות של ברזל ועל כל בית ובית שומרים שלא
יקומו על המלך הגדול כיפעם אחת קמו עליו אחיו והמליכו אחד
מהם ועזרה גזרה על כל בני משפחתו שיהיו אסורים בשלשלאות
של ברזל שלא יקומו על המלך הגדול וכל אחד ואחד יושב
בארמונו בכבוד גדול ולהם כפרים ומדינות ומביאים להם המס
פקידיהם הם אוכלים ושותים ושמחים כל ימי חייהם ובארמון
המלך הגדול בניינים גדולים ועמודי כסף וזהב ומחבואות וכל
אבן יקרה ואינו יוצא מארמונו אלא פעם אחת בחג שקורין אותו
רמאדן באי׳ מארץ רחוקה באותו היו׳ לראות פניו והוא רוכב על
הפרדה ולובש בגדי מלכות עשוים מזהב ומכסף ועל ראשו מצנפת
ועליה אבנים יקרות שאין להם שעור לשווי׳ ועל המצנפת סודר
שחור בשביל צניעות העולם כלומר תראו כל הכבוד הזה חשך
ינשש אותו ביום המיתה ובאים עמו כל קציני ישמעאלים
מלובשים בגדים נאים ורוכבים על סוסים שרי ערב ושרי מדי
ופרס ושרי ארץ טובות מערב מהלך שלשה חדשים והולך מארמונו
ועד בית התפלה שהיא בשער בוצרה והיא בית התפלה הגדולה
ההולכים כלם מלובשים בגדי משי וארגמן האנשים והנשים
ותמצא

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

ותמצא בכל החוצות ובשווקים כל מיני זמרה מרננים ומרקדים
לפני המלך הגדול הנקרא כליפה ונותנים לי שלום בקול גדול
ואומרים לו שלום עליך אדונינו המלך והוא מנשק בבגדו רומז
להם שלום בבגדו בתפישרת יד והולך עד קצר התפלה ועולה
במגתל עץ ודורש להם תורתם ויקומו חכמי ישמעאלים ומתפללין
עליו ומשלחין אותו על רוב גדולתו וחסידותו ועונין הכל אמן ואחר
כך הוא מברך אותם ומביאין לפניו גמל ושוחט אותו וזהו פסחם
ונותן לשרים והם משגרים ממנו לטעום משחיטרת יד המלך
הקדוש שלהם ותם שמחים בדבר ואחר כך יוצא מבית התפלה
והולך על שפת נהר חדקל לבדו עד שיכנס בארמונו ולא ישוב
בדרך אשר בא בו ובאותו הדרך שעל שפת הנהר שומרין אותו כל
השנה שלא יעבור משם שום ארם במקום מדרך כף רגליו
ואינו יוצא מהארמון יותר בכל השנה והוא איש טהוד וחסיד ועש׳
ארמון מעבר לנהר על שפת זרוע פרת שהוא מצד האחד של העיר
ובנה בו בתים גדולים ושוקים ופונדקאות לעניים החולים
הבאי׳ להתרפאות שם ושם כמו ששים חנויות מרופאים
וכלם יש להם בשמים וכל צרכם מבירת המלך וכל חולה
שיבא שם יתפרנס ממון המלך עד שיתרפא ושם ארמון גדול
שקורין אותו דאר אלמראפתאן והוא ארמון שאוסרים בו כל
המשוגעים הנמצאים בקיץ ואוסרין כל אחד וא הולך לביתו כו בכל
חדש וחדש בודקין אותם פקידי המלך אם חוזרין לדעתם מתרין
אותם והולכים לדרכם וכל זה עושה המלך לצדקה לכל הבאי׳
לעיר בגדאד בין חולים בין משוגעים והמלך איש חסיד וכוונתו
לטובה בזה הענין : *Hinc bidui tempore Bagdadum* (quod nomen fuit cujusdam Monachi, vide *Elmac*. l. II. cap. 3. & *L'Emp*. in Benjam. p. 197. à *Zonara* annal. T. III. pag. 117. vocatur *βαβυλὼν παλαιά*, fuitque altera Imperii Muſlimici ſedes, vide notas *Conſt. L'Emp*. in Benjam. p. 183. Altera אלקאהרה *Alkahira* dicitur, quæ antiqua eſt Heliopolis; hæc unde Kahiræ nomen ſit ſortita, explicatur ab *Elmac*. Hiſt. Sara. p. 227.) *veni, civitatem maximam: quæ metropolis eſt Imperii Chaliphæ, qui Amiralmumenin* (Præfectus, Imperator fidelium) *Abbaſida* (qui, extinctis quatuor primis ſucceſſoribus, Abube-

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

cro, cognomento juſto, Omaro, Otsmano & Ali, filiis item Ommiæ anno Heg.753. regnare cœperunt) *qui ex ipſorum Prophetæ familia genus ducit. Hic Muhammedanorum religionis Antiſtes eſt, ipſique omnes Iſmaelitarum reges faſces ſubmittunt, iis enim eodem modo præeſt*, (NB.) *quo Papa Chriſtianis. Bagdadi palatium habet, quod tria patet milliaria: in cujus medio ſylva magna eſt, omnibus arborum tum fructiferarum, tum ſterilium generibus, quæ in orbe reperiuntur, inſtructa, quin etiam omnibus ferarum generibus. In media ſylva receptaculum eſt aquarum, quæ è Tigri flumine derivantur. Quum expatiari & ſe oblectare ac convivari inibi deſiderat, aucupio aves ibi parantur, ſimiliter feræ & piſces venatione & piſcatione; ipſe deinde palatium ſuum ingreditur cum conſiliariis & principibus ſuis. Nomen magni iſtius regis eſt Ahmed Abbaſides. Impensè is amat Iſraëlitas, quorum plurimi ipſi miniſtrant: omnes callet linguas, legíſque Moſaicæ peritus eſt, ac ſanctum idioma non modò legit, ſed etiam ſcribendo exprimit. Nullâ re, quàm manuum ſuarum labore parta, frui cupit: ſtoreas enim conficit, quas ſigillo ſuo ſignatas per principes ſuos in foro divendit, eáſque viri ſummi emunt; atque ex hoc pretio edit ac bibit. Vir bonus eſt ac fidelis, & obviis quibusque creaturis fauſta precatur. Iſmaëlitis tamen eum videre non datur. Peregrini verò, qui è longinquis regionibus Meccam in regionem Elymam tendunt, eum adire allaborant, & è palatio eum inclamant: Domine noſter, Iſmaëlitarum lux, & legis noſtræ lumen, oſtende nobis vultus tui ſplendorem: ſed ipſe verba eorum ſúsque déque habet. Deinde Principes & Servi, qui ei miniſtrant, accedentes inquiunt: Domine noſter, ſalute tua eos imperti, qui è remota regione accedentes, ad umbram decoris tui ſe recipere geſtiunt. Tum is ſublatam veſtis ſuæ alam è feneſtra demittit, quam accedentes peregrini oſculantur. Deinde ad eos Principum non nemo: Abite cum ſalute: Iam enim vobis propitius*

ſa-

Digitized by Google

ſalutem impertitus eſt Dominus noſter lux Iſmaëlitarum. Eúmque Prophetæ ſuo parem cenſent, & domum redeunt læti, propter ſermonem quem habebat ille Princeps, dum ſalutem impertitam diceret. Omnes etiam fratres ejus, totáque familia veſtem ejus deoſculatur: habéntque ſinguli ſua palatia in ipſius palatio, ſed catenis ferreis vincti in ſingulis ædibus cuſtodes habent, qui, ne adverſus maximum regem inſurgant, attendunt. Factum enim aliquando, ut fratres adverſus eum rebellarent, & ex ſe quendam crearent regem: quapropter decretum de omnibus ejus conſanguineis factum fuit, ut catenis ferreis conſtringerentur, ne in maximum regem inſurgerent. Singuli tamen in ſuis palatiis admodùm ſplendidè vivunt, & pagos ac civitates Imperio ſuo ſubjectas habent, quarum præfecti ipſis tributa ſolvunt: itaque edunt, bibunt, ac lætantur omnibus vitæ ſuæ diebus. Cæterum in illo maximi regis palatio magna ſunt ædificia, cum argenteis ac aureis columnis, conclavibus, atque omnibus gemmarum generibus: unde nonniſi ſemel quotannis prodire ſolet, ídque feſto Ramadan, ut ipſi vocant. Hoc die è remotis locis ejus videndi cauſa confluunt: cùm ipſe in mula equitat, veſtibus regiis ex auro argentóque confectis indutus, cidarim in capite geſtans, gemmis inæſtimabilis pretii ornatam; cui nigrum ſudarium incumbit ad teſtandam convenientem huic mundo modeſtiam, ac ſi diceretur, videtis totam hanc gloriam, ſed mortis tempore eam occupabunt tenebræ. Et eum comitantur omnes Muhammedanorum duces elegantibus veſtibus induti, equíſque inſidentes Principes Arabiæ, Mediæ, Perſidis & regionis Toubeth trimeſtri itinere ab Arabia remotæ. Ita à palatio ſuo incedit uſque ad oratorium, quod proximum Bozræ maximum eſt. Quicunque cum ipſo incedunt viri ac mulieres, veſtitu ſericeo ac purpureo induuntur. Invenias per omnes plateas ac fora, quovis Muſicæ genere cantantes & ſaltantes coram rege maximo, quem Calipham vocant. Eúmque alta voce ſalutantes acclamant:

Liber 2 de Pſeudopr. Muham.

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

mant: Bene ſit tibi, domine noſter Rex; ipſe verò veſtem ſuam oſculatur, quam manu prehendens ſalutem viciſſim denotat: & hoc modo ad precum atrium pergit. Vbi conſcenſo ſuggeſtu ligneo illis legem ſuam enarrat: aſſurgentes autem Iſmaëlitarum ſapientes pro eo precantur, ſummâque ejus Majeſtate & pietate commemoratâ eum dimittunt, reliquique omnes Amen accinunt. Poſtea ipſis benedicit, & adductum ſibi camelum mactat: atque hoc eorum Paſcha eſt. Portiones principibus diſtribuit; qui avidè ab ipſo arripiunt, ut victima manu ſancti ſui Regis mactatæ aliquid deguſtent, quo lætantur. Deinde ex oratorio diſcedit: & in Tigris fluminis ripa ad palatium ſuum uſque ſolus ambulat; dum Iſmaëlitarum magnates in ipſo flumine navibus in ejus conſpectu vehuntur, donec is ſuum palatium ingrediatur. Eadem autem, quâ venit viâ, non redit: & viam ſecundùm fluminis ripam toto anno cuſtodiunt, ne quis illuc hominum tranſeat, ſcil. per veſtigia plantæ pedum illius. Deinde toto anno, è palatio ſuo non egreditur unquam vir ſanctus & pius. Vltra flumen etiam palatium ſtruxit in ripa cujusdam brachii Euphratis, fluentis ab altera civitatis parte: ubi magnas domos ædificavit, porticus & hoſpitia in uſum pauperum ægrotantium, qui eò, ut curentur, ſe conferre ſolent. Hic ſexaginta ferè ſunt tabernæ medicinales, quibus ex aula regia de aromatibus, aliíſque neceſſariis proſpicitur. Quicunque illuc ægroti veniunt, ſumtibus regiis, donec convaleſcant, aluntur. Ibidem magnum eſt ædificium, cui nomen Dar-Almeraphthan, id eſt, habitaculum clementiæ*: quo omnes furioſos æſtate inventos concludunt, ſingulos compedibus ferreis vinctos, donec ad mentem redeant, ibi eos relinquunt; tum ſinguli domum ſuam redeunt; Singulis enim menſibus regii præfecti in eos inquirunt, & ſi mens reſtituta ſit dimittuntur, ut ad ſuos redeant. Hæc omnia facit, ut miſericordiam exerceat in omnes, qui Bagdadum ingreſſi, vel ægroti, vel furioſi deprehenduntur: Rex enim pius eſt, atque bona intentione*

id

Digitized by Google

id facit. Hæc R. *Benjamin,* de quodam Chalifa Muhammedis. An verò ipſus ille ſit, quem expreſſimus, *Ahmed Abbaſides,* Cl. *L' Empereur* dubitat. Difficultatem vidit in ratione Chronographica, quæ non patitur *Ahmedem* hunc ad gubernacula ſediſſe eo tempore, quo R. *Benjamin* orbem peragravit. Et revera non contemnendus hic eſſet ſcrupulus, ſi certius conſtaret de initio ſuſcepti itineris. Quòd ſi ad annum Chriſti 1117. rejici poſſet; ita autem apud exteros per annos moratus eſſet quinquaginta; (incidit enim ejus reditus in an. Chr. 1173.) res eſſet in vado. Sic enim non neceſſe foret à lectione noſtra recedere, & Ahmedi ſubſtituere مقتفي *Muktapha,* qui ab anno 1151. ad 1176. faſces tenuit. Meliùs enim & exactiùs hæc, quæ dicuntur, Ahmedis προσωπογραφία reſpondent, apud *Elmac.* quàm Muctapha: quæ tamen ab Erpenio edita nondum eſt, ſed à nobis Mſ. aſſervatur. De *Ahmede* enim, qui Chalifa fuit numero XLIX. *Abbaſidarum* XXVIII. *Elmac.* pag. 298. ita ſcribit: سيرته رضي الله عنه كريم الاخلاق لين الجانب سخي النفس محب للعلما منكرا للظلم فصيح اللسان وكثير الصداقات * *Quantum ad mores ejus* (Ahmedis) *f.m. attinet, erat inſignis animi dotibus, comis in converſatione, inque liberalitatem naturâ propenſus, viros eruditos diligebat, & iniquitates prohibebat, linguâ diſertus erat, & multus in eleemoſynis.* Quamvis de Muctapha etiam referat, quòd fuerit شجاعا كريما محبا للخير واهله معتنيا بالعلم كثير الاكرام لاهله واهل الفضل * *ſtrenuus, honoratus, diligens boni, populum ſuum in ſcientia exercens, multum honorans populum*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

lum ſuum, & omnes bonos. Quæ de ſtudio eleemoſynarum dicuntur, conferri poſſunt cum iis, quæ habemus in noſtro ὁδη-γῷ P. III. pag. 116. quæ, σὺν Θεῷ, in commentariis noſtris de religione Arabum pleniùs aliquando illuſtrabimus.

Cur Abubecer vocetur juſtus.

Hîc verò אגב אורחא ratio reddenda, cur Abubecer, cujus toties jam facta eſt mentio, الصديق *veri*, ſeu *juſti* cognomentum ſit indeptus. *Elmacinus* pag. 15. ſcribit: وسمي صديقا لتصديقه خبر المسري * *Vocatus autem eſt* Juſtus, *propter verificationem Meſræ.* Huic verò paragrapho, cùm obſcurus ſatis ſit, lucem mutuabimus aliunde. *Surat.* XVII. بني اسرايل *Filiorum Iſraël* inſcripta, legimus: سبحان الذي اسري بعبده ليلا من المسجد الحرام الي المسجد الاقصي * *Laus illi, qui noctu duxit* (unde nocturnum ejusmodi iter مسري *Meſra* dicitur) *ſervum ſuum à templo Meccano, ad ultimum templum, id eſt, Hieroſolymitanum.* Muhammedis raptum, vel ſomnium potiùs, quo ſecundùm quietem Impoſtor, Meccæ dormiens, in Palæſtina, in quam bis antè iter fecerat, ſibi fuiſſe videbatur, cùm tanquam mendacem, atque eum in finem, ne miraculorum præſidio deſtitueretur, à Pſeudophropheta excogitatum, Arabes, Koreiſchitæ cumprimis, riſiſſent (uſque adeò, ut, teſte commentatore in Alkoranum celebri, ارتد الناس ممن امن به *multi ex iis, qui jam crediderant, reſilierint* (tunc quidam, ad Abubecrum abeuntes, rogârunt; اتصدقه علي ذلك · قال اني لاصدقه علي ابعد من ذلك فسمي الصديق *

Num

Num hac in re ipſum (Muhammedem) *vera dixiſſe cenſes?* *Imò, reſpondit, alia longè à fide remotiora* (abſurdiora ſi dixerit) *vera illa habebo & rata.* Atque hinc appellatus eſt صديق *Juſtus*, vel, is, *qui facilè fidem adhibet*: hunc enim vocis ſenſum ſeries hiſtoriæ exigit. Diſtinctiùs paulò de hac fabula, breviter tamen, loquemur. Volunt Muhammedani, Pſeudoprophetam ſuum, quod accidit anno ante Hegiram uno, Meccâ fuiſſe transportatum Hieroſolymam, ita tamen ut diſputent ipſi, an factum fuerit: في المنام او في اليقظة بروحه او بجسده والاكثر انه اسري بجسده الي بيت المقدس ثم عرج به الي السموات حتي انتهي الي سدرة المنتهي * *Dormiente aut vigilante Muhammede, in corpore an ſpiritu: Plerosque tamen velle, eum ductum eſſe noctu corpore Hieroſolymam, poſtea aſcendiſſe in cœlum, & perveniſſe ad ſeptimæ Sphæræ certam ſtationem.* Hanc verò Muhammedis transportationem Koreiſchitæ appellârunt سحر مبين *Magiam manifeſtam*; at Muſelmanni inter Pſeudoprophetæ ſui miracula eam referunt.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Inſigne Abubecri Epitheton hoc loco propterea fuſiùs explicare placuit, quòd in antecedentibus crebra ejus præceſſit mentio. Nempe, quia in ſomniis & figmentis deliri vatis fidem ille ſolus habuit, Juſtus dici ſolus meretur, ſcilicet!

Pergendum nunc ad alias Eccleſiæ Bellarminianæ notas, & videndum, nónne & illæ ipſius quoque Muhammediſmi fulcra ſint, vel ὄντως, vel φαινομένως. Ponit ergò porrò Bellarm. in notarum Catalogo *gloriam miraculorum.* De hac verò quantum ſibi polliceantur Muhammedani, ex *Septem-Caſtr.* diſcimus. Ita ille lib. cit. c. XIV. *Sanctus Auguſtinus de ci-*

VI. Miracula.

De quibus 1. Septem-Caſtrenſis.

Ooo *vi-*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

vitate Dei lib. XX. c. 19. de ſignis & prodigiis mendacibus loquens, dicit, quòd ſigna & prodigia duobus modis dicunt mendacia; Vno modo, quia decipiuntur ſenſus hominum, virtute & arte Diabolica, ut credant fieri, quod in vertiate non ſit, ut ſunt phantaſmata. Secundo modo, quia trahunt credentes ad mendacium, ut ſcil. credant fieri virtute divina, quod Diabolus facit, vel, ut credentes ſibi fieri pro ſalute, quod ad damnationem fieri conſtat: Vnde, quòd ignis deſcendit de cælo, & conſumpſit familiam & pecora ipſius Job, non erat mendacium: licèt fieret operatione Diabolica, Deo permittente. Iſtis igitur modis credendum eſt unicuique fideli, prodigia & ſigna innumerabilia mendaciter fieri per religioſos ipſorum perfidorum Turcorum, tam in vita eorum, quàm etiam poſt mortem. Et c. XV. *Inter cæteros hujus ſectæ, qui poſt mortem ſignis & prodigiis mendacibus claruerunt, & adhuc quotidie clarent, eſt unus principalis, qui magnæ reputationis & venerationis habetur in tota Turcia, cui nomen Sedichaſi, quod interpretatur* ſanctus Victor, *vel* Victorioſus inter ſanctos: *cujus ſepulchrum & ſacrum eſt inter fines Othmanni & Caramanni. Et licèt iſti duo frequenter inter ſe diſcordias habeant, & unus invadat terras alterius, nemo tamen eſt auſus aliquando appropinquare ſepulchro ejus, vel terris ejus propinquis àliquid mali inferre: quia, ſicut ſæpe expertum eſt, qui auſi fuerunt facere hoc, magna in eos ſecuta eſt ultio. Et iſta eſt inter eos omnium communis opinio, nunquam aliquem fraudatum deſiderio ſuo de iis, qui ejus implorant auxilium* (Confer noſtrum ὁδηγὸν P. II. pag. 296.) *in quacunque neceſſitate, maximè autem in bellorum factis & negotiis præliorum. Et hoc probat magna multitudo votorum in omni genere animalium, & aliarum rerum, & pecuniarum, quæ annuatim à Rege & principibus, & totius vulgi communitate ad ejus ſepulchrum deferuntur. Maxima namque fama & æſtimatio habetur de eo non ſolùm inter Turcas, ſed etiam*

Sancti quidam apud Muhammedanos Thaumaturgi.

Digitized by Google

etiam in omnibus hujus ſectæ nationibus. De ejus autem ſignis & prodigiis hoc dicere volo, quòd major celebritas habetur de eo inter Mahumetiſtas, quàm habeatur de ſancto Antonio inter Chriſtianos. Eſt alius, vocatus Harſchi Petteſch, *qui interpretatur* adjutorium peregrinationis, *qui etiam multum invocatur & veneratur, maximè à peregrinis, qui ejus auxilium frequenter experiri dicuntur. Alius item dicitur* Aſchik Paſſa, *qui ab amore nomen habet, & dicitur quaſi* patronus amoris, *qui in matrimonio exiſtentibus, velut in partus periculo, aut habendæ prolis deſiderio, vel diſcordantibus marito cum uxore, & pluribus talibus neceſſitatibus opem ferre dicitur.* Alivan paſſa *diſcordantibus patrocinium, conferre dicitur concordiæ: de quo dicebatur, quòd quærentibus eum nunc juvenis, nunc ſenex apparebat.* Scheich Paſſa *conturbatis & tribulatis ſolatio eſſe ſolet.* Videntur ergò & hæc ſpecialia caſuum & neceſſitatum ſuffragia Muhammedani cum Pontificiis habere communia. Vide noſtrum ὁδηγὸν P. II. pag. 234. *In illis autem partibus, ubi ego moram feci, multi fuerunt olim, qui pro ſanctis habiti fuerunt, quorum nomina delevit oblivio: nihilominus eorum ſepulchra habentur in magna veneratione. Nam ſi pro pluvia habenda, vel conſequenda ſerenitate, vel pro quacunque alia neceſſitate ſollicitudo incumbat: conveniunt ſuper ſepulchra eorum, & vota ſua & orationes facientes, magnam ſpem exauditionis ſuæ reportant: quibus ego ſæpius interfui, cum eis, cauſa habendi aliquid boni de iis, quæ portant illi ad comedendum. Inter illos autem duo ſunt, quorum nomina ſciuntur: Vnus quidem* Gotvelmirtſchin, *alter verò* Bartſchin paſſa *nuncupatur. Horum mira geſta narrabantur in iisdem partibus, maximè circa cuſtodiam & conſervationem pecorum & aliorum animalium, ſed præcipuè illius, qui dicitur* Gotvelmirtſchin, *de quo ipſa Domina mea ſæpiſſimè mihi narrabat, quòd magna beneficia ejus ipſa conſecuta fuiſſet circa cuſtodiam vitulorum ſuorum,*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

quapropter annuatim ei certam quantitatem butyri vovebat, & reddebat. Addidit etiam dicens: ſi quando obliviſcor vel neglexero votum reddere; ſtatim damnum aliquod incurro. Sed & mihi ſuadebat, ut eum invocarem, dum in paſcendis ovibus lupum haberem infeſtum. Sed nec ſilentio prætereundum exiſtimo, quòd Dominus meus ſæpenumero ſolitus erat narrare. Dicebat enim, quòd cùm una dierum unus taurus ſuus de armento ſerò domum redeuntibus cæteris pecudibus defuiſſet: ſtatim (ut in illis regionibus moris eſt) convocatis omnibus vicinis per modum venantium unusquisque cum pharetra, & arcu, & canibus ipſo ſero tranſeuntes ad propinquiora loca ſylvarum nullum penitus indicium invenientes, reverſi ſunt. In craſtino, eodem, quo priùs modo, perluſtrantes omnia loca paſcuarum, nihil omnino profecerunt. Die tertia cùm jam adveſperaſcente die fatigati, & omni ſpe fruſtrati in reverſione ſubitò & inopinatè dominus meus converſus ad ſemetipſum, mente quoddam votum concepit, ſcilicet, quòd pro amore ſancti Gotuelmirtſchin, *ſi juvencus repertus fuiſſet, unum panem calidum, quem ipſi* Paslama *vocant, butyro ſuperpoſito cum peregrinis comedere vellet. Adhuc eo iſta cogitante ſubitò concurſus cum clamore excitatur, & ecce taurus hærens cornibus in quadam arbore furcata invenitur, & eo mirabilius, quia jam per triduum locum eundem inquirendo pertranſierunt, nec poſſibile fuiſſet, à feris ſalvum potuiſſe remanere. Cùm igitur dominus meus votum, quod conceperat, omnibus retuliſſet, omnes in ſtuporem converſi Deo gratias agentes, & merita & nomen* Gotuelmirtſchin *extollentes, cum lætitia & gaudio revertentes, non ſolùm de tauro invento, ſed etiam miraculo, quod experti ſunt. Eſt & alius cui nomen* Chiridelles, *qui viatoribus, præcipuè neceſſitatem patientibus, ſolet eſſe auxilio, cujus eſt tanta æſtimatio in tota Turcia, ut vix aliquis inveniatur, qui in neceſſitate auxilium non ſenſerit, vel à ſentiente narrare non audiverit. Iſte ſolet ap-*

Digitized by Google

apparere in forma viatoris, griſeo equo inſidentis, & ſtatim viatori neceſſitatem patienti ſubvenire, ſive eum invocaverit; ſive etiam ejus nomen ignorans ſe Deo commendaverit, ut à pluribus narrantibus compertum eſt. Sed & alterius prodigium narrare me compellit evidens veritas, quod narrabatur ab iis, qui de ejus cognatione adhuc ſuperſtites erant. Fuerant enim quodam tempore religioſi, loci illius qui nobis vicinus erat, diffamati per ſuſpicionem de quadam proditione, contra regem, facta, ſuper qua re nimis indignatus rex omnes igne comburi mandavit. Ille autem, qui inter eos primus erat, dum pro excuſatione & ſatisfactione ſua & ſuorum, nequaquam eum placare potuiſſet, facta conteſtatione ſua, & ſuorum innocentiæ coram Deo, ipſe coram rege primus ardentem comburendus intravit furnum, & quouſque totum incendium circa eum refriguit, omnino ab igne illæſus remanens, furorem regis mitigavit, ſéque cum ſuis à periculo mortis eripuit, & poſteritati ſuæ, nec non univerſæ genti illius ſectæ, exemplum ſolenne reliquit. Cujus planellæ, quæ cùm in ipſo furno ab incendio intactæ remanſerant, pro teſtimonio veritatis adhuc hodie in iisdem locis repoſitæ habentur. Taceo de innumeris geſtis, quæ, quodam recitante, audivi, qui adhuc vivit in corpore non longè à partibus illis, ubi ego degebam, qui tantæ erat famæ, ut quaſi in omni loco, ubi eſſet conventio vel congregatio hominum, de ipſo talis erat rumor, quòd de omnibus rebus occultis tam manifeſta indicia dabat, & maximè de rebus perditis & furto ablatis, ut omnes latrones & fures illius terræ propter eum exterminati fuerint, nec aliquis audebat apparere: & licèt multas inſidias ei paraverint, tamen omnino nihil ei nocere potuerunt. Et quod multò mirabiliùs eſt, pluribus ad ſe venientibus prius ipſe occulta mentis eorum coram eis inſinuaverit, quàm ipſi ea ſibi retuliſſent. Hunc & ego propter famæ magnitudinem videre decreveram poſt adeptam libertatem, nihilominus præpeditus

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Ex furno candenti ſalvus quidam emerſit.

ditus

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

ditus recedendi ſolicitudine, quæ mihi tunc inſtabat, & anxietate difficultatis in exeundo & evadendo, iſtum & alia multa, quæ audieram, neglexi videre, & curioſius perſcrutari: magnum indubiè detrimentum fidei poteſt afferre. De his quoque ſanctis poſt mortem ἀποθεωθεῖσι, eorumque miraculis ſuccinctè ſcribit *Chriſtophorus Richerius* de moribus atque inſtitutis Turcarum pag. 109. *Habent etiam quos à morte divos factos putent. Quorum omnium facilè Princeps eſt* Sdichaſi, *quem* victorem *fas eſt interpretari. Sepulchrum ejus Ottmanni ac Caramanni finibus inter medium eſt, numénque invocari ſolet omni bellica expeditione. Tum* Harſchi Petteſch, *peregrinationis ſubſidium, peregrinis in honore eſt. Tertio loco eſt* Askic paſſa, *id eſt*, Patronus amoris, *ſumpto ab amore nomine. Conjugio præeſt, partus difficultati, habendæ etiam prolis deſiderio, viri ac fœminæ ſedandæ diſcordiæ.* Van paſſa, *diſſidentes animos lenit.* Sekech paſſa *perturbatis & triſtibus ſolatio eſt. Denique alii ſunt* Gotuelmirtſchin & Bartſchin paſſa, *qui ambo pecoris cuſtodiæ præſunt atque conſervationi. Et* Chiridelles, *qui neceſſitate affectis viatoribus opitulatur. Apparet is, ut rumor eſt, viatori ſimillimus, equo glauco inequitans; invocatus citiſſimè adeſt. Quod ſi nomen ignoretur, ad Dei implorationem etiam præſtò eſt.* Meminit idem pag. 109. *Nefes ogli. Eos rumor eſt*, inquit, *ſine virili ſemine conceptos ac natos.*

2. *Chriſtophorus Richerius.*

Nephes Ogli qui.

Quæ de Nephes Ogli obiter author hic perſtringit, pleniùs enarrantur in *Georgev.* cap. 1. *Fœminæ* (quædam) *nunquam congrediuntur cum viris, ſed ſeorſim certo in loco prorſus abſtruſo à virorum conſpectu & auditu: ipſæq; rarius templum frequentant, ut tempore Bairam Paſchatis, nonnunquam diebus Veneris, quæ Gſumagun eorum lingua vocatur, orántque ab hora nona noctis usque duodecimam, ut puta, mediam noctem: atque inter orandum corpus continuò agitatur, & vociferationibus mirè affligunt, ut ſæpius viribus & animo*

de-

defecta in terram pronæ concidant, & ſi aliqua ab eo tempore gravidam ſe ſenſerit, Spiritus Sancti gratia impragnatam eſſe affirmat. Cúmque pariunt ab ipſis nati Nefes Ogli, id eſt, animæ, vel Spiritus Sancti Filii *appellantur. Ita mihi narratum eſt à pediſſequis earum: nam nec ipſe vidi, nec aliquis virorum eorundem huic ſpectaculo intereſſe poteſt.* De miraculoſa hac conceptione *Septem-caſtr.* l. cit. pag. 47. b. etiam quædam habet. *De iis autem,* ſcribit, *qui Nefes ogli dicuntur, quorum ſemper duo vel tres in illa civitate magna, quæ Bruſczia vocatur, dicuntur haberi, quorum capilli vel de veſtimentis ipſorum aliquid receptum omnem infirmitatem depellere dicebatur: dicere plura, causâ brevitatis, omitto. Dicuntur enim tales prodigiosè naſci, id eſt, ſine virili ſemine, & per conſequens tota eorum vita & actio ſupernaturalis & mirabilis credenda eſt.* Vide plura apud eundem c. XIV. pag. 45. Liber 2. de Pſeudopr. Moham:

Addemus aliquid ex Epiſtolis *Busbequii* de legatione Turcica, *A ripa fluminis,* ait Epiſt. 1. pag. 67. *Halys (Turcis Aitoszudici puto) venimus ad Goukurthoy; inde Choron; poſt in Theke Thioi. Hîc multa didicimus à Monachis Turcicis, quos Dervis vocant, qui eo loco inſignem habent ædem, de Heroe* Chederle (hunc *Seldenus* cum *Alchoder,* de quo ſup. pag. 87. eundem eſſe vult) *ſumma corporis atque animi fortitudine, quem eundem fuiſſe cum noſtro D. Georgio fabulantur; eadémque illi adſcribunt, quæ huic noſtri: nimirum vaſti & horrendi Draconis cæde ſervâſſe expoſitam virginem. Adhæc alia adjiciunt multa, & quæ libitum eſt, comminiſcuntur; illum per longinquas oras peregrinari ſolitum, ad fluvium poſtremò perveniſſe, cujus aqua bibentibus præſtarent immortalitatem, quiquidem fluvius; qua in parte terrarum ſit, non dicunt; niſi fortaſſis in Vtopia collocari debet: tantum affirmant, illum magnis tenebris multâque caligine obductum latere; neque cuiquam mortalium poſt Chederlem, uti illum videret, contigiſſe: Chederlem verò ipſum mortis legibus ſolutum huc illuc* 3. *Busbequius.*

in

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

in equo præſtantiſſimo, qui ſimiliter ejusdem aquæ hauſtu mortalitatem exuerit, divagari: gaudentem prælüs, adeſſe in bello melioribus, aut iis, qui ejus opem imploraverint, cujuscunq; tandem ſint religionis, quæ cùm ſint ridicula, tum iſtud magis majorem riſum meretur, illum fuiſſe unum (imò audivi, obſervat *F. Barton, à Turcis ſanctum Georgium Moſi prælatum tam miraculorum donis, quàm rerum divinarũ ſcientia: Dicunt autem Moſi eum contemporaneum eſſe, & majorem natu) de comitibus & amicis Alexandri magni, nullam habent Turcæ temporum neque ætatum rationem, miréque hiſtorias omnes miſcent & confundunt: cum iis in mentem veniet, non verebuntur affirmare, Regis Solomonis magiſtrum curiæ fuiſſe Jobum; ejus exercitus præfectum Alexandrum magnum, aut his etiam abſurdiora. Eſt in ea Moſchea (ſic Turcæ vocant ſua delubra) fons aquæ puriſſimæ, eximio marmore conſtructus, hunc credi volunt initium duxiſſe ex Chederlis equi lotio, quod eo in loco profuderit. Narrant præterea multa de Chederlis comitibus, de ſtabulario ejus, déque nepote ex ſorore, quorum ſepulchra vicinis locis oſtendunt. Ubi multa quotidie opem illorum invocantibus divinitus beneficia conferri perſuadere nobis conabantur: quin imò ramenta lapidum, & terram ipſam, ubi conſtiterat Chederles, dum præſtolaretur Draconi, in potu ſumptam adverſus febrem, dolorémque capitis & oculorum prodeſſe eadem ſuperſtitione commemorabant. Sunt autem omnia ea loca draconum viperarúmque plena, ita ut nonnulla, adultis caloribus, propter multitudinem apricantium ferarum, hominibus inacceſſa ſint. Ne hoc quidem prætermittam, Turcas magno cum riſu ſpectare in Græcorum templis D. Georgium, quem (ut dixi) ſuum Chederlem eſſe volunt, ita in tabellis depictum, ut illi puer ex equi clunibus, in quibus poſt Dominum ſedet, vinum miſceat ac miniſtret: Hoc enim habitu paſſim Divus Georgius à Græcis pingitur.* Idem *Busbequius* Epiſt. IV. pag. 249. ſcribit: *Sequitur hoc loco, ut al-*

Georgius apud Turcas miraculis inclytus.

Digitized by Google

alterius peregrinatoris & Monachi Turcici tibi miraculum narrem. Is incedebat cum tunica & pallio albo, ad pedes usque demiſſo, cæſarie promiſſa, quales ferè noſtri pictores depingunt Apoſtolos: Sub facie liberali latebat impoſtor animus. Iidem interpretes meos impulerunt, ut ad me adducerent, ut viderem. Sumpſit unâ mecum prandium ſobriè & modeſtè. Inde deſcendit in aream domus, paulóq; poſt revertit, ſublato vaſti ponderis ſaxo, quo ſibi in nudatum pectus aliquot ictus inflixit, quibus penè bos percelli potuiſſet. Hinc manum injecit ferro, quod, in foculo ad eum uſum accenſo, candens factum erat. Id ori inſertum omnem in partem aliquandiu verſat, non ſine ſalivæ ſtridore. Erat ferrum illud oblongum, ſed altero capite craſſius, & quadrangulum, quod ore recepit, vi ignis ſic fervefactum, ut à candente carbone nihil differret. Quo facto, ferramentum in ignem recondit, méque ſalutato & accepto munere diſcedit. Admirabantur, qui circumſtabant, mei domeſtici, præter unum, qui ſe plus reliquis intelligere arbitrabatur: Et quid vos, inquit, fatui iſta miramini? An fieri hæc revera creditis? Præſtigiæ ſunt iſtæ, & mera oculorum ludibria, ac ſimul ferrum, qua parte altè è foculo extabat, arripit, probaturus, ſine noxa contrectari. Sed non citiùs manu comprehenderat, quàm rejecit, vola & digitis ſic aduſtis, ut pluribus diebus perſanari ægrè potuerit: quem caſum magnus ſociorum riſus conſequutus eſt, rogitantium, Iámne illud calere, annondum etiam crederet? Invitantiúmque, ut denuò contingeret. Idem Turca inter prandium commemorabat, ſuum cœnobiarcham vitæ ſanctimonia & miraculis clarum conſueviſſe in lacum, qui eſſet cœnobio propinquus, extendere pallium, in eóque ſedentem, quâ viſum eſſet ſuaviter circumvectari (tale etiam exemplum cujusdam agyrtæ David Altroi, Pſeudo-Meſſiæ vide in Itiner. *Benjam.* pag. 93.) *Eundem excoriato exenteratóq; verveci nudum alligari ſolitum, ut priores pedes brachiis, poſteriores cruribus ejus aptarentur; ita*

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

Monachus Turcicus ferrum candens ori imponit.

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

conjectum in ferventem furnum manere, donec percocto vervece, ut jucundè edi poſſet, illæſus ipſe promi ſe juberet. Unum adhuc ſubjiciemus exemplum ex *Septem-caſtrenſi* l. c. c. XXII. *Nunc ad ſuprà dictorum clariorem notitiam & probationem non puto prætereundum, quod me exiſtente in Turcia contigit, quod eò certiùs credendum venit, quia non occultè, ſed per totam Turciam promulgatum eſt, & non alicui privato, ſed ipſi terrarum regi, & toti regno ejus eveniſſe narrabatur. Illius enim regis qui* Mirathbeg *eſt dictus, pater illius qui nunc regnat, non multo pòſt tempore, quo nos in captivitatem duxerunt: facta eſt quædam contentio inter Sacerdotes, qui* Tusmanni *dicuntur, & religioſos, qui* Derviſer *nuncupantur, cujus quæſtionis talis erat tenor. Vtrum vota & eleemoſynæ & oblationes communis populi jure debeantur ipſis ſacerdotibus, vel ipſis religioſis? Dicebant enim ſacerdotes, nos ſumus curam populi habentes in conſulendo, in judicando, in regendo & docendo, legem tribuendo & obſervando, & totius populi onus portando: Quia igitur miniſterium noſtrum magis eſt neceſſarium populo & univerſo regno: meritò vota populi nobis debentur. E converſo iſti dicebant: Nos ſumus ſucceſſores & vices gerentes illorum, qui fundamentum ſunt legis & gratiæ, & qui pro populo coram Deo aſſiſtentes omnes neceſſitates ejus ſuis meritis & interceſſione ſupplentes, totius regni mala & pericula avertentes & bona cooperantes: qui omni facultate & ſtudio deficiente humano, ſuccurrunt & auxiliantur. Nobis ideò potius Eleemoſynæ & vota populi jure debentur. Cúmque ita contenderent, & quæſtio nullam determinationem acciperet, in hoc omnes conſenſerunt, ut tota cauſa regis arbitrio committeretur, & quicquid ab eo determinatum vel judicatum fuiſſet, ſine omni contradictione ratum ob omnibus haberetur. Cùm itaque rex auditâ cauſâ, rationes utriusque partis diligentiùs pervolveret in animo, cœpit æſtimare, quòd miniſterium ſacerdotum regno magis neceſ-*

Digitized by Google

ceſſarium eſſet propter rationes ſuprà dictas, & propterea vota populi in compenſationem retributionis magis ad eos pertinere. Sed dum iſta voluntatis conceptio regis ad religioſorum perveniſſet notitiam, illico regem adierunt, & petierunt, ne iſtam ſententiam definitivè proferret, donec ipſi inter ſe de hac re conferre poſſent, ne anticipatio ſententiæ in tam ardua cauſa perplexitatem animorum generaret futuram: quibus dum rex annuiſſet, & ſeptem dierum inducias interpoſuiſſet, una nocte, transactis aliquot diebus regi in ſtrato ſuo requieſcenti, ſubitò magna commotio viſcerum, quaſi inſtaret neceſſitas naturæ exoritur, qui cum feſtinatione ſurgens ad locum explendæ neceſſitatis pervenit. Cùm igitur quodam impetu ſuper ſede ſe jactaſſet, ſubitò tabula ſub eo rumpitur, & deorſum cadens rex, in medio loci ſuper quandam partem muri, vel (ut dicebatur) ſuper quodam ligno ſuſpenſus remanens, ad infima non deſcendit. Dum autem vociferaret & nemo auxilium præſtare poſſet, eò quòd omnes portæ ſeris firmatæ inventæ ſunt: tandem fatigatus quaſi unius horæ ſpatio laborans & nihil proficiens, ſubitò venit in mentem ejus, ut aliquem ſanctorum invocaret. Quòd cùm fuiſſet, mox in loco lumen apparuit, & quidam in forma religioſorum apparens ſic eum alloquitur. O Domine Rex, ubi ſunt illi, quos tibi & regno tuo tam neceſſarios eſſe putâſti? Quare in iſta neceſſitate tibi non ſubveniunt? Illo autem præ timore & terrore viſionis nihil reſpondente, ille adjecit: O Rex noli timere: ſcire te volo, quòd illi tibi & regno tuo magis neceſſarii ſunt, qui in extremis neceſſitatibus auxilium præſtare poſſunt: & cùm defecerit virtus humana tum invocantibus ſe virtus eorum maximè ſe oſtendit, & ſuccurrit univerſis, & cùm hoc dixiſſet, ipſo rege ſine aliqua moleſtia proprio lecto reſtituto, ab oculis ejus evanuit, & ſic rex ad ſe reverſus, quid ſibi acciderit animo volvens, licèt ex prodigio cum admiratione ſuſpenſus, tamen quia de difficultate quæſtionis certificatus & inſtructus, multùm

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

contentus erat. Facto igitur manè omnibus convocatis, rem per ordinem exponit, & jubet ut citò omnes religioſi, qui tunc inveniri poterant, coram eo adducerentur. Quo facto ipſe ſedens in ſolio ſuo, juxta ſe habens vas plenum pecuniis, ſingulos religioſorum ad ſe accedere fecit, diligentiùs unumquemque intuens, cognoſcere volens illum qui ſibi apparuerat, unicuiq; de pecunia quantum pugillus capere poteſt elargiendo. Cúmque ſinguli pertranſiſſent, & de ſuprà dicto nihil notitiæ interveniſſet, & ipſe rex de hoc miraretur, ille, qui inter eos major erat, acceſſit & dixit ei: Noveris rex, quòd ille, qui tibi apparuit, unus quidem tibi viſus eſt: ſed in perſona omnium noſtrûm hoc factum eſſe non dubites, eò quòd omnium noſtrûm cauſa in communi tractabatur. Ex tali igitur viſione, imò (ut meliùs dicam) illuſione dæmoniaca, Rex ille in tantam dementiam & alienationem animi perductus eſt, ut filio ſuo parvulo vix adhuc decem annorum in ſede regni relicto, ipſe ad quandam civitatem, quæ Maniſſa dicitur, perrexerit atque ſeceſſit, & cum aliis religioſis, quorum ibi eſt magna multitudo, vitam ducere decreverit. Factum iſtud in tanto fuit rumore per totam Turciam, ut à ſingulis ferè nihil aliud tractaretur, & ego à pluribus in communi locutione licèt audiviſſem, tamen ſpecialiter & privatim ab uno religioſorum, qui tunc perſonaliter interfuerat, diligentiùs ſingula cognovi, qui etiam quantum pecuniæ de manu regis accepiſſet, & quantum gratiæ, & favoris unusquisque à rege conſecutus fuiſſet, & plura alia, quæ contigerant, enarravit. Atque hæc fuſiùs pertractare ideò operæ pretium viſum fuit, 1. ut appareret, quàm jejuna & infirma hodierno die eſſet argumentatio à gloria miraculorum, ad veræ Eccleſiæ ὕπαρξιν. 2. Ut conſtaret, Turcas quoque divis ſuis rerum ſuarum patrocinium deferre & committere, devotioni non minori, quàm quæ Papiſtis longo uſu recepta eſt. 3. Ut omnes illi, qui ſanctorum invocationem ab eventu defendunt & exauditione, Turcarum exemplo diſcant

illa-

illationis ſuæ agnoſcere incertitudinem. Qua de re actum eſt prolixiùs in noſtro ὁδηγῷ P. II. pag. 296. Atque hæc ipſi, quod non contemni debet, de Turcarum miraculis ſuppeditant ſcriptores Pontificii, quæ non per σκοτεινὰς ἀκοάς, aut rumorem ἀδέσποτον, ſed per αὐτοψίαν aliis commendare ſatagunt, parùm ſoliciti de eorum conatibus, qui ex miraculis Pontificiæ Eccleſiæ fulcra quærunt & ſubſidia. Puto tamen Muhammedanos hodie de miraculis ſuis non facilè ſermones ſerere. Ita ad me ſcripſit *Franciſc. Barton* Anglus. *Parùm inter Turcas de illis audivi. Aliquo tamen in honore ſanctos eſſe conſtat inde, quòd claſſis Imperatoriæ Dux per quatuordecim dies priusquam è portu ſolvit, ſepulchrum Iſuppi (inſignis olim atque fortunatiſſimi bellatoris) ſemel indies adire teneatur. Illuc loci (quod Byzantium propè verſus Septentrionem eſt) preces effundit, ut rem feliciter gerat, atque hoſte profligato victor domum redeat: Quod ſi fiat per totidem dies à reditu ſancto etiam gratias agit: De Nephes Ogli plurima (ſed inepta ferè omnia) narrantur. Itaque potiùs fabulas duxi, quàm quicquam inquiſitione dignum.* Ubi altius aſcendamus ad ipſum Muhammedem, mirum, quantum ſe in hac materia torqueant Scriptores Arabici! Ipſe Muhammed; ut poſt audiemus; ſimpliciter ſibi miraculorum donum denegatum eſſe fatetur.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

De miraculis.

Vbi altiùs aſcendamus, reperiemus 1.

Alii verò in Prophetæ ſui Muhammedis miraculis ebuccinandis admodùm ſunt largi. Quæ in ejus nativitate eveniſſe otioſi quidam & ſuperſtitioſi Muhammediſtæ confinxerint, ſuperiùs diximus pag. 221. In munere Prophetico hoc maximè miraculoſum eſſe exiſtimant, quòd, cùm literaturæ omnis expers eſſet & rudis, tantâ polluerit eloquentiâ, ut ne quidem doctiſſimis quibusvis ceſſerit aut eloquentiſſimis. Hinc *Beidavi* in ſuis commentariis alicubi ſcribit: وانما سماه رسولا بالاضافة

Alios Muhammedi miracula multa tribuere quo referunt A.

Alkorani præſtantiam.

De qua a. Beidavi.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

بالاضافة الي الله ونبيا بالاضافة الي العباد الامي الذي
لا يكتب ولا يقرا وصفة به تنبيها علي ان كمال
علمه مع حاله احدي معجزاته * *Porrò eum* Apoſtolum
appellat reſpectu Dei ; Prophetam *verò reſpectu hominum.* Idiota *autem dicitur,qui nec ſcribere poteſt,nec legere. Hoc verò attributum illuſtrationis ergò additur,quòd perfectio ſcientiæ ejus,cum primo ejus ſtatu collata,ſit unum ex miraculis ejus.* Ita *Ahmed ben Edris* p.m. 193.

b. *Ahmed Ibn Edris.*

ونقول لليهود
حقيقة المعجزة لا تختلف وهذا وجد في حق محمد
عبد الله كما وجد في حق موسي صللي الله عليه
والسلام وان كانت المعجزة لا تفيد النبوة يلزمهم
ان لا يعتقدوا نبوة موسي عليه السلام فان افادت
يلزمهم اعتقاد نبوة محمد وانما قلنا انه جا بالمعجزة
لانه جا بالقران في زمان الفصحا البلغا وسال من
جميعهم ان ياتوا بمثله فاعجزهم * *Opponemus autem Judæis demonſtrationem certam ex miraculis,quæ extra controverſiam eſt, Illa autem ad verificationem Muhammedis ſervi Dei non minùs reperitur,quàm ad verificationem Moſis p. m. Quòd ſi verò miracula,nihil conferunt ad Prophetiam,utique fidem derogabunt Prophetiæ Moſis p. m. Sin autem aliquid huc faciant,neceſſitas iis incumbit credendi Prophetiam Muhammedis. Dicimus enim veniſſe illum* (Muhammedem) *cum miraculo. Attulit namque Alkoranum eo tempore, quo eloquentiſſimi floruerunt viri, & facundiſſimi, à quibus omni-*

omnibus ille petiit, ut ſimile quid afferrent. Sed inferiores eſſe demonſtravit omnes. Ita quidem eſt. Tantùm ipſemet Impoſtor farragini ſuæ & centoni tribuit, ut, cùm ſciret hiſtoriæ hiſtorias Chriſtianorum & Judæorum in Arabia ignotas ubique eſſe & peregrinas, thraſonicè ſemper & ſuperciliosè *ἀδυναμίαν* idem tentandi aliis exprobrârit. Unde *Sur.* II. verſ. 24. Liber 2. de Pſeudopr. Muham. c. *Ipſe Muhammed.*

وان كنتم في ريب مما نزلنا علي عبدنا فاتوا بسورة
من مثله وادعوا شهداكم من دون الله ان كنتم
صادقين * *Si de eo, quod ad ſervum* (ipſum Deum agyrta pro ſe introducit loquentem) *noſtrum dimiſimus, vos dubitatio teneat, producite Suratam, ſicuti ille, atque accerſite* teſtes veſtros, præter Deum, ſi veri eſtis. Eadem ferè verba recurrunt *Sur.* X. pag. 116. Et *Sur.* XI. pag. 122. ام يقولون افتريه قل
فاتوا بعشر سورة مثلة مفتريات وادعوا من اسطعتم من
دون الله ان كنتم صادقين * . *Si dixerint: Confinxit hoc. Dicito: Afferte vos vel decem Surata verſiculos, ſicuti ille, excogitatos; & invocate* (adornate teſtem) *quemcunque velitis, præter Deum, ſi veri eſtis. Sur.* XVII. pag. 159.
قل لىن اجتمعت الانس والجن علي ان ياتوا بمثل
هذا القران لا ياتون بمثله ولو كان بعضهم لبعض
ظهيرا * *Dicito, ſi congregati fuerint homines & Dæmones, ut ſimilem huic Alkorano afferant* (nempe في البلاغة وحسن *eloquentia & præſtantia ita inſignem*, ut *Beid.* explicat) *non afferent ſimilem, etſi vel maximè alii alios juverint.* Angelos putat *Beidavi* propterea excipi, quòd naturæ eorum hoc mira-

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

raculum non repugnet, ولانهم كانوا وسايط في اتيانه *& quia illi mediatores fuerunt in oblatione ejus.* Unde ipſe Muhammed, ne videatur à Diabolo nugas ſuas mutuâſſe *Sur.* XXV. ita ſe excuſat. وما تنزلت به الشياطين وما ينبغي لهم وما يستطيعون * *Et non demiſſi ſunt cum eo* (Alkorano) *dæmones. Id enim nec conveniebat, neque etiam illi poterant.* Scribit etiam *Richardus* in confutatione legis Saracenicæ p. m. 136. *Valde gloriantur Saraceni in ſic pulchro & ornato Arabicæ locutionis modo: & ex his argumentantur, verum Prophetam fuiſſe Mahometum.* Ita ad quæſtionem cur Muslimini Muhammedem aliis Prophetis præſtantiorem eſſe dicant, iidem ſic reſpondent: حيث اوتي ما لم يوته احد من الايات المتكاثرة الي ثلاثة الاف اية واكثر ولو لم يوت الا القران وحده لكفي به فضلا منيفا علي ساير ما اوتي الانبيا لانه المعجزة الباقية علي وجه الدهر دون ساير المعجزات * *Quia adduxit ſigna, qualia nemo: eáque varia, ad tria millia & ampliùs, & ſi nihil præter ſolum Alkoranum, ſatis hoc foret ad eximiam excellentiam ſupra reliqua, quæ Prophetæ adduxerunt; nam ille miraculum eſt, quod in ſecula durat præ omnibus aliis miraculis.* Verùm de vana hac miraculosè ſcripti Alkorani jactantia dicemus in Theatro noſtro Muhammedico, in quo miſerum vatem ita διατρεσόμεθα, ut corniola alienis nudata plumis omnium riſu expoſita ſit futura.

B. Sciſſionem lunæ.

Pergit *Ahmed* in recenſendis Muhammedis miraculis, iſque, præter cætera, annumerat, انشقاق القمر وهو اعظم

من

Digitized by Google

من انشقاق البحر *ſciſſionem lunæ, quæ major ſit ſciſſione maris.* Sciſſionis hujus mentio fit in *Alkor.* Sur.LIII. his verbis: اقتربت الساعة وانشق القمر وان يروا اية يعرضوا ويقولوا سحر مستمر * *Appropinquavit hora, & rupta eſt luna: Etſi viderint ſignum recedunt & dicunt, magia hæc eſt continua.* Scribit ad hæc verba *Beidavi*: روي ان الكفار سالوا رسول الله اية فانشق القمر وقيل معناه سينشق يوم القيامة * *Tradunt; Infideles quæſiviſſe ex Apoſtolo Dei miraculum, ſciſſámque fuiſſe lunam. Alii tamen volunt ſenſum eſſe, die demum reſurrectionis lunam iri ſciſſum.* Ita ſanè indigi illi, miraculorum tamen avidiſſimi homines, ex quolibet Muhammedis figmento, aut non rectè intellecta voce, miracula conantur exſculpere. Phraſes, quibus Spiritui Sancto tremendum ultimi diei judicium placuit deſcribere, & totius univerſi ἀνάλυσιν oculis noſtris objicere, pleraſque ſuo quoque inſeruit Muhammed Alkorano: unde & ultimum Judicium hoc loco, retenta Scripturæ voce الساعة id eſt, *horam* appellat. Eas autem mali Alkorani Interpretes, ut miracula etiam habeant, de re geſta intellexerunt. Sic quæ de obſcuratione, ſeu Ecclipſi lunæ, quam Rabbini quoque לקוי & לקות id eſt, *percuſſionem* nuncupant, Muhammed ex Scriptura ipſa, ſola mutata phraſi, transſcripſit; ad miraculoſam aliquam lunæ ſciſſionem & fiſſionem imperitiores referunt. Quâ fabulâ nihil eſt inſulſius. Atque hæc quidem miracula invito ferè Muhammedi obtruduntur. Ipſe enim Muhammed miracula edere juſſus, mirè fuit tergiverſatus. Vel enim eadem ſemper oberravit chordâ, uſúmque miraculorum ad novorum dogmatum confirmationem neceſſarium eſſe negavit,

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Alii tamen, ut ipſe Muhammed, neceſſitatem miraculorum negant.

gavit, aut ad Alkoranum, ut diximus ſuprà, Koreiſchitas rejecit. Unde *Sur.* الرعد, quæ numero eſt XII. m. pag. 139. قل هو ربي لا اله الا هو عليه توكلت واليه متاب ولو ان قرانا سيرت به الجبال او قطعت به الارض او كلم به الموتي بل لله الامر جميعا * *Dicito* (tu Muhammed) *ille eſt Dominus meus: Non eſt Deus niſi ille, in quo ſpero, & ad quem reditus. Et quamvis Koranum haberemus, quo vel montes loco ſuo moverentur, autiter terreſtre perficeretur, aut per eundem mortui loquerentur; attamen Dei omne eſt negotium.* Obſervat hoc loco *Beidavi*; Muhammedem à Koreiſchitis compellatum, ut novæ ſuæ Prophetiæ miraculis fidem faceret, & vel lectione Alkorani montes Meccæ imminentes, tractúmque illum in anguſtas valles coarctantes transferret; aut ventos in eorundem obſequium ita flecteret, ut flatu illorum compendioſum in Syriam iter facere poſſent; aut, inquiebant, ابعث لنا به قصي بن كلاب وغيره من اباينا ليكلمون فيك * *Excita nobis per eum* (Alkoranum) *Kozza filium Caleb, aut alium ex patribus noſtris, ut loquantur nobiſcum de te:* Atque hac occaſione, cùm miſero aqua hæreret, hanc ei cœlitùs ſuppeditatam Alkorani particulam mentiebatur. Eodem alibi etiam uſus fuit ſtratagemate. *Sur.*II.verſ. 117. وقال الذين لا يعلمون لو لا يكلمنا الله او تاتينا اية كذلك قال الذين من قبلهم مثلي قولهم تشابهت قلوبهم قد بينا الايات لقوم يوقنون * *Dicunt quidam, qui ſcientiâ carent, niſi loquatur nobis Deus, aut proferatur nobis ſignum. Ita dixerunt qui ante illos, prout*

Digitized by Google

prout dicunt ipſi, conſimilia ſunt eorum inter ſe corda. At jam manifeſtà edidimus ſigna, iis qui recti eſſe ſtudent. Quæ illa ſigna? Putidus Alkoranus, quem in ſequentibus ſpecioſè vocat الحق *veritatem.* Sic *Sur.* VI. pag. 71. لقال الذين كفروا ان هذا الا سحر مبين وقالوا لولا انزل عليه ملك ولو انزلنا ملكا لقضي الامر ثم لا ينظرون * *Dicunt infideles* (Koreiſchitæ Meccenſes intelliguntur, qui Angelicum à Muhammede officii teſtimonium efflagitabant) *Nihil eſt, niſi manifeſta magia. Et dicunt: Niſi demiſerit ſuper eum Angelum, non credemus. Quòd ſi verò maximè angelum demittamus; utique negotium jam perfectum eſt, nec tamen reſpicient.* Sic pag. 73. ubi eadem iteratur à Koreiſchitis petitio, à Muhammede ad providentiæ opera rejiciuntur; & pag. 81. واقسموا بالله جهد ايمانهم لئن جاتهم اية ليومنن بها قل انما الايت عند الله * *Jurant per Deum ſumma fide; quòd, ſi venerit ſignum, credituri ſint illi: Dicito; utique ſigna ſunt apud Deum.* Summâ, quoties ad has redactus fuit Muhammed anguſtias, ut mixta illa ex Judaiſmo, Gentiliſmo & Chriſtianiſmo ſacra, de novitate apud Saracenos ſuſpecta, miraculis probaret, operam ſemper dedit, ut hunc callidè declinaret ſcopulum, neceſſitatem miraculorum, vel abſolutè negaret; vel ad Alkorani præſtantiam rejiceret. Poſtea demum, cùm altas jam in mundo impietas ejus egiſſet radices, Diabolus præſtigiis ſuis plebi Muhammedicæ oculos ita præſtrinxit, ut ipſi fateri cogantur Pontificii, non pauciora commemorare Turcas de ſanctis ſuis miracula, quàm habere præ ſe ferant ipſi.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Pergunt Pontificii in enumerandis veræ Eccleſiæ notis, & iisdem accenſent *ſanctitatem vitæ, auctoris ſeu primorum pa-*

VII. Sanctitas.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

trum religionis. Sed rectè regerunt Theologi noſtri, ſanctitatem aut internam eſſe, aut externam. Si *interna*, non viſibilis Eccleſiæ notam eſſe, ſed inviſibilis, quia verus Judæus in occulto eſt, *Rom.* II. verſ. 19. Deus novit ſuos 2. *Tim.* II. 19. Si *externa*, fallax eſt; cùm etiam Diabolus ſe in Angelum lucis transformet, 2. *Cor.* XI. verſ. 14. Et certè de externo ſanctimoniæ ſchemate, & larva loqui Pontificios hinc patet, quia ejus ferè nomine *σκληραγωγίαν* Monaſticam intelligunt. Eâ verò quantò inferiores ſint Muhammedanis, illi judicârunt, qui & ipſi, cùm Monachi fuiſſent, fateri debuerunt, Muhammedicam ſectam hinc maximè apud eos, qui non habent *αἰσθητήρια γεγυμνασμένα*, ſua habere incrementa, quòd ad externam ſanctitatem ei nihil videatur deeſſe. Audiemus hîc iterum Septem-Caſtrenſem, cujus hoc loco tantò apud Pontificios ipſos major erit authoritas, quantò eorum religioni addictior fuit, quantóque diuturna ejus apud Turcas captivitas & detentio verbis ejus majorem facit fidem. Sic ille c. VIII. pag. 38. *Quis enim, non dico ſimplex tantùm, verùm etiam ſapiens quisque non moveretur in prima fronte, videndo tantam compoſitionem morum in fidelibus? Omnem enim levitatem, in quibuscunque actibus eorum & geſtibus, veſtitu & apparatu deteſtantur ſicut ignem, & abominantur ut peſtem. Videntes enim levitatem Chriſtianorum in veſtitu & equitatu, & aliis quibuscunque, derident, & eos capras & ſimias vocant. Honeſtiſſimum enim modum, imò religioſiſſimum habent in veſtitu tam mares, quàm fœminæ, tam majores, quàm minores, tam curiales, quàm etiam ipſi ruſtici & villani, & ita communem & ſimplicem, ut omnino nihil indecentiæ, vel inhoneſtatis, vel ſuperfluitatis, vel curioſitatis, vel levitatis poſſit in eis deprehendi vel notari. De iis autem, qui religioſiores & devotiores habentur, quid dicam? Tantum enim ſimplicitatis & conformitatis, & ſingularis apparentiæ, & ſingularitatis atque exemplaritatis oſtendunt in actibus, geſtibus & motibus, &*

De qua A. in genere, 1. Septem-Caſtrenſis.

ve-

Digitized by Google

veſtimentis, ut eos aliquem modum regularis obſervantiæ credere profeſſos. In equitatu etiam & aliis apparatibus non ſolùm ſimplices, ſed etiam magnates in tantum devitant omnem ſtrepitum, & rumorem, ut nullo modo aliquis equitet equum, qui non ſit caſtratus. In uno enim exercitu centum millium equorum, non audiretur unus minimus rumor vel ſtrepitus alicujus equi. In ſellis & in frænis nulla prorſus curioſitas, nulla vanitas vel ſuperfluitas habetur. In omni apparatu equorum ſimpliciſſimum tenent modum. Nullus armatus incedit dum ad campum procedunt, ſed omnia arma eorum in ſarcinis deferuntur. Camelorum & mulorum nullus diſcurrit, nullus cum equo ſaltat, vel tempeſtat, ut mos eſt Chriſtianorum. Ipſi enim magnates & Principes ita ſimpliciter ſe habent in omnibus, ut ab aliis diſcerni non poſſint. Vidi regem euntem ad Eccleſiam per longum ſpatium à palatio ſuo cum duobus juvenibus, & hoc vidi etiam ad balneum eundo facientem, nec revertentem de Eccleſia ad palatium, aliquis auſus fuit comitari, nec in platea cuipiam licebat illi occurrere neque clamare (uti ſolent) vivat rex, aut hujusmodi. Vidi item eum orantem in Eccleſia non in Cathedra, vel ſolio regali, ſed ſuper terram, ſubſtrato tapeto, ad modum cæterorum ſedentem, nec circa eum aliquod ornamentum extenſum vel oſtenſum. Nihil omnino ſingularitatis in veſtimentis vel in equo utitur, quo poſſit ab aliis diſcerni. Vidi eum in exequiis matris, nec poſſibile fuiſſet me eum cognoſcere potuiſſe, niſi mihi oſtenſus fuiſſet. Habet ſtrictiſſimè interdictum, ne aliquis eum comitetur, aut ei in via occurrat ſine ſpeciali ſua licentia. Omitto multa quæ de eo audivi, quomodo ſit affabilis in collocutione, maturus & benignus in judicio, largus in eleemoſynis, & in aliis actibus ſuis benevolus. Quæ de modeſtia ſcribuntur, & veſtium, ab omni luxurie alienarum, uſu à *Septem-Caſtrenſi*, ea aliis quoque Imperatorum Muſlimicorum probari poſſent exemplis. *Sanè tantam frugalitatem & parſimoniam*, ait *Con-*

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

Imperatorum Muſlimicorum parſimonia.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham. *Conſtant. L' Emp.* in Benjam. Itin. pag. 186. *nobis in Caliphis proponit etiam Elmacinus, ut Chriſtianorum faſtum & prodigalitatem retundere & coërcere meritò debeat.* Lib. 2. c. 3. ſub finem, Almanſoris indolem exprimens inquit: استخدم طباخية علي ان لهم الروس والاكارع وعليهم الحطب والتوابل * *Famulos in coquos conduxit, ea conditione, ut eorum quidem eſſent capita & crura, ſed ipſis etiam incumberet ligna & ollas ſuppeditare.* Veſtes idem ille Chalipha Obolarius reſartas gerebat: Unde Sarcaſinus ille in eundem: قد يدرك الشرف الفتي ورداه خلق وجيب قميصه مرقوع * *Jam quidem attigit dignitas virum, cujus veſtis attrita, & ſinus induſii reſartus eſt.* Non multum ab hac parſimonia abfuit *Muhammed* fil. Almanſoris, de quo cap. IV. legimus, cùm obiiſſet, & ſepeliendus eſſet, nihil ei præter januam fuiſſe, quâ exportaretur: لم يوجد له نعش يحمل عليه فحمل علي باب ودفن تحت شجرة جوز وكان يجلس عندها * *Non inveniebatur pro eo feretrum, quo portaretur: itaque portabatur ſuper janua & ſepeliebatur ſub nuce arbore, apud quam ſederat.* Septem-Caſtrenſi noſtro, de Turcarum modeſtia, perſpicuè ſatis diſſerenti accinit, doctiſſimus

2. *Franciſcus Bartonus.* ille Anglus, *Franciſcus Barton*, qui verbis ejus ſequentem ſubjunxit explicationem. *De moribus Turcarum, quàm ad humilitatem, modeſtiam, ſobrietatem compoſiti ſint, dici vix poteſt. Etiam vulgus (ne quid de eorum Dervishler dicam) cœnobia ſanctitate vincunt. Externam hîc intelligi volo. Inceſſus omnium, quaſi ad numerum lentus, aſpectus gravis, oculi fixi, mira taciturnitas. In diſcurrendo mitis & ſine affectu animus. Toto illo, quo verſatus ſum inter eos, tem-*

Digitized by Google

tempore rixantes nunquam audivi. Templorum ſuorum quanta reverentia? Diſcalceatus etiam rex ingreditur. Quàm aſsidui certíque, horis conſtitutis, orant? Tempora ſua Canonica, numerúmque precum nullus Ordo ſtrictiùs obſervat Turcis, qui ſphærulis itidem precatoriis utuntur ad nomina Dei ſupputanda. Charitas autem & eleemoſynæ eorum etiam ultra homines ad bruta ſe extendunt. Canes excluſos ædibus una convocatos ſæpe vidi & panibus emtis veluti ſportulâ donatos. Vidi pretio redemtas aves apertâ caveâ manumiſſas. Hæc de externa Turcarum ſanctitate in genere, quâ, ut audivimus, in multis Pontificiorum Ordines haud parùm inferiores ſunt Turcarum plebe. In ſpecie verò magnam ſanctitatem præ ſe ferunt. Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

1. Monachi, de quibus audiatur Septem-Caſtrenſis cap. XIII. Quidam ex eis (Turcarum religioſis) *perferunt maximam patientiam, & iſti non portant aliquem habitum, ſed nudi incedunt, ſolùm cooperientes virilia.* De hoc hominum genere; addit *Franciſ. Barton*; ſæpiùs audivi, ſed vidi nunquam. Solent in Paſchate majori Regem aut Viſirum antecedere, & muſculos frontis ac malarum ſagittis, brachia cultris lanceíſque velut inſenſati refercire. *Et in iſta ſpecie religionis inveniuntur aliqui tantæ perfectionis, ut quaſi impaſsibiles ſint, & nihil exterioris impreſsionis ſentire valeant. Nam in maximis frigoribus hyemis, ipſi nudato toto corpore incedunt, & non ſentiunt: & hoc ſimiliter in caloribus æſtatis iſti ſuæ probationis rationes & patientiæ veritatem oſtendunt in variis ſtigmatibus combuſtionum, & cicatricibus inciſionum corporum ſuorum. Nam ſi quis probare voluerit, facit ſibi apponere ignem, vel incidere carnem cum gladio, quæ omnia tantum ſentit, ac ſi lapidi ignem apponeres, vel lignum gladio incideres. Alii ex iis magnam præferunt virtutem abſtinentiæ, de illis dicebatur, quòd ad tantam perfectionem perveniunt aliqui, ut rariſsimè cibum & potum ſumant.* Talis, *ſcribit* amicus

B. In ſpecie a. De ſanctitate Monachorum.

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

cus noſter, D. *Barton*, ante annos quatuor Peræ vixit, Melech-Dedhe vocatus, qui nunquam vel rarò admodùm edere viſus eſt. Opio tamen quandoque uſus. *Aliqui autem & magis perfecti ſine omni potu & cibo corporali vivunt. Alii magnam paupertatem habent; ita ut omnino nihil de terrenis rebus cogitantes neque curantes dicantur, nec in craſtinum aliquid retinentes. Alii perpetuum ſilentium tenent, & mutorum nomine* Tzamutlar (à صمت *mutus fuit*) *nuncupati nullam cum hominibus converſationem agunt, ne ad loquendum provocentur: quorum unum ſolum videre potui non ſine admiratione. Alii viſionibus, alii revelationibus variis ſunt donati, alii raptus, alii ecſtaſes ſupernaturales habent. Et ſecundùm hoc nullus eſt inter eos, qui non conſequatur aliquid experientiæ ſpiritualis, per quod poſſit haberi certa conjectura & evidens indicium, quòd ſit de numero & ordine Dervislar, hoc eſt enim nomen omnium in tali ſtatu degentium. Et ſecundùm varietatem ipſarum experientiarum ſpiritualium etiam differunt in habitu & modo vivendi. Nam unusquisque portat ſignum ſuæ profeſſionis. Si enim videris aliquem in capite deferre pennas, denotat eum meditationibus & revelationibus deditum eſſe. Si portat habitum conſutum variorum colorum peciis, ſignificat paupertatem. Illi qui inaures portant, inauribus ſignificant, ſe obedientes eſſe in Spiritu propter raptuum frequentiam. Portantes catenas in collo vel in brachiis, denotant violentiam vel vehementiam, quam habent in ecſtaſi. Varios etiam modos tenent vivendi. Illi enim, qui minùs impediti ſunt in ſpiritualibus, ſcil. in raptibus & aliis, communem vitam ducunt, & habitant inter homines. Alii verò ſeorſim habitant, congregati per modum villæ. Alii etiam ſolitarii in nemoribus & ſolitudinibus vitam ducunt. Alii in civitatibus hoſpitalitatem exercentes (quorum domos tekye vocant) recipiunt hoſpites, ſaltem ad quieſcendum, ſi non habent unde reficiant.* Sed perperam hoc; obſervat ad præſentem locum

Fr.

Digitized by Google

Fr. Barton; nam eodem modo, quo Capucini Collegia ſua ſemper habent extra civitates. *Alii ex mendicitate continua vivunt. Alii in civitatibus portantes aquam cum utribus de meliori aqua, quæ ibi reperitur, & circumeuntes civitatem omnibus præbent ad bibendum recentem aquam, & nihil mercedis petunt, ſed ſolùm ſponte oblatum recipiunt. Alii habitantes circa ſepulchra nominatorum Sanctorum, ea cuſtodientes, & devotis oblationibus populi viventes. Agunt & ipſi religioſi eorum quasdam feſtivitates, vel propter vota populi eis oblata, vel propter prædeceſſorum ſuorum memorias, vel etiam propter communem populi neceſſitatem; ſcil. pro pluvia impetranda, vel ſerenitate & hujusmodi; & tunc conveniunt & congregantur omnes, qui ſunt in locis propinquioribus: & fit primò omnium communis refectio: occidunt enim animalia, ſi habent; ſi autem non habent, faciunt de leguminibus, vel rizo; ſecundùm facultatem ſuam, cibaria qualia poſſunt, & completa refectione ille, qui primus eſt inter eos, accepto tympano facit modulationem, & ſurgentes cæteri per ordinem incipiunt ludere. Vocatur autem feſtivitas eorum Machia & ludus* Czamach, *qui fit quadam totius corporis regulata & bene modificata agitatione, cum honeſtis & dignis & valde decentibus omnium membrorum motibus, ſecundùm modulationem menſuræ inſtrumenti Muſici ad hoc convenienter aptatæ, & in fine per modum vertiginis quodam motu velociſſimo circulari rotatione vel revolutione, in quo tota vis ipſius ludi conſiſtit. Nam ferventiores eorum in tanta velocitate revolvuntur, ut non poſſit, utrum ſit homo vel ſtatua, diſcerni ab intuentibus, & oſtendunt ſe in hoc quaſi ſupernaturalem agitationem corporum habere. Et licèt aliquis eos poſſit imitari in cæteris ipſius ludi geſtibus, in iſto tamen revolutionis actu nemo eos quantumcunque aptus & agilis fuerit, poteſt aliquatenus imitari.* Choreis illis, notavit doctiſſimus noſter *Anglus*, ſæpe interfui: Ibi Dervishler

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

ad fiſtulæ tympaníque modulos ea celeritate ſe circumagunt, ut ſpectatores minùs abſint à vertigine intuendo, quàm illi ſeſe circumgyrando. Nudi cervicem, brachia, tibiáſque incedunt. Plurimam partem, ſi non omnes, cœlibes ſunt. Quod rotationes illas ſine caſu aut capitis dolore ferunt, id uſu à teneris venit. *Poſtquam igitur ſinguli luſerunt, ſurgunt omnes ſimul, & confuſo ordine ludunt; emittentes quaſdam imprecationis voces pro ſalute eorum, qui eis vota ſua vel eleemoſynas elargiti ſunt. Vtuntur etiam quibuſdam ſermonibus, à prædeceſſoribus ſuis ſibi traditis, qui illos, dum in raptu, vel in ecſtaſi erant in Spiritu locuti ſunt, qui ſuavis ſunt facundiæ, & rythmicè prolatæ & facilè mente retinentur, & ſecundùm materiam, de qua tractant, longiores vel breviores exiſtunt. Aliqui enim ſex verſus, alii octo vel decem, alii plus, alii minus continent. Et trahunt omnes ceremonias legis Turcorum & ritus ad ſenſum ſpiritualem, quorum ego magnam copiam habui, tam in ſcriptis, quàm mente, & delectabar in eis, eò quòd magis Chriſtianam religionem confirmant, quàm Turcorum. Vnde Sacerdotes eorum non accipiunt eos ad authoritatem, dicentes, eos, qui illa dixerunt, non intellexiſſe quid dicerent, quia in raptu vel Ecſtaſi poſiti, extra ſenſum conſtituti erant, dum illa proferrent. Quando igitur ipſi religioſi ſunt inter homines, unusquisque ſuæ perfectionis vel profeſſionis ſignum oſtendere conatur; & inter cæteros actus ſuæ oſtenſionis, nullus eſt tam provocativus devotionis ſeu fervoris, ſicut ipſe ludus eorum ſuprà dictus. Nec caret myſterio. Nam & ſancti Prophetæ antiquitus hujuſmodi ludis utebantur in ſuis feſtivis officiis; ſicut habetur de David, quòd ludebat ante arcam Domini & de multis aliis Vet. Teſtamenti. Dum enim quidam eorum in domo noſtra hoſpitaretur poſt cœnam ſurrexit & incepit ludere præcinxítque ſe, & dum ſe revolveret audiebantur quædam voces ex ipſo ſonantes, ita ut omnes, qui in domo erant attoniti, vix potuerint ſe à lachrymis continere.*

Alia

Alia vice quidam eorum, dum eſſemus in cœna repentè raptum incurrit, & totaliter extra ſe uſu omnium ſenſuum deſtitutus eſt, quaſi mortuus ſedebat, neque movebatur, nec quicquam ſentiebat. Sæpius autem apud nos hoſpitantes, de ſermonibus ſuprà dictis conſolationem præbebant audientibus. Sunt enim tantæ (NB.) *exemplaritatis in omnibus eorum dictis & factis, in moribus & motibus quoque tantam præferentes religionis oſtenſionem, ut non homines, ſed angeli videantur eſſe. Nam in facie eorum quandam ſpiritualis repræſentationis notam habent, ut ſi nunquam ampliùs vidiſſes eos, quòd ſolius vultus intuitione eos ſtatim agnoſcere poſſes.* Ita certè; iterum monet *Anglus* noſter; præfatus ille Melech Dedhe aſpectum habuit præ cæteris notandum, & ferè omnes Dervischler ſingulare quiddam præ ſe ferunt. De iisdem Monachis loquitur *Georgeviz* pag. 22. *Non deſunt illis Monachi, Dervislar vocati, varii quidem, ac imprimis triplicis ordinationis. Primus ordo talis eſt, qui nihil proprii habentes, quaſi nudi incedunt, præter pudenda pellibus ovinis tecta, & tempore frigoris ad cooperiendum dorſum ſimiliter pelle utuntur: latus, manus, pedes, & caput nullo prorſus tegunt veſtimento. Exigentes eleemoſynam tam à Chriſtianis, quàm à Turcis* Alahici *petentes, quod ſignificat* propter Deum. *Hi devorata herba Maslach vocata in rabiem aguntur, adeò ut per pectus totum in transverſum vulnus ducant, itidem per brachium vel nullo dolore diſſimulato, & fungum arborum incenſum capiti, pectori, manui ſuperpoſitum non removent, donec in cineres reſolvatur. Aliud genus vidi, qui incedunt pertuſa verpa, ſive mentula, & incluſo annulo æreo ponderis trium librarum, à coitu diſcluſi, ob ſervandam caſtitatem. Tertium genus rarò egreditur, ſed manent die noctúque in templis, habentes in angulis templorum tuguriola ſine calceamentis, veſtimento, diſcooperto capite nihil geſtantes præter unam camiſiam, multis diebus Jejunii orantes, ut Deus ipſis futura revelet,*

Liber 2. de Pſeudoprop. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

quos Rex Turcarum bellum moturus conſulere ſolet. De incredibili hac Monachorum Turcicorum σκληραγωγίᾳ aliquid diximus in ὁδηγῷ P. III. p. 119. tum ut illi, qui ſalutem ſuam in propriis operum meritis quærunt, pudore ſuffunderentur; tum ut Deo gratias agere diſceremus, quòd aliam nobis, & certiorem vitæ æternæ conſequendæ oſtenderit viam, Chriſtum Jeſum, qui via eſt & veritas, quàm quæ à larvatis illis teritur Eremitis; non Turcis tantùm, ſed & Chriſtianis. Quæ enim *Septem-Caſtrenſis* noſter deſiderat in Monachis Turcarum, *quòd ambitioſi ſint, injuriarum impatientes, quòd vulgò jactent, ſe præ cæteris à Deo eſſe doctos, & quaſi amicos Dei, ſe debere ab omnibus honorari; gratiam Dei ſpecialiter ab aliis & præ aliis ſe conſecutos, ita ut nemo poſſit ſalvari, niſi mediante gratia eorum*; quibus nominibus ſuſpectam ſatis reddi eorum ait ſanctitatem; ea ipſa in Pontificio Monachatu magis eſſe notabilia, ſole meridiano clariùs lucet. Unde ſæpe citatus Anglus monet: *Sanctitatem illam, qualem qualem certè minùs in Turcis ſimulatam credo, quàm in Pontificiis. Hìc enim omnia ad ſcenam, hic cum pompa nihil. Quàm ſerii ſint in religione ſua, ſatis ſupérque ſciunt Pontificii, qui licèt jam diu conventus inter eos habuerint, ne unum toto ſeculo ad fidem Romanam trahere potuerint.*

II. De illis Sanctis, quos tutelares illi ſuos agnoſcunt, diximus ſuprà p. 474.

c. *In Templis.*

III. Turcæ in templis adeò ſuperſtitioſi ſunt & devoti, ut ingenuè faſſus ſit *Septem-Caſtrenſis* cap. XIII. pag. 43. *De ordine autem, honeſtate, & ſilentio, quæ habent in Eccleſia, déque devotione longum foret enarrare per ſingula. Hoc tamen breviter dico, quòd quando Turcorum, in eorum Eccleſia, ſilentium, & Chriſtianorum in ſua Eccleſia, tempore orationis, tumultum cònſidero, magna mihi admiratio generatur de tanta ordinis permutatione, unde ſcilicet in illis tanta devotio, in iſtis verò tanta indevotio atque indiſcretio eſſe poſſit,*

cùm

Digitized by Google

cùm tamen contrarium eſſe debere cauſa & ratio ipſa requirat. Vidi, addit ad hunc Paragraphum *Fr. Barton*, in ſanctæ Sophiæ templo ad bis mille congregatos eo ſilentio, ut ante ingreſſum ibi neminem eſſe ratus ſim. In precibus cumprimis adeò ſunt fervidi, ut conſtitutas precandi horas negligere nulli impunè liceat. *Habent inquiſitores*, ſcribit *Septem-Caſtrenſis, qui accuſatos de omiſſione orationis multis afficiunt contumeliis, circumducunt enim eos, tabulam cum caudis vulpinis collo appendentes, & non ſine taxa pecunia dimittunt, maximè ſi hanc orationis negligentiam in quadrageſima eorum admiſerit. Præſentes verò, & precum ordinariarum penſum abſolventes, quàm, bone Deus, animo ſunt devoto? Oratio Elfata* (eſt prima Alkorani Surata) *dicta*, ſcribit *Cotovic.* in Itiner. pag. 158. *Turcis tam uſitata eſt, quam nobis oratio Dominica. Habent præterea & alteram quotidianam, quâ; recenſo priùs omnium hominum ſtatu; Muſulmannorum ſalutem, Imperii felicitatem, ſectæ Mahometæ augmentum, hoſtium & præſertim Chriſtianorum diſcordiam, atque excidium à Deo precantur. Precatione finita laudes, cantica & hymnos ſuo more ac modulo è ſuggeſtu concinunt. Poſtremò canticum* la illah illa allah *elata voce, quotquot adſunt, perſonant. Dúmque his clamoribus ſunt intenti, alii corpus capútque continuo agitatu ita quaſſant, volutántque, uti viribus & animo nonnunquam deficiant: alii collum, capútque in utrumque humerum in tantum flectunt, movéntque, ut laſſi tandem in terram concidant: quem quidem precandi ritum Deo inprimis gratiſſimum eſſe ſibi perſuadent. Nonnulli tanta feſtinatione, quâ inter ſe certant, & clamore* La illah, illa Allah *repetunt, ut verba illa ampliùs proferre nequeuntes, vociferationem verbo* Hou *terminent; quod quoties proferunt* (*Dei enim nomen denotat*) *corpus inclinant, & manus ad terram demittunt, rurſúmque ſe elevant, ac frontem tangunt: atque hunc clamorem in tantum protrahunt, ut nimio quandoque*

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

Præſertim in precibus.

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

clamore feſſi,ſpumam alii ex ore emittant,alii ob vim ſibi clamoribus illatam facie nigreſcant,& ſemimortui in terram labantur. His corporis afflictionibus Deum maximè, placari putant: imò quò majorem ſibi quis vim inferat,eò ſe gratiorem fore Deo arbitratur. Id quoque ſibi perſuaſum habent, negligenter orantium defectus & errores repetitione hac plurima corrigi & ſuppleri.

d. *Mulierum etiam modeſtia commendatur.*

IV. Etiam mulierum Turcicarum modeſtiam *Septem-Caſtrenſis* commendat,& ſanctitatem. *Certè mihi magna admiratio oritur,*ſcribit cap.XII. *quando honeſtatem,quam vidi in fœmineo ſexu inter Turcos conſidero: & impudiciſſimos,improbos & damnatos mores fœminarum inter Chriſtianos conſpicio. Sed quia hoc,quod ibi vidi, univerſaliter in omni loco Turciæ veritatem habet;ut penitus aliud fieri non viderim in omnibus civitatibus ſeu locis, quæ perluſtravi. Pro magna enim infamia reputatur viro apud eos,ſi uxor ejus in conſpectu virorum ſive in domo propria,ſive extranea,diſcooperta facie apparere videretur. Fœminæ eorum ſimpliciſſimo modo utuntur in veſtitu ſine nota alicujus curioſitatis, vel ſuperfluitatis. In capite utuntur mitris ſuperpoſitis velis,ita ut involutâ diligenter & decenter mitrâ,extremitas veli dependens remaneat ad dexteram faciei,quam ſi domum exire,vel in domo coram viris apparere contingat,ſtatim circumducere,& totam faciem,exceptis ſolis oculis velare poſſit. Sed hoc de omnibus,etiam villanis & ſimplicioribus dico. In civitatibus verò magnum nefas putarent, ſi uxor alicujus notabilis viri extra domum niſi tota facie cum ſubtili ſerico ita velata,ut ipſa alios videre,à nemine autem facies ejus videri poſſit, exire comperta poſſet. Nunquam audet fœmina, ubi eſt congregatio virorum,comparere: & fœminam forum adire, vendere vel emere apud eos omnino illicitum eſt. In Eccleſia eorum majori locum longè à viris habent ſeparatum, & ita ſecretum,ut nemo poſſit introſpicere,vel aliquo modo in-*

Digitized by Google

intrare,& illum non omnes,ſed ſolùm magnorum Dominorum uxores; & nunquam ampliùs,niſi in die Veneris ad unicam orationis meridianæ horam,quæ apud eos ſolennis eſt,decet aliquo modo intrare. Collocutio viri cum muliere in publico ita rara eſt,ut ſi inter eos per annum eſſes,vix ſemel id experiri poſſes. Mulierem ſedere in equo,vel equitare ab omnibus haberetur pro monſtro. Etiam in domibus propriis viri cum uxore nunquam in actibus & motibus,vel collocutione minimum indicium laſciviæ vel inhoneſtatis deprehendi poteſt. Et tanta eſt maturitas virorum etiam in domibus propriis, ut timor & reverentia eis ab omni familia exhibeatur: præſertim erga uxores rigorem ſuum nunquam relaxant. Magni autem Domini,quia cum uxoribus ſuis eſſe ſemper non poſſunt,eunuchos ad cuſtodiam earum deputatos habent,qui cum ſumma diligentia ita eas cuſtodiunt,ut conditionem viri cujuſcunque penitus ignorare videantur,niſi mariti ſui. Uxor filii,quæ annos XX. in domo eadem jam tranſegerat,& habebat filios & filias,nunquam viſa eſt,præſente patre mariti, aperto ore,vel diſcooperta facie comediſſe,vel locuta fuiſſe. Et hunc rigorem reverentiæ à prima die,quâ illam eandem domum intraverat, nunquam relaxavit, nec in poſterum aliquando relaxare decet. Et iſta eſt omnium generalis conſuetudo in ſimili caſu degentium. Apud eos eſt etiam aliquid, quod ſtrictiſſimè obſervant. Facto enim deſponſationis pacto inter filium unius,& filiam alterius,nunquam ampliùs Sponſus aliquo modo audet parentibus vel propinquis Sponſæ colloqui,vel apparere uſque in diem nuptiarum,ſed declinat & fugit erubeſcendo præſentiam eorum,quantum eſt poſſibile. Et hoc idem obſervatur ab ipſa Sponſa reſpectu parentum,& propinquorum Sponſi ſui. Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

V. Conſequens eſt,ut aliquid etiam de magna illa reverentia, quem *libris* ſuis Muhammedani tribuunt, Alkorano præſertim, dicamus: Non quòd ἐκζώματα iſta, & pudenda mon- *c. Magnam Alkorano deferunt authoritatem.*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham:

monſtra ullam laudem mereantur, ſed ut Arabum ſuperſtitione in ruborem convertantur omnes illi, qui de Canonicis Scripturæ Sacræ libris tam loquuntur indignè & impiè, ut majori Saraceni loco habeant fabulas ſuas & nugamenta, quàm ex Chriſtianis non pauci ſanctiſſimum Dei verbum. *Tantam reverentiam*, ſcribit *Georgeviz.* l. cit. pag. 24. *Turcæ Machometi traditionibus & ſtatutis præſtant, ut non ſolùm Deum (quod noſtris plerumquæ accidere ſolet) non blaſphement; imò Schedam quomodocunque ſcriptam in terra jacentem ſi repererint, erectam & ſæpius deoſculatam, in rimam aliquam parietis poſitam, obſtruunt. Dicunt, peccatum eſſe, ſi literæ, quibus nomen Dei, & lex Machometi deſcribuntur, pedibus conculcentur. Et nemo audet Chriſtiano, vel alterius fidei ſeu religionis homini vendere Alkoranum, aut alia eorum ſcripta, ne abjecta palpentur, vel immundis manibus contrectentur, alioquin capitis pœna plecterentur: quare in hac re nobis profectò meliores dici poſſunt. Thomas Erpenius* Notis ad Surat. Joſephi: *Incredibile eſt dictu, quantum Alkorano virtutis, majeſtatis & authoritatis aſcribant, quantum ei honoris, imò venerationis tribuant. Integri de præſtantia ejus extant libri, quos ſine riſu homo Chriſtianus non legat. Super omnes eum creaturas excellere & proximum à Deo locum tenere prædicant: qui irreverenter eum tractat vita indignum, nec minùs flagitioſum, quàm ſi ipſum contemneret Deum. Hinc magna cum veneratione & reverentia eum accipiunt, & è manibus deponunt, neque Chriſtianum vel Judæum attingere eum permittunt. Inſidere autem ei immane eſt piaculum. Chriſtianis etiam & Judæis capitale. Quin ipſis Muhammedanis nefas eſt, niſi bene mundi ſint & loti, vel extremis digitis attingere, qua de cauſa, ne impudenter peccent, corio ejus extrinſecus majuſculis literis inſcribere ſolent* لا يمسه الا الطهر ne tangat eum (Alkoranum) ni-

ſi

ſi mundus. Quid cauſæ ſit, cur Chriſtianis tam difficilem faciant Arabes Alkorani uſum, à *F. Bartono* cognoſce. *Videram,* inquit, *non ita procul à ByZantio Beshik-tashi Alkoranum in octavo, pulcherrimè ſcriptum cum Perſico* (quòd enim *Gabriel Sion.* de Urbib. & Morib. Orient. pag. 70. ſcribit, *Alkoranum nullâ aliâ linguâ, exceptâ Arabicâ, reperiri*; falſum eſt, ait idem ille Bartonus, qui duo vidit exemplaria Arabico-Perſica, quorum alterum immani proſtiterit pretio) *rubris literis interlineari. Sed quoniam iniquo pretio venale proſtitit, nempe 140. thaleris, emere nolui. Poſtea in manibus cujusdam Præceptoris Arabici minùs pulchrum in quarto Peræ apud Illuſtriſſimum Oratorem Anglicum mihi monſtratum eſt. Iſtud verò recuſavit Hogia ullo pretio dimittere. Cùm itaque libri tam rari ſemper tenerer deſiderio, neq; alibi, quàm apud Derviſios, Perſicæ linguæ peritos haberi poſſe intelligerem, curavi inter eos quæri, utrum ejusmodi venale eſſet, ſed fruſtrà. Tandem ubi Gallipolim in Græcia devenimus, inter Dervishler, qui illic bene multi ſunt, per hoſpitem meum iterum quæſivi. Renunciatum eſt, eſſe. Præcipites unà ad collegium tranſimus, ubi & alios tres, vel quatuor, præter Deriviſium, invenimus. Statim à me quæſitum eſt, quare, cùm infidelis eſſem, Alkoranum vellem? Reſpondi, quia ab aliis multa de illorum lege audiveram, neſcire autem, an aliquid certi. Sed ut meliùs mihi conſtaret, me libenter velle librum de proprio habere, eíque intelligendo, Præceptore adhibito, operam dare. Mox reponit Turca (minimè Derviſius) hæc eſſe ſimulata, me ſub amoris erga fidem Muſelmannicam ſpecie, ſpeculatorem agere, & remittendum eſſe ad Viſirum. Quo audito, monuit me hoſpes cavere malo, atque recedere, quod feci, neque redii poſtea.* Quàm ægrè ferant Muhammedani manibus Chriſtianorum Alkoranum ſuum teri, *Ahmedis, Ibn Ali,* Mauri exemplo non ita pridem ipſe didici. Exemplar ipſe ſuum Sylvæ Ducis cum aliis quibuſdam opuſculis, ſoluta & ligata

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

gata oratione ſcriptis, pignori datum reliquit aliquandiu. Rogatus, an pignore liberare vellem ſcriptum, cujus apud poſſeſſorem, virum tum Ampliſſimum, & de me optimè meritum, nullus eſſet uſus? Non modo annui, ſed & gratulatus mihi fui, commodam diúque expectatam tandem offerri mihi occaſionem nanciſcendi libri, quo, ad perſequendum propoſitum meum difficulter potuiſſem carere. Utor libro, ipſo ſæpe inſpectante Mauro, ſine ullo impedimento, aut exprobratione. Redit interim Maurus in Africam, ego Tigurum. Triennio vertente, certis de cauſis, patriâ relictâ Leidam repetit, ibíque Clariſſimo & nunquam dignis ſatis laudis encomiis à me ornato viro, D. *Jacobo Golio*, tantas ob unum hoc Alkorani exemplar creat moleſtias, ut nullis conditionibus leniri potuerit, aut ad compoſitam mentem revocari. Voluit ſuum antehac, poſtea verò non emtionis ſolùm; ſed & auctionis & emendationis jure (neque enim notis marginalibus, ad mentem ferè *Beidavi*, commentatoris Arabum celeberrimi, auxi tantùm; verùm etiam vocalibus punctis magnam partem veſtivi) meum Alkorani exemplar, eo fini, remitti, *ut, quòd ſciret Chriſtiani manu illud eſſe notatum, igne abolere, atque ita ſuo more purificare poſſet*: Ita ad me ſcripſit Cl. D. *Golius*. Atque ſic miſer ille Muhammediſta ineptam facere voluit verſuram. Librum, quem ne per leges quidem Muhammedicas repetere potuiſſet, utpote Chriſtiani ære redemtum, poſtulavit, ut Vulcano eum traderet, atque ſic ea ex parte ſuperſtitioni ſuæ ſatisfaceret. Vides, quo loco ſuum habeant Alkoranum Turcæ? Quid quæras? Cùm de eodem Alkorano ſcribant Arab. كلام الله دوا قلب *Verbum Dei eſt medicina cordis*; & is من قرا حرفا من كتاب الله وله حسنه * *qui unicam tantùm de libro Dei legit literam, meretur bonum retributionis*, cur miremur, tantùm eos maledicto illi tribuere libro,

quan-

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

quantum hactenus illi, qui præ cæteris Chriſtiano nomine gaudere voluerunt, Dei verbo ἀναμφισβητήτῳ, dare recuſârunt. Nunc mittamus iſta, & coronidis loco prolixum quidem, ſed propoſito haud inutilem ſubjiciemus dictorum quorundam & Apophthegmatum Catalogum, quæ & conatum illum (de quo videndus eſt noſter ὁδηγὸς P. III. pag. 114.) non parùm illuſtrabunt, planúmque facient, veré nos ſcripſiſſe, malè nonnunquam de iis etiam, qui Chriſtiani cluent, iri actum, ſi externa aliqua ad conſequendam vitam æternam ſanctitas ſufficeret, aut ſi propriis operum meritis ſtandum eſſet: ita enim in multis ipſis Turcis inferiores deprehenderentur: Sed & Bellarmini ſimul temeritatem arguent, qui ex nimis agreſti, fera & Barbara Muhammedanorum religione, Sanctimoniæ Papiſticæ oppoſita, ſuperſtitioni ſuæ patrocinium quærit. Ipſi judicent adverſarii ex illis, quæ ex Arabum nunc monumentis afferemus, nónne majus ſæpe & virtutum ſtudium, & vitiorum odium præ ſe ferant Muhammedani, quàm Pontificiorum plerique religioſi?

Huc pertinent dicta Arabum & Perſarum 1. de pietate.

I. De ipſa *pietate*, cujus tamen illi fundamentum ignorant, habent ſequentia apophthegmata: الظالم ميت ولو كان في منازل الاحيا والمحسن حي ولو كان انتقل الي منازل الموتا * *Impius mortuus eſt, etſi vivat: At pius vivit, etſi ſit in manſionibus mortuorum* (i. e. mortuus) Item: العبادة تميت الشهوة *Religio, pietas, cultus religioſus occidit concupiſcentiam.* Illud cumprimis ex ipſa S. Scriptura petitum, memorabile eſt: راس الحكمة مخافة الله *Initium Sapientiæ eſt timor Domini.* Sic etiam Imperator Muſelmannorum, Ali, dicere ſolebat; خوف الله تجلي القلب

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Timor Dei ornat cor. Ita de precibus, quas & Hebræi, & Arabes κατ' ἐξοχὴν *Dei cultum* appellare ſolent, idem *Ali* dicere ſolebat: صلوة الليل بها النهار *Preces nocturnæ ſplendor diei.* Haſeno, ſexto poſt Muhammedem Chalifæ *Elmac. Hiſt. Sar. pag. 46.* tribuit illud: اكيس الكيس التقى واحمق الحمق الفجور *Sapientiſſima ſapientia eſt pietas, & ſtultiſſima ſtultitia eſt impietas.* De fructu pietatis loquitur *Ali* in proverbiis ſuis: طاعة العدو هلاك وطاعة الله غنيمة * *Obedire inimico* (Satanam puto intelligi, qui crebrò in Alkorano عدو مبين *Hoſtis manifeſtus, apertus* vocatur) *interitum affert; at obedire Deo, eſt lucrum.* De numero piorum idem conqueritur: قلّ قدر المتقين والمتوكلين *Pauci ſunt Dei timentes, & in eum confidentes.* Quid? quòd proverbio uſum dederint, qui aliis pietatis & juſtitiæ facem præferre ſtuduerunt. Unde ابر من العملس *Juſtior Hammalaſo.* Eos verò, qui nulla internæ pietatis ratione habita, Deos ſuos inutili expenſarum multitudine placare ſtudebant, fabulâ quidem, ſed non ineptâ rident: Ea talis eſt: انسان كان له صنم في بيته يعبده وكان يذبح له في كل يوم ذبيحة فافنى جميع ما يملكه على ذلك الصنم فشخص له قايلا لا تفن مالك علي ثم تلومني لاله اخر* *Erat homini cuidam Idolum domi ſuæ, quod colebat, & cui quotidie ſacrificabat ſacrificium, conſumſitque omne id, quod poſſidebat propter Idolum illud, quod ſe*

Digitized by Google

ſe coram eo ſiſtens dixit: Ne conſume opes tuas propter me, & me deinde culpa apud Deum alium. Cujus fabulæ ἐπιμύθιον eſt: من نفق ماله في الخطيئة ثم يحتج ان الله افقره * Dicitur in eum, *qui facultates ſuas erogat in peccato, & deinde queritur, quòd Deus ipſum pauperem fecerit.* Occurrit apud *Lokmannum*, de quo ſuprà p. 68. Cujus etiam meminit *Erpen.* in Centur. proverb. Arab. p. 109. *Fuit autem hic Lokman Doctor quidam vel Propheta Muhammedicus.* Et pag. 132. tribuitur ei filia صكر *Sohara.* Ejusdem quoque proverbia & apophthegmata obſervantur à Parœmiographis Perſicis. Vide Centur. Proverb. Perſic. *Lev. VVar.* p. 12. Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

II. *Humilitatem* ſuadent ſuis ſequentibus dictis. ثبات الايمان الورع وزواله الطمع *ſtabilimentum fidei humilitas, labefactatio autem ejus præſumtio.* Putat tamen *Erpenius*, meliùs verti hoc effatum: *ſtabilimentum fidei eſt abſtinentia, labefactatio autem ejus concupiſcentia.* Sed & prior verſio, quæ *Scaligeri* eſt, tolerari poteſt. Sic: كن في طفولتك متضعا لتكون في شيخوختك مرتفعا * *Eſto in pueritia tua humilis, ut ſis in ſenectute tua exaltatus.* Emphaticum cumprimis eſt illud: التواضع زيادة في الشرف وبه تتم النعمة * *Humilitas* (demiſſio ſui) *augmentum eſt nobilitatis, & complementum gratiæ.* Et verè imperatorium eſt illud *Ali*: سمو المرء التواضع *Exaltatio viri, eſt humilitas ejus.* 2. De humilitate.

III. Superbiam contrà vivis depictam coloribus exoſam ubique apud ſuos reddere ſtuduerunt. Unde, من ترك نفسه بمنزلة العاقل تركه الله والناس بمنزلة الجاهل * 3. De ſuperbia.

 Qui

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

Qui ſe ipſum habet pro ſapiente; habent eum Deus & homines pro ignaro. Item: لا تصعد لقلة الجبل وانت مزين ليلا تقع اي تحذر من الافتخار والكبريا لان عاجل الماشي يسقط * *Ne aſcendas cacumen montis, cùm fueris ornatus, ne fortè cadas*: Id eſt, *cave à typho & faſtu: Nam qui velociter ambulat, cadit.* Unde etiam *Ali*: هلاك المرا في العجب *Exitium hominis in φιλαυτίᾳ.* Et iterum: ثلث مهلكات العجب والبخل والهوي * *Tria ſunt, quæ interimunt hominem: Faſtus, avaritia & deſiderium.* Sic من قل لبه زاد عجبه *Cujus minor eſt intelligentia, major eſt Philautia.* Item: اعسر العيوب صلاحا العجب واللجاج *Inter omnia vitia difficilimè curatur φιλαυτία & φιλονεικία.*

4. Contra cupiditates.

IV. Ut cupiditatibus quiſque ſuis frænum injiciat, Arabes ſedulò etiam monuerunt. Unde apud Parœmiographos ſequentia monita. سد الاطواق الخمسة ليضي البيت والساكن فيه اعني سد خمسة حواس الجسد لتضي نفسك في ضوا الحياة * *Obſtrue quinque feneſtras, ut luceat domus, & habitans eam,* id eſt, *obſtrue quinque ſenſus corporis, ut luceat anima tua in luce vitæ*: لا تسبح في الما البارد فتهلك اعني لا تسلم نفسك للشهوات ليلا تموت في خطيتك دايما بعذاب * *Ne nata in aqua frigida,*

Digitized by Google

gida, ut pereas. Id eſt, *ne tradas animam tuam cupiditatibus, ne moriaris in peccatis tuis, in æternum in cruciatu.* Liber 2. de Pſeudopr. Muham. أبرد الشوك بالمبرد اعني اغلب الم الجسد والشهوات الردية لتحيا * *Lima ſpinas limâ.* Id eſt, *vince affectum carnis, & cupiditates malas, ut vivas.* اغلق بابك بوجه الخاطفين اي اغلق حواسك بوجه الخطية لئلا يخطفوك الاعدا * *occlude oſtium tuum adverſus raptores, id eſt, claude ſenſus tuos contra peccatum, ne capiant te hoſtes.* لا ترسل بهيمتك للمرج الذي ليس فيها سياج اعني لا تطلق مشيتك ورا الشهوات بلا لجام الناموس بل الجم مشيتك * *Ne immittas pecus tuum in pratum, in quo non eſt ſepes.* Id eſt: *Ne emittas, voluntatem tuam poſt cupiditates, ſine fræno legis, ſed cohibe fræno voluntatem* (appetitum) *tuam.* اعرض عن العورا ان سمعتها واقعد كانك عاقلا لم تسمع العورا اي الكلام القبيح * *Declina à turpitudine, ſi audis illam, & ſede tanquam cogitabundus non audires turpitudinem.* id eſt, *ſermonem obſcœnum.* من استحسن قبيحا فقد عمله *Qui laudat obſcœnum, is perpetrat illud.* لا يكون الحكيم حكيما حتي يغلب جميع شهواته * *Sapiens non eſt ſapiens, donec omnes ſuas cupiditates vicerit.* Nam العالم اذا لم يكن زاهدا وهو عقوبة لاهل زمانه * *Cùm ſapiens non temperat à mundanis cupidi-*

di-

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

ditatibus, ſeculi ſui hominibus tormentum eſt. الكسف عن الشهوات غني *Abſtinere à concupiſcentiis, eſt divitem eſſe,* من غلب هواه لعقله هلك *Cujus concupiſcentia vincit intellectum is perit.*

5. De pudicitia.

V. Modeſtiam & pudicitiam mulierum quo loco habeant, vel uno hoc Arabum probatur dicto: امراة بلا حيا كطعام بلا ملح *Mulier ſine verecundia, eſt ut cibus ſine ſale.* Unde & illæ, quæ pudicitiæ limites tranſierunt, proverbio locum dederunt; ut: اقود من طلمة *Audacior, impudentior Thelmâ*, muliere impudica.

6. De contemtu mundi.

VI. Ut contemtum mundi inducerent, Muhammedani ſuis, quàm nihil intentatum reliquerunt? Vitæ brevitatem, mundi vanitatem, mortis certitudinem, pœnæ æternæ gravitatem, & quid non? urſerunt. لو راي العبد الاجل ومروره لابغض العمل وغروره * *Quòd ſi videret homo finem tranſitúmque ſuum, odiſſet utiqe opus, ejúsque fraudem.* Id eſt, ſi homo diligenter perpenderet finem vitæ, mundi illecebras, quæ miſerè eum circumveniunt, rideret. كفاك من عيوب الدنيا ان لا تبقي* *Satis eſt tibi ex mundi vitiis, quòd non manebit.* Id eſt, vel hinc amor mundi reſideat & frigeſcat, quòd caducus ſit & vietus. Unde etiam Perſæ: جهان اي برادر نماند بكسي دل اندر جهان افرين بند وبس* *Mundus, ô frater, nemini perpetuus eſt: Cor ad mundi creatorem applica, & hoc ſufficit.* Sic *Haſenus*, fil. Ali apud *Elmac.* pag.

pag. 45. الدنيا دول *Mundus caducus eſt.* Unde etiam Poëta: Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

وحلاوة الدنيا لجاهلها
ومرارة الدنيا لمن عقل

Dulcedo mundi videtur aliqua ſtulto, ſed ſapienti eſt amaritia. Sic Perſæ dicunt: درين عالم كسي بيغم نباشد اكر باشد بني ادم نباشد * *Nemo eſt in hoc mundo, qui ærumnis vacet; ſi vacet, inter filios hominum numerandus non eſt.* Imperator Muſelmannorum, *Ali*, elegantiſſimâ paronomaſiâ, dicit: سرور المرا في الدنيا غرور *Gaudium hominis in hoc mundo eſt impoſtura.* Symbolum etiam *Muaviæ*, fil. Jeſidi fuit; الدنيا غرور *Mundus eſt deceptio.* Muhammedem referunt mundum vocâſſe دار البكا والعنا ودار البلا والفنا *domicilium lachrymarum, & curarum: domicilium ærumnarum & defectûs. Keſſæus* in vitis Patrum pag. 68. de Noacho ſcribit, quòd dixerit: ما شبهت ما مضا من عمري في الدنيا الا كدار لها بابان دخلت من هذا وخرجت من الاخر * *Id quod de mea ætate præteriit nulli rei meliùs comparo, quàm domui bifori. Per alteram portam ſum ingreſſus, per alteram egreſſus.* Sic *Giggæus* ex Arabum ſcriptis obſervat; mundum dici دار القلعة *Sedem, à qua diſcedendum*; Item منزلنا منزل قلعة *Sedem noſtram non eſſe, ut eam veluti patriam acquiramus.* Unde in vitis Patr. p. 184. لا توثر الدنيا على الاخرة *Ne præferas vitam hanc futuræ*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

vita; Sed, ut alius loquitur: بع الدنيا بالاخرة تربح *Vende mundum hunc pro altero, & multum lucraberis*. Unde Poëta *Abulababia* اين الملوك واين غيرهم صاروا مصيرا اتب صايح يا موثر الدنيا الدانية والمستعد لمن يفاخر بل ما بدا لك ان تنال من الدنيا فان الموت اخر *
Ubi reges ſunt? Et ubi reliqui? Iverunt viâ, quâ & tu ibis: O eligens mundum caducum, & beatum prædicans, qui cum eo gloriatur. Accipe quod neceſſe eſt te accipere à mundo, ultimum enim ejus mors eſt. Azmagæus apud *Elmac.* Hiſt. Sarac. pag. 220. ſcribit hæc verba Raſijdo Imperatori Muſlimico lachrymas elicuiſſe. Dixit enim: والله كاني اخاطب بهذا دون الناس * *Per Deum, dirigitur hic ſermo ad me præ cæteris hominibus*. Unde quærit ὁ *Δῆνα*: متي تهجر الدنيا وتنوي له بغضا متي تترك العصيان قل لي متي *
Quando deſeres mundum, & intendes ei odium? quandò relinques rebellionem? Dic mihi quando? Nam: العالم نزول كالمكتوب والحكم ثابت كالمرسوم *Mundus tranſit ut ſcriptura (delebilis) ſapientia ſtabilis ut ſculptura.* Et alibi dicunt: اتتكر في دخولك الي هذا العالم وفي خروجك منه لانك من لا شي صرت انسانا وعن بغتة تصير كانك ما كنت وافكر في من كان قبلك من الملوك والروسا والاشراف انظر كيف رحلوا من هذا العالم

العالم وانت مثلهم ترحل *Cogita ingreſſum tuum in hunc mundum, & egreſſum tuum ex ipſo, quia tu de nihilo factus es homo; & momento fies, tanquã non fueris. Item conſidera, qui fuerint ante te reges, præfecti & nobiles, conſidera quomodo migrârint ex iſto mundo: tu verò, quemadmodũ illi, migrabis.* Item: المال والدنيا تزول وتبقي الاعمال الصالحة *opes & mundus præteribunt, & durabunt opera bona.* Et الدنيا جيفة وطالبوه كلاب *Mundus cadaver eſt, & petentes eum, canes ſunt.* Huc facit, quòd ſcriptores Muhammedani ipſi quoque Servatori noſtro, Chriſto, nonnullas tribuant chrejas & apophthegmata, quibus mundi & rerum mundanarum vanitatem exprimere voluerit. Sumamus unum & alterum exemplum: راي عيسي ابن مريم عليه السلام

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

الدنيا في بعض مكاشفاته وهي علي صورة عجوز هرمة
فقال لها كم لك بعل فقالت لا تحصون كثرة
فقال ماتوا فطلقوك فقالت بل انا قتلتهم فافنيتهم
وقال عجبا لهولا الحمقا الاخرين الذين يشاهدون ما
بسواهم صنعت فهم فيك يرغبون وبغيرهم لا يعتبرون *

id eſt, *Vidit Iſa filius Mariæ f. m. mundum revelatum ſub ſpecie anus decrepitæ; cui dixit: Quot habuiſti maritos? Innumeros, reſpondit illa. An ergò, inquit Jeſus, mortui illi ſunt, téque dereliquerunt. Imò, dixit illa, ego occidi illos, & è medio ſuſtuli. Mirum itaque, ait Jeſus, adeò inſipientes eſſe alios, ut cùm videant quomodo reliquos tractaveris, tui tamen amore flagrent, & de aliis exemplum non capiant.* Ita alibi:

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

كان في زمان عيسي ثلاثة سايرين في طريق فوجدوا
كنزا فقالوا قد جعنا فليمض واحد منا ويبتاع لنا
طعاما فمضي احدهم لياتيهم بطعام فقال الصواب ان
اجعل لهما في الطعام سما قايلا لياكلا منه فيموتا
وانفرد بالكنز دونهما ففعل ذلك وسم الطعام واتفق
الاخران انهما اذا وصل اليهما بالطعام قتلاه وانفردا
بالكنز دونه ولما وصل اليهما بالطعام المسموم قتلاه
واكلا الطعام المسموم فماتا فاجتاز عيسي عليه
السلام بذلك الموضع ومعه الحواريون فقال هذه الدنيا
فانظروا كيف صنعت بهذه الثلاثة وبقيت بعدهم
ويل لطالب الدنيا من الدنيا ✱ *Tempore Iſa tres aliquando unà facientes iter theſaurum inveniebant. Dixerúntque; Eſurimus. Eat ergò unus noſtrûm emptum nobis cibum. Abiit igitur unus, ut cibum iis afferret, conſultúmque eſſe cogitavit, ſi cibum veneno inficeret, dicens, fore, ut ſi de eo edegirent, morerentur, ipséque ſolus theſauro potiretur. Fecit igitur hoc, cibúmque veneno miſcuit. Reliqui verò duo etiam inter ſe convenerunt, quòd, cùm tertius ille accederet cum cibo, neci eum daturi eſſent, atque ſic ipſi ſoli theſaurum poſſeſſuri. Afferentem igitur cibum occiderunt; ipſi verò poſtea cibum venenatum comedentes mortui ſunt. Hunc cùm Jeſus f. m. & diſcipuli ejus locum tranſiiſſent, dixit: Hic mundus eſt! Videte, quomodo tres iſtos tractaverit, ipſe tamen in ſtatu adhuc ſuo permanet,* id eſt, *nec dum amaſios habere ceſſat. Væ illi, qui*

Digitized by Google

qui petit divitias (prop. *mundum*; divitias tamen etiam ſignificat) *ex hoc mundo*. Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Sunt & aliæ Arabum ſententiæ, tum de vitæ humanæ fragilitate, tum de ultimi judicii certitudine, tum etiam de fortunæ inconſtantia, quibus mundi deſiderium Arabes excutere ſuis ſolebant. Hinc illud: اياك ان تغرن كثرة الناس فانك تموت وحدك وتحاسب وحدك * *Ne te ſeducat multitudo hominum, quandoquidem tu ſolus* (tibi) *morieris; & tu ſolus* (tibi) *rationem reddes*. Item: من اراد يستغني من الدنيا بالدنيا كالمطفي النار بالتبن * *qui cupit ſupplere mundana mundanis, ſimilis eſt illi, qui extinguere cupit ignem ſtramine*. Hinc ἄσπονδον illud odium inter præſentis & futuri ſeculi amorem. طلب الدنيا والاخرة من خداع النفس * *Studere ſimul mundo & futuræ vitæ, eſt fallere ſeipſum*. Unde ما كفي من الدنيا للزاهد *Non ſufficit mundus abſtinenti: religioſus non acquieſcit in mundi vanitate*. Huc faciunt ſequentia: اذكر من اين اتيت والي اين تروح واين قايم * *Recordare, unde veneris, & quo ſis abiturus, & ubi conſiſtas*. Item: الدنيا الاحيا *Mundus eſt viventium*, id eſt, poſt funera omnis hominum tranſit decor & dignitas. Et: حياة الفتي سير الي الموت قاصد * *Vita hominis via eſt ad mortem tendens*. Sic: الموت افني من مضي والموت يفني من يبقي * *Mors conſumit*

Liber 2. de Pſeudopr. Moham.

eum, qui diſceſſit, & mors conſumet eum, qui remanet. Unde *Mervani* ſymbolum in Hiſtoria Sarac. pag. 96. اذكر الموت يا عاقل *Memento mortis ô prudens.* Et *VValidi:* يا وليد انت مايت ومحاسب *O Valid! moriturus es & rationem redditurus.* Item: يا وليد احذر الموت *O Valid, time mortem.* De *Soleiman* refert *Elmac.* Hiſt. Saracen. pag. 74. quòd ſpeculum intuitus thraſonicè dixerit انا ملك الشباب *Ego ſum rex juvenum.* Sed opportunè ſubjecit puella quædam: انت نعم المتاع لو كنت تبقي فلكن لا بقا للانسان فليس فيما علمت فيك عيب كان في الناس غير انك فان * *Pulcherrimus eſſes, ſi permaneres; ſed non eſt homini permanentia.*

Neque ego novi in te vitium, quod in homine eſt, niſi quòd caducus es. Nam omnino, ut ait Poëta: كل حي للمنايا مرتهن *omne vivens morti oppigneratum.* Et Parœmiographus: طال ما ذبح السمين وترك المهزول *Diu eſt, quando tantùm mactatur pingue, & relinquitur macrum.* Huc pertinent ſequentia: العيش نوم والموت يقظة والمرء بينهما خيال سار * *Vita noſtra ſomnus eſt & mors excitatio; homo verò inter illa duo ſe habet inſtar ſpectri procedentis.* Unde quod Pythag. in car. Græcè exprimit: ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι, Arabes κατὰ πόδα verterunt الموت حال يجمع الناس لا محالة *. Unde & Perſæ: امروز دنيا است فردا سامس

قدامت id eſt, *Hodie mundus durat; cras noviſſimus dies inſtat.* Iidem Perſæ Neuſchirvvano, (de quo *VVar.* in Pro. Perſ. pag. 24. 25.) viro celebri tribuunt ſequens effatum. *Quando moritur inimicus meus, non ideo hilari ego ſum animo: nam nec mea vita æternùm durat.* Quo verò & quanto vitæ hujus deſiderio homines glebæ mundanæ aſcriptitii teneantur, iidem fabulâ innuerunt haud illepidâ. انسان مرة حمل حزمة حطب وثقلت عليه فلما اعيا وضجر من حملها رمي بها عن كتفه ودعا علي روحه بالموت فتشخص له قايلا هوذا انا لماذا دعوتني فقال له الانسان دعوتك لترفع هذه حزمة هذا معناه ان العالم باسره يحب الحياه الدنيا وما يمل من الضعف والشقا * id eſt, *Homo aliquando ferebat faſcem lignorum, qui gravabat eum: cúmque laſſus factus eſſet, tædioque afficeretur geſtationis ejus, abjecit eum ab humero ſuo, vocavítque ad ſe mortem, quæ ſe coram eo ſtitit, dicens: Ecce me! cur me vocaviſti! Reſpondit ei homo. Vocavi te, ut faſcem hunc lignorum ſuprà imponeres humero meo, quod ſignificat: Vniverſum mundum vitam diligere mundanam, neque laſſari infirmitate & miſeria.*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

VII. Pergendum ad reliquarum virtutum ὁρμητήρια, quibus Muhammedani ſuos excitant tanto ſtudio, ut majori vix poſſint. Sic patientiam ſequentibus commendant dictis. فقير بلا صبر كقنديل بلا زيت *Pauper ſine patientia, eſt ut lampas ſine oleo.* الكمال في ثلاثة اشيا العفة في الدين *7. Patientiam.*

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

الدين والصبر عند النوائب وحسن في التدبير في العيشة * *Perfectio eſt in tribus rebus: Devotione in religione: Patientia in adverſis: Prudentia in vita.* الصبر مفتاح الفرج والعجلة مفتاح الندامة * *Patientia eſt clavis gaudii, feſtinatio autem clavis pœnitentiæ.* فلجك عن خصمك في الاحتمال *Liberatio tua ab adverſario tuo in patientia conſiſtit*: id eſt, patienter ferendo adverſarii inſultus facilè vinces. Nam, ut alibi dicunt: المصيبة للصابر واحدة وللجازع اثنتان *Infortunium patienti unum eſt; pavido autem geminum*: Item, المصيبة فان جزعت فهما اثنان *Infortunium unum impatienter ſi tuleris, ſient duo.* Contrà: بشر نفسك بالظفر بعد الصبر *Poſtquam patiens fueris, annuntia tibi victoriam.* Sic اخر الصبر اول الفرج *Finis patientiæ eſt principium gaudii.* Sic illud *Pyth.* ὧν αὖ μοῖραν ἔχῃς πράως φέρε, μηδ' ἀγανάκτει, Arabicè legunt: اصبر على ما ينوبك منها من غيران تتذمر *. Maximè verò patientiæ rationem eſſe habendam ſuadent, cùm rei alicujus momentum eam requirit & magnitudo. اصبر على عمل لا بدلك من ثوابه وعن عمل لا صبر لك على عقابه * *Patienter perfer opus, cujus te certum manet præmium: & patienter abſtine ab opere, cujus haud perferre poſſis pœnam.* Unde & Perſarum ἐρώτημα: تو مردي وصبر نداري: *Tu vir es, & patientiam non habes?*

VIII.

VIII. Spem. Unde *Ali*, Imperator: طاب من وثق Liber 2. de Pſeudopr. Muham. 8. Spem.
بالله *Felix, qui confidit in Deum.* Item: توكل علي الله
يكفك *Spera in Deum, is ſufficiet tibi.* Et: ضل سعي من
رجا غير الله تعالي *Errat curſus ejus, qui ſperat in alium, quàm in Deum.*

IX. Eleemoſynam. Unde *Ali* يزيد الصدقة في العمر 9. *Eleemoſynam.* *Addit eleemoſyna ad vitam:* prolongat dies vitæ. Idem Ali à Muhammede audiviſſe dicitur: الصدقة اذا خرجت من
يد صاحبها قبل ان تقع في يد السايل تتكلم بخمسة
كلمات اولها تقول كنت صغيرا فكبرتني وكنت
قليلا فكثرتني وكنت عدوا واحببتني فكنت فانيا
فابقيتني وكنت حاسري الان صرت حاسرك *

Quòd Eleemoſyna, dum egreditur è manu dantis, antequam cadat in manum petentis, quinque hæc loquatur verba. Primò dicit: Parva fui, & magnam me feciſti: Exigua fui, & me multiplicâſti. Hoſtis fui, & amore dignum me reddidiſti. Tranſitoria fui, & perennem me conſtituiſti. Fuiſti cuſtos meus, nunc ego ſum cuſtos tuus. Keſſ. in vit. Patr. p. 175.

X. Juſtitiam. فكن لكل احد ميزانا يعني كن 10. *Juſtitiam.*
صادقا ولا تجزع عن الحق ولا تظلم احدا وتترك البر *
Eſto unicuique libra, id eſt, *Eſto juſtus, neque declina ab æquo, & nemini injuriam facias, neque abjicias juſtitiam.* اتبع
الحق ولا تكن في مشيتك الشريرة ولا تتبعها *

Liber 2. de Pſeudopr. Muham. *Exequere aquum, neque inſiſtas voluntati tua mala, neque ſequere eam.* سلطان بلا عدل كنهر بلا ما *Imperator ſine juſtitia, eſt ut fluvius ſine aqua.* Contrà, ut ait Ali, ثبات الملك العدل *Firmitas regni eſt juſtitia.* Hinc ſymbolum *Jezidi*, filii VValidis: يا يزيد قم بالحق مدة *O Jezid, permane in juſtitia diu.*

11. *Liberalitatem.* XI. Liberalitatem. السخي قريب من الله قريب من الناس قريب من الجنة بعيد من النار* *Liberalis vicinus Dei eſt, vicinus hominum, vicinus Paradiſi, remotus ab igni infernali.* غني بلا سخاوة كشجر بلا ثمرة *Dives ſine liberalitate, eſt ut arbor ſine fructu.* Noluerunt tamen, ut de alieno quiſquam ludat corio, ſed de ſuis facultatibus liberalem ſe præbeat. Unde: امسك عليك نفقتك *Arripe ſuper te expenſionem tuam*, id eſt, ut *Erpenius* explicat: Accipe de tuo, quod expendas.

12. *Αὐτάρκειαν.* XII. *Αὐτάρκειαν.* Hinc elegantiſſimus ille rythmus, شر الفقر الخضوع وخير الغنى القنوع* *Malum paupertatis eſt abjectum eſſe, bonum verò divitiarum, contentum eſſe.* Vulgò dici ſolet: Divitem eſſe, qui ſua ſorte contentus vivit; pauperem verò, qui ſordidè & abjectè vivit, ut opes ſuas augeat, etiamſi alioquin ſatis magnas poſſideat. Nam, ut aliâs *παροιμιάζονται*: الدنيا بالوصايل لا بالفضايل *Mundus eſt in ſufficientibus, non in abundantibus.* Et: القنوع من القليل غني *paucis contentum eſſe, divitiæ ſunt.*

XIII.

XIII. Ἀπροσωποληψίαν, in judiciis præſertim, ubi & altera ſemper audienda pars: لا ينبغي لحاكم ان يسمع شكية احد الا خصمه معه* *Non oportet, ut judex audiat querelam alicujus, niſi & adverſarius ejus cum eo fuerit.* Unde querela τῆ δίκῃ. رب سامع بخبري لم يسمع عذري *Fortè, audit rumorem de me, non audivit apologiam meam.* Liber 2. de Pſeudopr. Muham. 13. Ἀπροσωποληψίαν.

XIV. De conſtantia & ſinceritate in ambienda, contrahenda & conſervanda amicitia (cui, ſi rectè habeat, plurima largiuntur elogia) déque ejuſdem propagatione, præclaras tradunt regulas. اذا كان صاحبك عسلا لا تاكله كله *Cùm fuerit amicus tuus mel, ne comederis eum totum.* Nam multi abutuntur lenitate & facilitate amicorum, item liberalitate, notat ad hoc proverbium Scaliger. De notis boni amici ſcribunt: خير الاخوان من حذر اخوته من الشر وهداهم الي الخير* *Optimus fratrum,* id eſt, amicorum *eſt, qui fratres* (amicos) *ſuos jubet cavere ſibi à malo, dirigítque eos ad bonum.* Et Ali: خير الصاحب من يدلك على الخير *optimus amicus tuus, qui viam bonam tibi monſtrat.* Nam, ut idem ait, نضرة الوجه في الصدق *Decus amicitiæ in ſinceritate conſiſtit.* Alibi dicunt: لا يعرف الاخ الا عند الحاجة اليه* *Non cognoſcitur frater* (amicus: unde & alibi, pro اخ ponitur الصديق amicus) *niſi in neceſſitate.* Et Ali: اخوك من واساك في الشدة *Frater tuus eſt, qui* 14. Conſtantiam in fovenda amicitia.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

te juvat in adverſo. Dicunt etiam ولاك من لم يعادك *Amicus tuus eſt, qui non adverſatur tibi.* Neceſſitatem verò amicitiæ ſequentibus tradunt apophthegmatibus: جليس الخير غنيمة *Amicus bonus eſt præda.* لو لا الوام لهلك الانام *Niſi eſſet concordia* (amicitia) *periret mundus.* Unde & veteres Hebræi dicere ſolent או חברותא או מותא. *Aut mors, aut amicitia.* Et Græci: Βίος ἄφιλος, ἄβιος. Quemadmodum verò conſortia & amicitias bonorum à vario & inſigni uſu Muhammedani commendant, ita ut prava ſodalitia cane pejus vitentur & angue, iidem emphaticè ſatis monent. Pro *illis* facit dictum Ali: يسعد الرجل بمصاحبة السعيد *Felix evadit vir ſocietate felicis.* Nam: مجالس العلم روضة من رياض الجنة *Conſeſſus ſapientiæ hortus eſt de hortis Paradiſi.* Item: مجالس الكرام حصون الكلام *Conſeſſus præſtantium virorum ſunt munimenta ſermonis*: Dum enim interſumus colloquiis & conventibus doctorum, non niſi τὰ δέοντα loquimur, καὶ τὰ πρέποντα. Sic, quam Pythagoras Græcè dedit de aſciſcendis amicis ὑποθήκην, Arabicè quoque ita transtulerunt: اوصيك ان تتخذ من ساير الناس افضلهم صديقا * *Jubeo, ut optimos hominum recipias in amicitiam.* Contra *hæc* verò pugnant ſequentia: مصاحبة الاشرار ركوب البحر *Societas malorum navigatio eſt maris.* Item: فلان هالك في الهوالك *Perit inter pereuntes.* Item: لا تتقلب مع اسد ذي اربعة قوايم اي تحذر واجتنب

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

* واجتنب كل انسان خبيث *Ne converſare cum leone quadrupede*, id eſt, *cave & declina omnem hominem nequam.* Item: الوحدة اخير من معاشرة السو: *Solitudo melior cœtu malo.* Refer huc fabulam *Locm.* pag. 29. de nigro, nive ſe abluturo, cui ſapiens quidam dixit: يا هذا لا تتعب نفسك فقد يمكن ان جسمك يسود الثلج. وهو لا يرتد السواد * *O tu, ne afflige te ipſum, fieri enim poteſt, ut corpus tuum nigram faciat nivem, neque ipſum amittat nigredinem*: cujus fabulæ ἐπιμύθιον eſt: ان الشرير يقدر ان يفسد الخير واما لا يقدر احد على الصالح الشرير * *Quòd malus poteſt corrumpere bonum; ſed nemo poteſt emendare malum.* Quia verò, ut dixit ابن عمرو العلا tres amicorum ſunt ſpecies الفايدة المايدة والعايدة *utilitatis, menſæ, & conſuetudinis*, indolem atque ingenium eorum, qui aliud ore proferunt, aliud in pectore clauſum habent; quíque magnam extrinſecus amicitiæ ſpeciem præ ſe ferunt, intrinſecus verò vel invidiâ rumpuntur, vel lites meditantur, fabulis haud ἀπροσδιονύσοις exprimunt. Ne tædeat unam & alteram cognoviſſe. بلغ النموس ان الدجاج قد مرضوا فلبسوا جلود الطاوس واتوا تزورهم فقالوا السلام عليكم ايها الدجاج كيف انتم وكيف احوالكم فاجابوا ما نحن الا بخير يوم لا نري وجوهكم هذا معناه من يظهر المحبة ريا وفي قلبه الدغل * *Intellexerunt furores* (animalia in oriente ſatis nota, de quibus videantur notæ *Erpen.* ad fabul. Locm.

Liber 1. de Pſeudopr. Muham. pag. 40.) *agrotare gallinas, indutáque pelle pavonis venerunt eas viſitatum, dixerúntque iis: Pax vobis ſit, ô Gallinæ: quomodo valetis? Reſponderunt: bene nobis eſt, cùm non videmus facies veſtras; ſignificat eum, qui per hypocriſin oſtendit amorem, in corde autem ſuo* (fovet) *dolum.* كلب مرة طرد ارنبا فلما ادركه قبض عليه واقبل يعضه بانيابه فاذا الدم قد جري لحسه بلسانه فقال الارنب اراك تعضني كاني عدوك ثم تبوسني كانك صديقي هذا معناه من يكون في قلبه غش ودغل ويظهر اشفاقا ومحبة * *Canis aliquando inſecutus eſt leporem, quem cum aſſequeretur, prehendit, & mordere cœpit dentibus ſuis: cúmque ſanguis emanaret, lambit eum linguâ ſuâ, dixítque lepus: Video te mordentem me, ac ſi ego hoſtis tuus eſſem, deinde oſcularis me, ac ſi tu amicus meus eſſes: Quod ſignificat, eum, in cujus corde eſt dolus & fraus, oſtendítque benevolentiam & amorem.*

15. Obſequium parentibus. XV. Obſequium, & debitum honorem præſtandum parentibus. Unde: احفظ وصية ابهاتك *Cuſtodi præceptum parentum tuorum.* Item: من وقر اباه طالت ايامه *Qui patrem ſuum honorat, ejus prolongantur dies.*

16. Φιλοπονίαν. VI. Φιλοπονίαν & aſſiduitatem. Hinc لا تكن في زمان القيظة نملة * *Eſto utique tempore æſtatis formica.* Obſervant ad hoc Proverbium Illuſtriſs. *Scaliger*, & doctiſſimus *Erpenius*, non legendum eſſe لا تكن ſed لتكن *ut ſis*; ſenſum alioquin planè contrarium erui, id eſt, negativum, *ne ſis formica.* Verùm ex ipſo Alkorani textu, quem pro Grammaticæ nor-

norma habent *Arabes*, colligere proclive eſt, لا ſæpe παρέλ- Liber 2. de Pſeudopr.
κειν. Unde *Sur.* VI. p. m. 81. ad verba يومنون لا *Beidavi* Muham.
obſervat: قيل لا مزيدة او معنى لعل *Dicitur autem*, لا
hoc loco redundare, aut ſignificare forté.

XVII. Taciturnitatem, in iis maximè rebus, quæ abs- 17. *Taciturnitatem.*
que vel proprio vel aliorum incommodo eliminare tutum
non eſt. Unde: لا تسلك عريانا في الاسواق اعني لا
تكشف سرك قدام الناس لئلا يستهزيوا في الاجتماع *
Ne deambula nudus per plateas, id eſt, ne aperias ſecretum tuum coram hominibus, ne ſubſannent te in conventu. Item:
فتكلم بالليل حيث ليس طير الليل يعني اخف سرك
وكرمك من مجمع البهاليل والجهال * *Verba fac
nocte, ubi non eſt avis nocturna,* id eſt, *occulta arcanum tuum, & dignitatem tuam à turba Idiotarum & ſtultorum.* لا
تكشف سرك للقرود اعني لا تكشف سرك للمستهزين *Ne aperi ſecretum tuum ſimiis,* id eſt, *ne detege arcanum tuum deriſoribus.* لا
صدرك اوسع لسرك يعني لا
تكشفه على احد * *Pectus tuum dilata ſecreto tuo,* id eſt, *ne detege id ulli.*
املك الانسان لنفسه من كتم سره
من صديقه * *Poſſidet homo animam ſuam, qui occultat ſecretum ſuum ab amico ſuo.*
سرك اسيرك ان صنته وانت
اسير له ان ظهر * *Arcanum tuum eſt captivus tuus, ſi cuſto-*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

ſtodieris illud: tu autem captivus ejus es, ſi manifeſtetur. اياك ان يضرب لسانك عنقك *Cave, ut feriat lingua tua collum tuum.* Aliquando enim homines propter linguæ incontinentiam capite plectuntur, ſcribit *Scaliger.* لا تفش سرك الي امة *Ne ſparge ſecretum tuum in populum,* id eſt, palàm. حفظك لسرك اوجب به من حفظ غيرك له * *Praſtat te ſecretum tuum cuſtodire, quàm alium à te.* من كتم سره بلغ مراده *Qui tegit ſecretum ſuum, quod cupit, conſequitur.* ضع علي بابك اللجام فلا تخاف من اعدايك اي الجم فاك وضع عليه لجام السكوت فلا تخاف من الاختبان * *Appone januæ tuæ frænum, & non timebis inimicos tuos,* i. e. fræna os tuum, & impone illi frænum ſilentii, & non metues ab adverſariis. الصمت يكسب اهله محبة *Taciturnitas conciliat ſuis amorem.* الصمت حكمة وقليل فاعله *Taciturnitas ſapientia eſt; ſed rarus eſt agens eam.* Habent & alia de uſu linguæ monita, quæ huc non ἀπροσδιονύσως referuntur, cujusmodi ſunt: منقبة المرء تحت لسانه *Dignitas viri à lingua eſt.* Item: يعمل النمام في ساعة فتنة اشهر *Efficit garrulus horâ unâ litem menſium.* بلا الانسان من اللسان *Calamitas hominis à lingua.* جودة الكلام في الاختصار *Præſtantia ſermonis in brevitate conſiſtit.* دليل عقل المرء فعله ودليل علمه قوله

In-

Index intellectus viri, opus ejus, & index ſcientiæ ejus, ſermo ejus. Contra vaniloquos & multiloquos uſurpant tritum illud: *Audio molæ ſtrepitum, ſed non video farinam.* Uſum etiam inſignem habent hæc duo: بكل ساقطة لاقطة *omni cadenti eſt colligens*, id eſt, Vix quiſquam tam cautus eſſe poteſt in loquendo, cujus verba non ab aliquo obvio excipiantur, & ad ejus ſæpe exitium pervertantur. Sic in Hiſtor. *Sarac.* p. 92. فان النار بالعودين تذكي وان الحرب اولها الكلام *Ignis utique lignis accenditur, & initium belli eſt ſermo.* Sæpe enim à verbis ad verbera devenitur. — Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

XVIII. Subditis etiam obedientiam ſuperioribus debitam reverenter exhibendam verbis urgent minimè obſcuris. Unde, quod Latinis; *Qui neſcit parere, neſcit imperare*, id Arabes exprimunt; ان كنت لم تعرف تصعد في السلم لا تسلك علي السطح اعني ان كنت لم تستطع ان تكون تحت الريس فلا تصير ريسا * *Si neſcis aſcendere per ſcalam, non ambulabis ſuper tectum*, id eſt, *Si non potes eſſe ſubjectus duci, nec dux eris.* Majeſtatem Magiſtratuum *Ali*, & ipſe Imperator, ſequenti innuit dicto: ظل السلطان كظل الله *Vmbra Imperatoris, ut umbra Dei.* — 18. *Obedientiam erga proceres.*

XIX. Sed & hoc Arabibus inviſum erat, multa quidem nôſſe aut didiciſſe, at pauca præſtare. Quia enim لا كل من قال فعل *non omnis, qui dicit, facit*; ideo عالم بلا عمل كسحاب بلا مطر *doctus ſine opere, ut nubes ſine pluvia.* Item: اشر الناس العالم لا ينفع بعلمه *Peſſimus hominum eſt eruditus, qui non prodeſt eruditione ſua.* Et alibi: — 19. *Conjunctionem πρᾶξεως cum θεωρίᾳ.*

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

bi: قول بلا عمل كثريد بلا دسم وسحاب بلا مطر وقوس بلا وتر * *Verbum, ſine opere, eſt ut intritum ſine pinguedine, nubes ſine pluvia, & arcus ſine nervo.*

Quo loco Arabes habeant eruditionem.

Quantum alioquin Arabes eruditioni detulerint, tum ex *diſputatione noſtra* de uſu Linguæ Arabicæ in Medicina & Philoſophia, tum ex ſequentibus eorum colligi poteſt proverbiis: تعلم العلم يا فتي لتكون اميرا ولا تكن جاهلا فتصير حقيرا * *Diſce ſcientiam ô puer, ut ſis Imperator: & ne ſis ignarus* (ſtultus) *ut fias deſpicabilis.* Item: العلم تاج للفتي والعقل طوق من ذهب *Scientia diadema eſt puero, & intellectus torques aureus.* لا فخر بالمال والنسب بل فخر بالعلم والادب * *Non eſt gloriatio in opibus & ſtemmate; ſed gloriatio in ſcientia & eruditione.* وليس اليتيم من قد مات والده بل اليتيم الذي لا علم له ولا ادب * *Non eſt orphanus, cujus obiit pater; ſed orphanus eſt, qui ſcientiam non habet & eruditionem.* اذكر زمان المرض وشيخوختك الاتية خلفك لان الحكمة والمعرفة اقر من السيف والعلم افضل من المال * *Memento temporis morbi & ſenectutis venientis pone te, quia ſapientia melior eſt, quàm enſis, & ſcientia excellentior, quàm opes.* Item: العلم هو نور ثان وله عيون مضيات * *Scientia eſt lumen alterum, habétque oculos lucidos.* شخص بلا ادب

كجسد

كحسد بلا روح *Perſona ſine eruditione, eſt ut corpus ſine ſpiritu.* اطلب علما من المهد الي الهذي *Quære ſcientiam à cunis ad ſepulchrum.* يوم واحد للعلالم اخير من الحيات كلها للجاهل * *Dies unus viri docti præſtat totâ vitâ indocti.* ليس لسلطان العلم زوال *Non eſt regno ſapientiæ finis.* لا فقر للعاقل *Non eſt paupertas docto.* حلي الرجال الادب *Ornamentum viri eruditio.* رتبة العلم اعلي الرتب *Gradus ſcientiæ præſtantiſſimus gradus.* Hujus tamen gradus ἀκρότητα, & apicem agnoſcunt manſuetudinem. Unde: كمال العلم في الحلم *Perfectio ſcientiæ in manſuetudine eſt.* Dicunt etiam tantum nos poſſe, quantum memoriâ teneamus, juxta illud: لا علم الا ما كان مكتوم في الصدر متي شئت اظهرته * *Non eſt ſcientia, niſi quæ in pectore eſt abſcondita, cum lubet producis eam.*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

XX. Sed nec omitti debent regulæ illæ, communi naturæ lege munitæ, & ab Arabibus in ſcripta relatæ. Ejuſmodi ſunt: احسن ان ارادت ان يحسن اليك *Benefac, ſi vis, ut benefiat tibi.* Item: استقبح لنفسك كما تستقبح *Vitupera te ipſum, ſicut vituperas alium.* من احب لغيرك ان يزحزح عن النار ويدخل الجنة وهو يومن بالله واليوم الاخر وياتي الي الناس ما يحب ان يوتي اليه *

 Qui

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Qui cupit declinare ignem, & paradiſum ingredi, credat in Deum & noviſſimum diem, & hominibus præſtet, qua ſibi præſtari amat.

21. Ita vice verſa Arabes deteſtantur vitia.

XXI. Quemadmodum verò de virtute in genere Arabes dicere ſolebant: لا غني لمن لا فضل له *Non eſt dives, cui nulla eſt virtus*, ac propterea ad ejus ſtudium quoslibet ſummo fervore excitabant; ita viciſſim multas reperias à vitiis dehortationes, quibus ſi locum cedant Muhammedani, ipſos quoque Chriſtianos plurimis præcedant paraſangis, in illis etiam, quæ ipſa Scriptura ſacra nigro ubique theta notat. Sic, V. G. ſcribunt.

ut eſt

A. Calumnia.

A. Contra *calumnias.* لا ترم الحجر بالمقلع اي لا ترم الكلمة في الانسان الغايب لان سيده يسمعها * *Ne jace lapidem fundâ*, id eſt, *Ne jace verbum in hominem abſentem, propterea quòd Dominus ejus audit illud.* من نقل اليك فقد نقل عنك *Qui adfert ad te; aufert à te.* Aliter: من يخبرك بشتم عن احد فهو الشاتم : *Qui denuntiat tibi diffamatoria ſuper aliquo, ipſe eſt diffamator.* Quod Perſæ dicunt: *Qui aliorum ad te crimina defert & recenſet, præter opinionem tuos etiam defectus aliis indicat.* Germani: Wer vil eyntragt/tragt vil auß. Iterum Perſæ: نام نيك رفتكان ضايع مكن تا بماند نيكت يادكار * *Nomen* (eſt Germanorum Nam/prout multa alia Germani cum Perſis communia habent vocabula & ſignificatione & terminatione) *defunctorum* (eorum qui abierunt) *famam noli lædere, ut & nominis tui memoria maneat.* Neque enim mortui convitiis laceſſiti purgare ſe poſſunt, juxta fabulam *Locm.* كلاب

Digitized by Google

كلاب مرة اصابوا جلد سبع فاقبلوا عليه فينهشوه
فنظرهم الثعلب فقال لهم اما لو انه كان حيا لرايتم
مخالبيه كاحد من انيابكم واطول هذا معناه الذين
يشتمون بقوم قد ماتوا ولا يقدرون الجواب على انفسهم *

Canes aliquando invenerunt pellem Leonis, eámque arrodere cœperunt, quod videns vulpes, dixit eis: At ſi ille vivus eſſet, videretis ungulas ejus, ſicuti unum ex dentibus veſtris & adhuc longiores; quo ſignificatur: Eos qui detrahunt ei, qui jam vitâ exceſſit, ſe non poſſe defendere. Calumniandi etiam cacoëthes denigrârunt eleganti hoc apophthegmate: كفي
بالسعاية عيبا ان احسن الاشيا وهو الصدق يقبح
فيها * *Satis magnum obtrectationis probrum eſt, quod rerum omnium pulcherrima, veritas, in eo fœdetur.*

B. Contra *mendacium.* لا كرامة للكاذب *Non eſt honos mendaci*: quin imò, ſi quis alius, mendax inglorius inter Arabes fuit habitus. Unde & in proverbium abierunt mendaces: اكذب من سهيلة *Mendacior Sohaila.* Nam, ut ajebant, الصدق عز والكذب خضوع *Veritas magnifica eſt: mendacium autem abjectum.* Item: الكذب المحض سلاح الفاجر *Mendacium merum, arma improbi.* الكذب دا والصدق شفا *Mendacium infirmitas eſt, & veritas ſanitas.* دع الكذب حيث تري انه ينفعك فانه يضرك وعليك

B. Menda-
cium.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

وعليك بالصدق حيث تري انه يضرك فانه ينفعك * *Omitte mendacium tuum, ubi videris quòd tibi profuturum erit: nam nocebit tibi. Et tuum eſt adhærere veritati, ubi videris, quòd ipſa nocebit tibi: quia ipſa proderit tibi.* ليس للملوك اخ ولا لحسود راحة ولا لكذوب مروة * *Non eſt regibus frater, nec invidis quies, nec mendacibus favor.* Nam, ut rectè, Hebræorum more παροιμιάζον: من عرف بالصدق جاز كذبه ومن عرف بالكذب لم يجز صدقه * *Qui notus eſt veracitate, recipitur ejus mendacium, & qui notus eſt mendacitate, non recipitur* (tranſit) *ejus veritas.* Dicunt etiam: لسان اخرس اخير من لسان ناطق في الكذب * *Lingua muti melior eſt linguâ loquentis mendacium.* Item: الكذاب دايما وجهه اسود *Mendacis facies perpetuò eſt atra.* Quod pleniùs exprimunt Perſæ: دروغ كوي روي سياه راست كوي روي سفيد * *Qui mentitur faciem habet nigram; qui vera dicit albam.* Undè etiam ad veracitatem & veritatis ſtudium calcar addunt: نور جميع اعمالك لتكن الكلمة الحق *Lumen omnium factorum tuorum eſto ſermo verax.*

C. Perjurium.

C. *Pejerare* etiam vetant: قط لا تحلف كاذبا علي انسان اسا اليك * *Nunquam pejera, ne in hominem quidem, qui tibi nocuit.* Et à temerariis juramentis planè abſtinere jubent: فلتكن كلمتك نعم او لا لتكون حفاظا عند

عند جميع الناس * *Eſto ſermo tuus Etiam vel Non, ut ſis verax apud omnes homines.* Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

D. Contra *Avaritiam.* لا بر مع شح *Non eſt juſtitia cum avaritia.* شح الغني عقوبة *Avaritia divitis pœna.* شحيح غني افقر من فقير سخي *Dives avarus pauperior eſt liberali egeno.* ضاق صدره من ضاق يده *Anguſtum eſt pectus ejus, qui coarctat manum ſuam*; id eſt, qui avarus eſt. Unde idem etiam Arabibus dicitur: رجل مقفل اليدين *Vir manibus obſeratus*; Heb. כלא à כילי *obſtruſit, obthuravit.* Bene etiam & ſignanter Arabes argentinam, & inexplebile eorum deſiderium, qui per fas & nefas opes corradunt & facultates, ſiti conferunt, ita tamen, ut faciliùs ſitis aquæ compeſcatur, quàm deſiderium colligendi theſauros. Unde Imperator *Ali:* ظما المال اشد من ظما الما *Sitis opum vehementior, quàm ſitis aquæ.* Et alius: اثنتان لا يشبعون طالب علم وطالب مال* *Duo non ſaturantur, quærens ſcientiam, & quærens opes.* Hinc de Servatore noſtro ſcribunt Arabes, quòd aliquando dixerit: طالب الدنيا كشارب ما البحر كلما ازداد شربا ازداد عطشا فلا يزال يشرب الي ان يهلك* *Qui opibus inhiat ſimilis eſt ei, qui aquam maris potat: is quo plus bibit, plus ſitim provocat, nec bibere deſiſtit, donec pereat.* Quem verò eventum polliceantur iis, qui aliorum, orphanorum cumprimis, compilârunt opes, ſequens eorum probat traditio: روي انه يبعث D. Avaritia.

من

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

من اكل مال اليتيم يوم القيامة والدخان يخرج من قبره ومن فيه وانفه واذنيه وعينيه فيعرف الناس انه كان ياكل مال اليتيم في الدنيا * *Traditur, illum, qui orphanorum opes conſumſit, excitatum iri noviſſimo die, & fumum egreſſurum eſſe è ſepulchro ejus, ore, naſo, auribus & oculis; ut hominibus innoteſcat, illum bona orphanorum in mundo comediſſe.* Hinc etiam rectè de avaro dicere ſolent: الحريص يطلب القليل ويضيع الجليل *Avarus quærit vilius, & amittit dignius.*

E. Αἰσχροκέρδεια.

E. *Αἰσχροκέρδειαν* etiam damnârunt. Unde: الفقر اخير من الغني الحرام والاكتساب من الظلم * *Paupertas præſtat divitiis illicitis, & lucro injuſto.* Unde & fabulis ſuos haud inconcinnis monuerunt, de malè quæſitis vix tertium gaudere hæredem. ذيب مرة اختطف خنوصا صغيرا وفيما هو ذاهب به لقيه الاسد فاخذه منه فقال الذيب في نفسه اعتجب كيف شي اغتصبته لا يثبت معي هذا معناه ان ما يكسب من الظلم لا يقيم مع صاحبه وان هو قام معه فلا يتهنى به * *Lupus aliquando porcellum rapuit parvum, & auferenti illum occurrit Leo, qui eum ei eripuit: dixítque lupus apud ſe. Miror ego quomodo res, quam rapui non maneat mecum; quo innuitur, id, quod per nefas acquiritur, non permanere cum Domino ſuo: &, ſi maneat, illum non beari eo.*

F. Pigritia.

F. Pigritiam & deſidiam potuiſséntne graviùs ſuis excutere,

tere, quàm dictis ſequentibus : ابعد عن الكسل فانه ممتلي خسارة * *Recede à pigritia; quia ipſa plena eſt vituperio,* vel *damno.* الكسل وكثرة النوم يبعدان من الله ويورثان الفقر * *Pigritia & multitudo ſomni abducunt à Deo, & adducunt paupertatem.* Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

G. Contra ingratitudinem faciunt ſequentia : فسدت نعمة من كفرها *Periit beneficium, qui ingratus illud tegit;* grato animo non agnoſcit. Sic Perſæ جاي كه نمك خوري نمكدان مشكن *In loco, ubi ſal comedis, ſalinum ne frangito,* id eſt, benefacta malefactis ne compenſes. Quod Arabes exprimunt : الجب الذي شربت منه الما لا ترمي فيه حجر * *In puteum, ex quo aquam bibiſti, ne conjicias lapidem.* Notoriam verò illorum, quos maximis affecimus beneficiis ingratitudinem, eleganti proverbio exagitârunt Arabes : كلما تغرس في الفدان ينفعك تغرس ابن ادم يقلعك * *Quidquid plantaveris in horto, utilitatem tibi afferet; at hominem ſi plantaveris, is eradicabit te.* Uſu profectò nimium, eheu! probatum adagium, in iis, qui pudenda ingratitudine aliorum compenſant beneficia : quam ipſam ingratorum hominum indolem ſequenti fabula ad vivum depinxerunt : العوسج قال مرة للبستاني لو ان لي من يهم بي وينصبني في وسط البستان ويسقيني ويخدمني لكانوا الملوك يشتهونني وينظرون زهري وثمري G. Ingratitudo..

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

فاخذه ونصبه في سط البستان في اجود الارض وكان
يسقيه في كل يوم دفعتين وفشي وقوي شوكه
وافرعته واغزانه علي جميع الشجر التي حوله فاملت
عروقه في الارض فامتلا البستان منه ومن كثرة
شوكه ولم يكن احد ان يستطيع ان يتقدم اليه
هذا معناه من يجاور انسان سو فانه كلما اكرمته
كثرة شروره وتمرد وكلما احسنت اليه اسي
الفعل معك * *Rubus aliquando dixit hortulano: ſi mihi eſſet quiſpiam, qui curam mei gereret, méque plantaret in medio horti, & irrigaret me, & coleret me, utiq; Reges deſiderarent me, & aſpicerent florem meum & fructum meum. Vnde accepit eum, plantavítque in medio horti, in optimo terræ, irrigavítque eum ac invaluerunt ſpinæ ejus, & germina ac rami ejus ſupra omnes arbores, quæ circa ipſum erant; & operuerunt folia ejus terram, & impletus eſt hortus ab eo, & multitudine ſpinarum ejus, neque potuit quisquam accedere ad eum. Quod ſignificat, eum qui converſatur cum homine malo: hunc enim quotiescunque honoras, multiplicantur malitia ejus, & rebellis eſt, & quotiescunque benefacis ei, malè facit tibi.*

H. Hypocryſis.

H. *Hypocryſin* quo loco habeant Arabes, docent ſequentes aliquot parœmiæ: لا تلبس ابيض بالليل المظلم اعني
لا تكن من خارج مزينا ومن داخل ممتلي ظلمة وشر *
Ne indue album nocte obſcura, id eſt, *ne ſis extrinſecus decorus, & intrinſecus plenus iniquitatis & nequitiæ.* Unde & Perſarum dicterium in eos, qui Curios ſimulant & Bacchanalia vi-

vivunt; vel, ut Arabes loqui amant: عيـن عبري والفـواد في اللدد *qui oculum habent lachrymantem, & cor in luſu.* ترسم نسري بكعبه اي اعرابي كبن راه كه تومبروي تركستان استن * *Vereor Arabs, ut Kaabam* (ſic vocatur templum Meccanum) *venias, quia illa, quâ incedis viâ, ad Turciſtam ducit.* Huc facit illud: اس مطاطية تحتها داهيه: *Nonnunquam capiti demiſſo ſubeſt malitia.* Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

I. *A ſcortatione* etiam, & *laſcivia* graviter ſatis ſuos dehortantur: لا في كاس الجسد لا تشرب الخمر اعنى لا تتلذذ مع الزناة لا بالقول ولا بالفعل ابدا * *In patera carnis ne bibe merum*, id eſt, *ne delicieris cum ſcortatoribus, neque verbo, neque facto in æternum.* لا تفتح الاطواق قبال قوم الملايكة اي لا تفتح حواسك قبال نظر الزانيات لئلا تقع في احبالهن * *Ne aperias feneſtras ante unum angelorum*, id eſt, *ne aperias ſenſus tuos in conſpectu meretricum, ne cadas in technas earum.* Quomodo προέτασις reſpondeat ἀπόδοσις, vide Proverb. Arab. *Erpen.* Centur. 1. p. 34. I. Scortatio.

K. *Invidiam* & *livorem* ſponte abjecerunt, qui memores erant illius: كفى للحسود حسده *Satis eſt invido invidia ſua*, id eſt, Invidiæ pœna maxima ipſa eſt invidia: Nam, *Invidus alterius macreſcit rebus opimis.* Et ut in Anthol. Anagramm. legimus: K. Invidia.

Ὁ φθόνος ἐστὶ κάκιστος. Ἔχει δέ τι καλὸν ἐν αὐτῷ·
Τήκει γὰρ φθονερῶν ὄμματα καὶ κραδίην.

Et iterum *Ali*: لكل عداوة مصالحة الا المعداوة الحسود *

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Omni inimicitiæ conciliatio eſt, præter inimicitiæ invidiæ. Ἀντίδοτον verò contra invidiam præbent: عذب حسادك بالاحسان اليهم *Torque invidos benefaciendo iis.*

L. Πολυπραγμοσύνη.

K. Πολυπραγμοσύνην Perſæ hoc apophthegmate damnârunt: تو دار خانه خود من در خانه خود *Tu in domo tua, ego in domo mea*, id eſt, ſuarum quisque rerum ſatagat.

M. Vitia in genere.

M. In genere verò de *peccato* & *vitiis*, non pauca nobis reliquerunt dicta, planè ἀξιομνημόνευτα. ذنب واحد كثير *Vnum peccatum multum eſt*, id eſt, unico peccato magnus contrahitur reatus. Item: ظلم المر يصرعه *Iniquitas viri proſternet eum.* من استرعي الذنب فقد ظلم *qui curat peccatum, ipſe iniquè agit.* Sic Perſæ: چو از قومي يكي بيدانشي كرد نهقه را منزلت ماند نه مه را ⁎ *Cùm ex populo unus delinquit, nec parvo locus relinquitur, nec magno*, id eſt, quod Græci dicunt:

Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ.

Et quod Hebræis eſt, מצוה גוררת מצוה ועבירה גוררת עבירה *præceptum trahit præceptum, & transgeſſio trahit transgreſſionem*, id Arabicè expreſſerunt: الذنب تجر الي الذنب كما ان الطاعة تجر الي الطاعة ⁎ *Peccatum attrahit peccatum, ſicut obedientia attrahit obedientiam.* لا تعط نفسك للخاطية ولا تسلمه للاشرار ⁎ *Ne dedas peccato animam tuam, neque tradas eam malis.*

22. Vident tamen Arabes, neminem eſſe ſine peccato.

XXII. Quemadmodum verò ipſi quoque Arabes vident, adeò miſerabilem eſſe ruinam, in quam nos dejecit Adami

mi defectio, ut nemo inter mortales viveret, qui corruptionis & peccati communi legi non ſubſit; unde elegantiſſimum illud proverbium rhythmicum: قيل ابن الانسان هو ابن النقصان *Dicitur homo eſſe filius defectus*: Ita verâ felicitate beatum illum demum exiſtimârunt, cui remiſſa eſſent peccata, juxta illud *Ali*: طوبى لمن رزق بالعافية *Beatus, cui conceſſa eſt miſericordia*, ſeu *peccatorum remiſſio*. Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

XXIII. At quia Arabes nulli remiſſionis peccatorum ſpem faciunt, niſi pœnitentiâ eam acquiſiverit, hinc plurima reperias in Arabum libris dicta, quibus homini illa ſuadetur & inculcatur, verbis tam Emphaticis, ut mirari ſatis non poſſimus magnum illud hominum miſerorum, poſt factum naufragium, enatandi deſiderium. Irritus tamen omnis illorum eſt conatus, ut reliquarum etiam Gentium, in quibus non pauciora externæ diſciplinæ veſtigia, &, ad virtutes, ſuſcitabula reperiuntur, quàm in Muhammedanis. Videatur *Stobæus, Petri Lagneni ſententiæ*, &c. ex Cicerone, &c. Cæcitas enim, quâ laborant, ſemper ferè & bonitate, & contumaciâ implicita eſt. Vanitas, & quidem ſuperbiæ conjuncta in eo deprehenditur, quòd neque miſeri homines in Deo quærendo, ſupra ſe ipſos, ut par erat, conſcendunt; ſed pro carnalis ſui ſtuporis modo ipſum metiuntur, & neglecta ſolida inveſtigatione ad vanas ſpeculationes curioſè transvolant. Itaque non apprehendunt qualem ſe offert, unitatem in Trinitate, & Trinitatem in unitate, ſed qualem pro ſua temeritate fabricati ſunt, imaginantur. Quo gurgite aperto, quaqua verſum pedem moveant, in exitium præcipites ſemper ruere neceſſe eſt. Quicquid enim poſtea in cultum aut obſequium Dei moliantur impenſam illi ferre nequeunt; quia non ipſum, ſed cordis ſui figmentum potius & ſomnium pro ipſo colunt. Pœnitentiam etiam ipſam non illi ſuperſtruunt fundamento, quod ſacræ literæ nobis mon- 23. *Unde pœnitentiam commendant.*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

monſtrant. Ignem afferunt alienum, quo conſumuntur potiùs, quàm ſanantur. Videamus tamen aliquot ſententias proverbiales: cætera in *Comment. noſtra* reiiciemus: أسبح في الما قبل المسا اعني تطهر بتوبة قبل الارتحال وقبل ان ياتيك الموت *Nata in aqua ante veſperam*, id eſt, *purificare pœnitentiâ ante migrationem, ac priùs quàm ſuperveniat tibi mori.* Et alibi: اضي سراجك قبل الظلمة اي نور نفسك بالاعمال الصالحة قبل ان ياتيك الموت * *Accende lucernam tuam ante tenebras*, id eſt, *illumina te operibus bonis, antequam ſuperveniat tibi mors*: انسان بلا توبة كنهر بلا ما وامراة بلا حيا كمصباح بلا ضو * *Homo ſine pœnitentia eſt tanquam fluvius ſine aqua: & mulier ſine verecundia, tanquam lampas ſine lumine.* يا من اسا فيما مضي كن محسنا فيما يبقي *O tu, qui malè egiſti in eo quod præteriit, eſto bene agens in eo quod reliquum eſt.* من لا يتقدم توبة قبل الموت فقد شقي * *Qui non anticipat pœnitentiam ante mortem, miſer eſt.* اشفق يا فتي علي طفوليتك لىلا تصير ماكولا للنار * *Commiſeratione movetur* (dole) *ô puer ſuper pueritia tua* (peccatis pueritiæ) *ne fias cibus igni.* لا تخطي يا فتي اعجل وتب ان اخطات * *Ne pecca ô puer, feſtina & pœniteto ſi peccaveris.* Unde & alibi de νεανδμάτων recordatione dicere ſolent:

ذكر

ذكر الشباب حسرة *Memoria juventutis gemitus.* Ita etiam Perſæ: بعذر توبة توان رستن از عذاب خداي وليك هي نتوان از زبان مردم رستن * *Per pœnitentiam liberari quis poteſt à pœna divina; ſed liberari nemo poteſt à lingua hominum.* Alibi Arabes: التايب عنده الذنب كمن لا ذنب له *Reſipiſcentis peccata ſunt, qualia illius, qui nulla habet peccata.* Putant tamen præſtare nullius ſibi mali eſſe conſcium, quàm pœnitentiâ abluere delicta. Unde: خير الندامة قلة الخلاف *Optimum pœnitentiæ eſt paucitas delicti.* Hunc etiam ſenſum habere videtur alterum illud proverbium in Centur. *Erpen:* ترك الذنب ايسر من طلب التوبة *Omiſſio peccati facilior eſt petitione pœnitentiæ.* Et quamvis Arabes non diffiteantur, fores miſericordiæ Dei, pœnitentibus ſemper patere, juxta illud: لا يغلق باب التوبة علي العباد حتي يطلع الشمس في مغربها * *Non præcludentur cultoribus Dei fores pœnitentiæ, donec ſol in occaſu oriatur:* habent tamen non ineptas quaſdam affabulationes, quibus hominibus perfrictæ frontis, & præfractæ mentis nimiam peccandi licentiam adimere voluerunt, ultima vitæ momenta, quibus conſcientiæ ſtimuli maximè pungunt, acriúſque quolibet cauterio mordent, in memoriam revocando, unam hîc adduxiſſe ſatis erit. انسان مرة حمل علي بهيمة كبشا وعنزا وخنزيرا وتوجه الي المدينة ليبيع الجميع فالكبش فالعنز فلم يكونوا يضربان علي البهيمة واما

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

واما الخنزير فانه كان يعرض دايما ولا يهدي فقال
له الانسان يا اشر الوحوش لماذا الكبش والتيس سلوت
لا يضربان وانت لا تهدي ولا تستقر قال له الخنزير
كل واحد يعلم نفسه انا اعلم ان الكبش لصوفه والعنز
يطلب للبنها وانا الشقي لا صوف لي ولا لبن انا
عند وصولي الي المدينة ارسل الي المسلخ لا محالة هذا
معناه ان الذين يعرفون في الخطايا والذنوب التي
قدمت ايديهم يعلمون سو متقلبهم ماذا تكون اخرتهم*

Homo aliquando portabat ſuper jumento agnum, capram & porcum, abiítque in civitatem, ut ea omnia venderet. Agnus autem & capra non percutiebant jumentum, at porcus continuè repugnabat, neque quieſcebat, dixítque ei homo: O peſſimum animalium, quare agnus & capra ſilent, nec percutiunt, tu autem non quieſcis, nec tranquillus es? Dixit ei porcus. Vnusquisque novit ſe ipſum: Ego ſcio, quòd agnus ob lanam, capra autem ob lac quæratur. At ego miſer, non eſt lana mihi, neque lac; cùm in urbem venero, mittar procul dubio in carnificinam. Hoc ſignificat, eos, qui noverunt peccata & delicta, quæ manus eorum commmiſerunt, agnoſcere pravitatem converſationis ſuæ cùm finis inſtat. Habet hæc *Lolmannus* in fabulis. Verùm, latiùs juſtis ſpatiis ſeſe tractatio hæc effudit. Summâ, cùm Muhammedani juſtificationem ſuam, vitámque æternam in propriis operum meritis quærant, eorundem ſtudium ſuis quàm maximè commendatum eſſe volunt. Unde اعمل لنفسك ما استطعت وانها نار وجنة *Operare animæ tuæ, quantum potes, eſt enim infernus & Paradiſus.*

Item:

Item: بركة العمر حسن العمل *Benedictio hujus ſeculi* Liber 2. de Pſeudopr. Muham.
ex bonis oritur operibus. المال والدنيا تزول وتبقي الاعمال
الصالحة * *Opes & mundus tranſibunt, opera autem bona permanebunt.* من يفعل الخير لا يعدم جوازية *Qui operatur bonum, non privabitur remuneratione.* كل نعجة تعلق بعرقوبها اي كل احد يعاقب على احواله * *Omnis ovis ſuſpenditur è calcaneo,* id eſt, *unusquisque punietur pro actionibus ſuis. Erpen.* explicat; unusquisque ſuum portabit onus. اعمل الخيرات كلما تقدر مع اهل البيت والغربا وتكلم كلمة الخير مع الاخيار والاشرار * *Operare bona, quotiescunque potes domeſticis tuis & extraneis, & bona verba loquere tam bonis, quàm malis.* Quæ tamen omnia Muhammedanorum opera, optima etiam, aliud nihil ſunt, quàm, ut *Auguſtini* utar in ſimili cauſa verbis, ſplendentia peccata. Scio, eſſe quædam, quæ fortè theſi noſtræ probandæ non uſque adeò commodè inſervire videbuntur: ſemel tamen opportunitatem nacti, ſpecimen Γνωμολογίας Arabicæ edendi, iis gratificari voluimus, qui, præter Hiſtoriam, linguæ etiam uſum quærunt.

Porrò in notarum veræ Eccleſiæ numero *Bellarminus* etiam habet *Confeſſionem adverſariorum*: Sed non vidit Bellarminus; prout valde jejunus eſt & parcus in diducendis iis hiſtoriis, quæ ex Oriente haberi debent; nihil Muhamedanos pro ſuperſtitionis ſuæ fundamento acriùs urgere, quàm conſenſum, quem ſibi pollicentur, & à Judæis & à Chriſtianis. *Ahmed Abulabbas, ben Edris, Sanhagius, Melkita,* librum ſcripſit ante Reformationis tempora diu ſatis, quatuor abſolutum par- *VIII. Confeſſio adverſariorum.*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

tibus. *Primâ* recenſet Scripturæ *ἀντιλογίας*, eo ferè modo, quo illi Pontificiorum Theologi, qui omnem ineunt rationem authoritatem Scripturæ elevandi, eandémque, obſcuritatis & antilogiarum prætextu, perſpicuitatis elogio ſpoliandi. *Secundâ* refutare conatur omnia illa argumenta, quibus Chriſtiani & Judæi Muhammedicam religionem impetunt. Hîc verò ad riſum ſæpe ineptus eſt. *Tertiâ* multa corraſit, quibus Chriſtianorum & Judæorum ſacra ſuſpecta reddere ſatagit: Hac diſputatione contra Pontificias ſuperſtitiones (vide *Theſ. Phil.* p. 60.) ita eſt invectus, ut nunquam Muhamedanorum conſenſum *Bellarminus* urgere auſus fuiſſet, ſi vel per tranſennam hunc, aliúmve ei ſimilem authorem perluſtrâſſet. Defalcatis autem Papiſtarum erroribus, pauca præterea author habet, quæ in Chriſtianiſmo deſideret. *Quartâ* tandem ex Prophetarum & Evangeliſtarum libris magnam teſtimoniorum conſcripſit farraginem, quâ probare annititur, Muhammedem Prophetam eſſe, antiquiſſimorum utriusque Teſtamenti vatum vaticiniis prænunciatum, & promiſſum. Imò, nihil credit in Muhammediſmo tam eſſe abſurdum, cui ſuffragium aliquod & conſenſus à ſcriptoribus noſtris non poſſit emendicari: Iis etiam, qui movere fortè potuiſſent quæſtionem: cur, *cum nihil commune cum noſtris Biblis habere velint Muhammedani, tot μαρτύρων tamen νέφος ex iisdem depromat* pro Muhammede? ſatisfacere vult eo ipſo, quòd conatu hoc ſuo clarum facere tentârit, ne hoſtium quidem ſuorum Muhammedem deſiderare poſſe patrocinium. Scio turpiſſimas eſſe, ut plurimùm, & ineptiſſimas authoris παρερμηνείας, quibus Muhammediſta authoritatem conciliare ſtudet ſuo Pſeudoprophetæ: videmus interim hinc, ne hæc ſibi eripi velle arma pro religionis ſuæ veritate Muhammedanos, quæ nimis incautè Bellarminus arripit. Eſt Eccleſia Sponſa Chriſti, quæ figmentis ejusmodi & fucis opus non habet. Eſt arx illa Sionis, quæ ſtramineis & ficulneis hiſce ſuſtentaculis minimè indiget.

Quas

Liber 2 de Pſeudopr. Muham. IX. X. Infelix exitus Eccleſiam oppugnantium; & felicitas eam defendentium.

Quas ultimo ponit loco notas *Bellarminus*, IX. & X. *infelicem exitum Eccleſiam oppugnantium: felicitatem verò Eccleſiam defendentium*, nomen notarum adeò non merentur, ut mirum ſit, non cogitâſſe Cardinalem furioſis hac ratione Muhammedanis, contra nos, ſuppeditari arma. Eò enim uſque ſi res noſtræ fuerint redactæ, ut alia cauſæ noſtræ præſidia non habeamus, actum erit de illa Eccleſia, quæ per tria poſt natum Chriſtum ſecula, præter craticulas, equuleos, ignes, metallifodinarum moleſtias, exilia, θηριομαχίας: & alia ſupplicia, de quibus in *Hiſt. Eccl.* pag. 120. egimus, nihil ſunt experti. Sed operæ pretium eſt cum hoc purpurato Romanæ curiæ Atlante committere alium fidei ejusdem ſocium, cujus gladio faciliмè cadet. Ita *Septem-Caſtrenſis* noſter c. XI. pag. 40. b. *Secundum motivum eſt victoria eorum continua contra Chriſtianos, quod aliquos multùm movet. Vnde victores ſe nominant & gloriantur quaſi victores totius mundi. Orant etiam pro victoribus ſpecialiter in omnibus congregationibus ſuis, præſertim in continuis poſt comeſtionem gratiarum actionibus. Superbiunt inſuper, & Chriſtianos fœminas deſpiciendo nominant, & ſe viros eorum. Et ut ad hoc magis ac magis incitentur, anteceſſorum victorias deſcribunt, decantant, laudant, ac præconizant.* Conferantur hæc cum iis, quæ habemus in *Syn. Hiſtor. Eccleſ.* pag. 389. & 413. Addat, ſi lubet, *Platinam*, gravem ſui ſeculi hiſtoricum, & ex juſtiſſima ejus querela colligat, quàm bellè ſuccedat ejusmodi plumbeis pugnare mucronibus. *Mahumet*, ſcribit in Bonifacio V. *magnum in Chriſtiano populo excitavit incendium: & ita magnum, ut verear ne ejus ſecta, noſtra potiſſimùm ætate, reliquias Chriſtiani nominis penitus extinguat; adeò tepeſcimus, & animo ac corpore languidi interitum noſtrùm expectantes concidimus. Invaleſcit ejus ſecta nunc multò magis, quàm antea. Nam tota Aſia & Africa, magnáque pars Europæ Mahometanis principibus ſubjecta eſt. Inſtant nunc Thurci terrâ ac mari:*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

ri: ut nos tanquam cuniculos ex his Europæ latebris eruant. Sedemus otioſi, alter alterum expectantes, quaſi hoc malum univerſæ Reipublicæ Chriſtianæ non immineat. Expectant ſacerdotes, ut à ſecularibus hoc tantum bellum & tam neceſſarium ſumatur. Expectant item ſeculares, ut presbyteri tuendæ religionis cauſa pecunias in ſumtus bellicos polliceantur & ſubminiſtrent: nec in pejores uſus effundant, quemadmodum facere plerique conſuevere, pecunias eleemoſynis & ſanguine martyrum comparatas in aurea & argentea vaſa; & prægrandia quidem fundentes, parùm de futuro ſoliciti; Dei, quem tantùm utilitatis gratiâ colunt, & hominum contemptores. Et paulò pòſt: *Mahometanâ ſectâ noſtra ferè Religio extincta eſt.* Et *author Faſciculi Temp.* ad a. Chr. DCXXIV. *Imperium Romanorum circa hæc tempora ubique in orbe terrarum cœpit deficere irrecuperabiliter. Nam in Oriente Saraceni, in Occidente Gothi dominia aſſumſerunt, & deinceps tenuerunt.* Sed & *Elmacini* Hiſtoria Saracenica luculentiſſimè teſtatur, quos brevi tempore Muhammedica peſtes habuerit progreſſus, quos contra Chriſtianos ſucceſſus. Adeò ut mirari ſubeat, quid animi fuerit Bellarmino, cùm ad ejusmodi lapſus eſt nugas. Sed & de his ſatis. Vident Pontificii, ad defendendam Religionis veritatem parùm valere notas illas modò memoratas: unde à Septem-Caſtrenſi c. XVI. & deinceps ridentur & refutatnur. Videant ergò quid ſibi polliceri poſſint, cùm Eccleſiam ſuam iiſdem inſignitam characteribus veram eſſe volunt, & cæteris omnibus anteferendam. Verùm hæc alius ſunt fori, & loci.

CA-

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Caput VII.

De

Variis Muhammedanorum Sententiis, Schiſmatis & Hæreſibus.

Edictum de non tolerandis duabus in Arabia religionibus. Catalogus Schiſmaticorum Muhammedicorum, cujusmodi ſunt I. Haniſæi. II. Melkitæ. III. Schafæi. IV. Henbelitæ. V. Schamrachæi. *Generalia quadam* προλεγόμενα *ex Majmonide de* Mutazalitis, Aſcharitis, Loquentibus, *quibus ſubjicitur tractatio ſpecialis* 1. *de* Mutazalitis. 2. Aſcharitis. 3. Kadræis. 4. Ghabræis. 5. Dararæis. 6. Hamzæis. 7. Karmatæis. 8. *Zindikæis.* 9. *Muslimitis.* 10. *De diſſenſu inter Doctores Turcicos.* 11. *De diſcordia Perſarum & reliquorum Muhammedanorum, Zophis, &c.*

QUemadmodum verſipelle & aſtutum illud Diaboli mancipium, Muhammed, novæ religionis vinculo eas etiam colligavit gentes, quæ naturâ aliâs & ingenio fuerunt diverſiſſimo; ita etiam idem ille ſubodorari facilè potuit, nihil cauſæ ſuæ & teneræ Reipub. majus illaturum damnum, quàm ſi animi, variarum religionum divortiis diſtracti, diſſentirent. Sedulò proinde cogitavit, qua ratione unam intra limites ſuos habere poſſet fidem, religionem unam. Unde verba ejus apud *Elmacinum* pag. 8. لا يجتمع في جزيرة العرب دينان *Ne concurrant in Inſula Arabia dua religiones.* Verborum horum Pſeudoprophetæ emortualium memor *Omarus*, filius *Atchittabi*, ne quidem Judæis, fœdere licèt unitis, locum in Arabia concedere voluit, ſed finibus ejus ejecit. Verùm, qui vitare juſſit fumum, ipſum ſentire debuit ignem. Qui noluit domicilium præbere religione à ſe diverſis; in iis, qui communia habebant ſacra, varias & toto cœlo à ſe invicem diſſentientes tolerare debuit in Arabia opiniones.

 ita

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Ita enim brevi tempore Schiſmata & hæreſes in Arabia, & quidem inter ipſos Muhammediſtas, creverunt, ut meritò ſecum habitare, & Chriſtianis Schiſmatum varietatem, hæreſium portenta objicere ceſſare deberent. Nos aliquot commemorabimus.

Schiſmatici in Arabia ſunt 1. Hanifæi.

I. Sunt *Hanifæi*, ab Antiſtite أبي حنيفة *Abi Hanipha* appellati. Ejus meminit *Elmac.* Hiſt. Sarac. pag. 287. وسيرته كان ملكا جليلا عالما كريما شجاعا وافر العقل حسن العقيدة جميل الطوية اسقط المكوس وازال المظالم وعمر القناطر والجزور والانهار وبنا الجامع المعروف بجامع السلطان ببغداد وبنا المدرسة الحنيفية المجاورة لقبة الامام ابي حنيفة برصافة بغداد واوقف عليها الوقوف العظيمة ✱ Quod ad mores ejus (Gieladdaulæ) attinet: *Erat Rex eximius, ſapiens, liberalis, ſtrenuus, præſtans ingenio, ſinceritate probatus, inſignis pietate, diminuebat tributa, prohibebat ne injuriæ fierent; & pontes, vias, fluviósque fieri curabat, & conſtrui templum Bagdadi, quod templum Regis appellatur; nec non Collegium Hanifæum, propè ſacellum Antiſtitis Abul Hanifæ in via ſtrata Bagdadi, illúdque magnis beneficiis donavit.* Sic *Ibn Chalican* in quodam صاحب اربل non modò ſingularem commendat beneficentiam & liberalitatem (ut diximus in ὁδηγῷ noſtro P. III. pag. 116.) ſed & hoc addit, quòd بنى مدرسة ورتب فيها فقها الفريقين الشافعية والحنفية وكان كل

* كل وقت تاتيها بنفسه * *ædificaverit Scholam, in eâque conſtituerit Doctores duarum ſectarum, Schaphæos & Hanifæos, eósque ipſe tempore ſtato viſitaverit.* Idem ſcriptor meminit *Abulmobareci* Grammatici, quòd & ille fuerit addictus, اولا بمذهب حنبليا وبعد كان بمذهب ابي حنيفة وبعد شافعي * *initio ſectæ Henbelitarum: deinde ſectæ Hanifæorum, & tandem Schafæus.* Sententiam eorum de uſu liberi arbitrii, ejúſque cum providentia divina concurſu, author libri كتاب الاربعين في اصل الدين ita proponit p.m. 86. ان احداث الاسطاعة في العبد فعل الله واستعمال الاسطاعة المحدثة فعل العبد حقيقة لا مجازا * *Productionem potentiæ (benefaciendi) in homine Dei eſſe opus: Vſum verò illius potentiæ productæ eſſe opus hominis propriè, non Metaphoricè.* Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

II. Sunt *Melkitæ*. Qui hoc nomine inter Chriſtianos veniant, diximus ſup. p. 348. Hoc verò loco intelligimus certam in Islamiſmo ſectam, cujus author eſt Malec, Ibn-Ames. Habuit hæc Arabum ſecta viros doctiſſimos, quibus curæ fuit & religionis ſuæ arcana, & alia quoque, in ſcripta relata, poſteritati comittere. Atq; in horum numero erat *Ibn-Hagheb* Ægyptius, qui, teſte *Ibn-Chal.* p.m. 315. Theologiæ ſuæ non tantùm dedit compendiū, ſed & alios libros, quos idem author hoc ornat elogio, quòd fuerint في نهاية الحسن والافادة *præſtantiâ & utilitate maximè commendati.* Eidem ſectæ addictus fuit *Abu Muhammed Abdalla,* filius Abi Zeid, author libri كتاب الرسالة cujus aliquoties jam fecimus mentionem. Eandem ſe- 2. Melkitæ.

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham. ſequebatur *Ahmed*, ben Edris, Sanhagius, qui initio libri 1. ſe appellat المالكي *Melkitam*. Ita *Ibn-Chalican* p.m. 307. cuidam Anun librum tribuit, compoſitum في مذهب الامام مالك رضي الله عليه *de religione Antiſtitis Maleci, cui Deus propitius ſit*.

3. *Schafai.* III. Sunt *Schafai*. Hæreſiarcham habent Schafæum quendam, de quo diſtichon *Abumanzoris*, apud *Ibn-Chalican* pag. 292.

مثل الشافعي في العلما مثل الشمس في نجوم السما

قل لمن قاسه بغير نظير انقاس لضيا الظلما *

id eſt, *Quod Sol eſt inter aſtra cæli; id Schafæus inter doctores.*

Dicito ei, qui confert eum cum diſſimili, perinde eſſe ac ſi lucem conferret tenebris.

Ad augmentum hujus ſectæ, ſi à Schafæo diſceſſeris, plurima contulit *Zirfæus*, Doctor Schafæus. Ei *Abubecer* teſtimonium perhibet apud *Chalican* p.m. 293. انه كان اعلم الناس بالاصول بعد الشافعي * *quòd in articulis* (fidei Muhammedicæ) *poſt Schafæum hominum fuerit peritiſſimus*. Idem *Chalican* alterius meminit Schafæi, qui & Schafæus fuit, & ex Theologis Arabicis primus Elenchtica ſcripſit. Compoſuit inter alia capita Theologica, ut Arabica verba ſonant. De *Deiaddino* refert, quòd nec ille frigutiens fuerit aut ignavus in Schafæorum caſtris. شرح المذهب الشافعي وشرح المذهب شرحا لم يسبق الى مثله في عشرين مجلدا.

Digitized by Google

مجلدا ولم يكمله بل بقي من كتاب الشهادات الى اخرة * *Explicuit*, verba ejus ſunt, *ſectam Schafæorum.* Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Hæc autem explicatio talis eſt, cui ſimilis nulla præceſſit viginti contenta libris; eam tamen non abſolvit, ſed affectam reliquit, à libro teſtimoniorū ad finem. Iisdem ſacris imbutus fuit.

شيذلة الفقيه الشافعي صنف في الفقه واصول الدين والوعظ* *Schaidala Theologus Schafæus, qui libros compoſuit in Theologia, articulis fidei & concionibus.* Omnium verò fuſiſſimè ſectæ hujus dogmata pertractavit *Rauianæus*, teſte *Ibn-Chalican* p.m. 307. الروياني الشافعي وصنف الكتب منها عن المذهب وهو اطول كتب الشافعية وكتاب مناصيص الامام الشافعي رضي الله عنه * *Raujanæus Schafæus, qui de illa ſecta compoſuit libros, quibus prolixiores de hac materia non habentur: Librum item legum, vel, ſententiarum Antiſtitis Schafæi, cui Deus propitius ſit.* Habere hanc ſectam authoritatem ſuam ab ipſo Muhammede illi tradiderunt, qui ab Hanifæis in caſtra Schafæorum tranſierunt. Exemplum ſuppeditat *Ibn-Chalican*, in *Abu Giafar* Tharmadæo, quod αὐτολεξεὶ ita habet: ابو جعفر الترمذي الشافعي وكان يقول تفقهت على مذهب ابي حنيفة فرايت النبي في مسجد المدينة عليه السلام حججت فقلت يا رسول الله قد تفقهت بقول ابي حنيفة افاخذ به فقال لا فقلت اخذ بقول ملك ،

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

انس فقال خذ منه ما وافق سنتي قلت افاخذ بقول الشافعي فقال ما هو بقوله الا انه اخذ بسنتي ورد علي من خالفها قال فخرجت في اثر هذا الرويا الي مصر وكتبت كتب الشافعي * *Abu-Giafar Tarmedæus, Schafæus fuit. Dixerat ille: Secutus fui placita Abi Hanifæ; cúmque aliquando vidiſſem Prophetam in templo urbis prophetæ f. m. diſputationem inſtitui, atque dixi: O Apoſtole Dei; hactenus exercui me in Theologia Abi Hanifæ, retinebóne illam? Non retinebis, reſpondit. An ergò, inquiebam, tenebo verbum Maleci, filii Anes? Tantum, reſpondit mihi, indeſumito, quantum legi meæ congruit. An igitur, iterum dixi, arripiam ſententiam Schafæi? Reſpondit: Nihil habet ſententiæ ejus, quod non defendat* (capiat) *legem meam, & refutet eum qui ei contrariatur. Egreſſus igitur, dixit, primùm atque hanc viſionem vidi in Aegyptum, libros Schafæi conſcripſi.* Patet ex hoc teſtimonio, non leve aut contemnendum fuiſſe ſectarum harum diſcrimen, quibus tamen totus ſcatet Muhammediſmus. Huc accedit, quòd ne quidem in Alkorani explicatione inter ſe convenerint. Verbi gratiâ *Sur.* V. pag. 69. legimus لا يوخذكم الله باللغو في ايمانكم ولاكن يوخذكم بما عقدتم * *Non puniet vos Deus propter incogitantiam juramento veſtro commiſſam; corripiet vos propter id quod firmâſtis*, ſi nempe illud temerè violaveritis. Quid per incogitantiam hanc intelligendum ſit, certant inter ſe *Schafæus* & *Abu Hanifa*. هو ما يبدو من المر بلا قصد كقوله الرجل لا والله بلي والله واليه ذهب الامام افعي

الشافعي وقيل الحلف على ما يظن انه كذلك ولم Liber 2. de Pſeudopr. Muham.
يكن واليه ذهب ابو حنيفة * id eſt, *Per incogitantiam intelligitur, quod viro alicui contra intentionem excidit, ut cùm aliquis dicit* : Non per Deum ; Ita per Deum. *Sic ſentit Antiſtes Schafæus. Alii dicunt juramentum intelligi de re, quæ talis vel talis nobis videatur, cùm revera non ſit. In hanc ſententiam concedit Abu Hanifa.*

IV. Sequuntur *Henbelitæ*, ab Ahmed ben Henbel denominati, qui & ipſi ſuperſtitionum ſuarum non paucos habuerunt hyperaſpiſtas. *Ibn-Chalican* pag. 283. commendat *Abu Abdallam*, Ibn Iathima Charanæum, qui librum contexuerit في مذهب الامام احمد بن حنبل رضي الله عنه مختصرا احسن فيه * *In religione Antiſtitis Ahmedis, filii Henbel, cui Deus gratioſus ſit, cui brevitate potiſſimùm gratiam conciliârit.* Et pag. 301. الخرقي الفقيه الحنبلي كان من اعيان الفقها الحنبلة وصنف في مذهبهم كتبا كثيرة من جملتها المختصر الذي يشتغل به اكثر المبتدين من اصحابهم * *Charkaus Doctor Henbelita, fuit ex celeberrimis doctoribus Henbelitis. Multos de illa religione libros compoſuit, è quorum numero eſt compendium, in quo occupantur plurimi tyrones ſociorum ipſorum.* 4. Henbelitæ.

V. *Schamrachai* الشمراخية qui à ſuperſtitione Muhammedis nonnihil diſſentiunt, licèt eam amplectantur ; *Siggæus* Theſ. Arab. 5. Schamrachai.

Sunt tamen hæ Muhammedicæ ſectæ ita comparatæ, ut

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

ab una ad alteram facilem concedant tranſitum: unde & exempla occurrunt Principum, qui utriusque ſectæ, inſtitutis collegiis, ſtudia foverunt & promoverunt. *Ibn-Chalican* p. m. 300. صاحب حماة وهو ابن اخي صلاح الدين وله مدرستان شافعية ومالكية * *Præfectus Hamæ, nepos Saladini ex fratre, duo habuit gymnaſia, Schafæorum & Melkitarum.* Aliæ verò reperiuntur inter Muhammediſtas opiniones diverſæ, quæ longiùs à ſe invicem abeunt, de quibus antequam agamus diſtinctiùs & in ſpecie; in genere quædam ex *Majmonide* præmittemus. Sic ergò loquitur in *More Hannevoch* P. 1. cap. 71.

Προλεγόμενα generalia ex Majmon. de Mutazalitis, Aſcharitis & Loquentibus.

اما هذا النزر اليسير الذي تجده من
الكلام في معني التوحيد وما يتعلق بهذا المعني
لبعض الجاونيم وعند القراين فهو امور اخذوها عن
المتكلمين من الاسلام بهذه الطريقة كانوا فرقة ماوهم
المعتزلة فاخذوا عنهم اصحابنا ما اخذوا وسلكوا في
طريقهم وبعد ذلك بمدة حدثت في الاسلام فرقة اخري
وهم الاشعرية وحدثت لهم ارا اخري لا تجد عند اصحابنا
من تلك الارا شيا لا لانهم اختاروا الراي الاول علي
الراي الثاني بل لما اتفق ان اخذوا الراي الاول وقبلوه
وظنوه امرا برهانيا اما الاندلسيين من اهل ملتنا
كلهم يتمسكون باقاويل الفلاسفة ويميلون لاراهم
ما

ما لا تناقض قاعدة شريعة ولا تجدهم بوجه يسلكون
في شي من مسالك المتكلمين ولذلك يذهبون في
اشيا كثيرة نحو مذهبنا في هذه المقالة في تلك
الامور النزرة الموجودة لمتاخريهم واعلم ان كل ما
قالته الاسلام في تلك المعاني المعتزلي منهم والاشعري
هي كلها ارا مبنية علي مقدمات تلك المقدمات
ماخوذة من كتب اليونانيين والسريانيين الذين راموا
مخالفة ارا الفلاسفة ودحض اقاويلهم وكان سبب
ذلك لما عمت الملة النصرانية لتلك الملل ومنهم نشات
الفلاسفة ونشا ملوك يحمدن الذين راوا علما تلك
الاعصار من يونان والسريان ان هذا دعاوي تناقضها
الارا الفلسفية مناقضة عظيمة بينا ونشا فيهم هذا
علم الكلام وابتدوا ليثبتوا مقدمات نافعة لهم في
اعتقادتهم ويردوا علي تلك الارا التي تهد قواعد شريعتهم
ولما جات ملة الاسلام ونقلت اليهم كتب الفلاسفة
فوجدوا كلام يحيي النحوي وابن عدي وغيرهما
في هذا المعاني فتمسكوا به وظفروا بمطلب عظيم
بحسب رايهم واختاروا ايضا من ارا الفلاسفة المتقدمين

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

 كل

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

كل ما راه المختار انه نافع له وان كان الفلاسفة
المتاخرون قد برهنوا بطلانه كالجز والخلا وراوا ان
هذه امور مشتركة ومقدمات يضطر اليها كل
صاحب شريعة ثم اتسع الكلام وانحطوا الي طريق اخري
عجيبة ما علم بها قط احد من المتكلمين من يونان
وغيرهم لان اولايك كانوا علي قرب من الفلاسفة ثم
ايضا جات في الاسلام اقاويل شرعية خصيصة بهم احتاجوا
ضرورة ان يقصدوها ووقع بينهم ايضا اختلاف في
ذلك فاثبتت كل فرقة منهم مقدمات نافعة لها في
نصرة رايها ولا شك ان ثم اشيا تعموا ثلاثة اعني اليهود
والنصاري والاسلام وهو حدث العالم التي بصحته
تصح المعجزات وغيرها واما ساير الاشيا التي تخلفت
هاتان الملتان الخوض فيها كخوض اوليك في
معني الثالوث وخوض بعض فرق هاولا في الكلام حتي
احتاجوا الاثبات مقدمات ثبتوا بتلك المقدمات التي
اختاروا الاشيا التي خاصوا فيها والاشيا الخصيصة
بكل ملة منهما اتضعت فيها ✱ *Pauca autem illa, quæ de negotio unitatis, & cæteris ab illo dependentibus, invenies apud* Geonæos *&* Karæos, *ſunt ea ipſa, quæ mutuârunt à* Loquentibus Iſmaëlitarum. *In hac autem via fuit ſecta quædam,* cui nomen Mutazalitarum, *& ab iis acceperunt ſocii noſtri*

Majm. [illegible] *Gnei* [illegible] *generalis de origine.*
a. *Mutazalitarum.*
b. *Aſcharitarum.*

ſtri quicquid acceperunt,eorúmque ſemitam calcârunt. Poſtea verò,ſucceſſu temporis exorta eſt in Islamiſmo *ſecta alia,* Aſcharitarum videlicet, *qui authores fuerunt ſententiarum aliarum,de quibus apud ſocios noſtros nihil reperis: Non quòd priorem ſententiam poſteriori prætulerint, ſed quia ita jam contigit ut priorem ſententiam amplexi fuerint,eámque tanquam certam ac demonſtrativam,acceptârint.* Andaluſii *verò,qui ſunt de gente noſtra,omnes arripuerunt Philoſophorum ſententias,& ad placita eorum inclinant,quæ non contrariantur fundamento Legis: neque reperies eos ullo modo veſtigiis* Loquentium *inſiſtere. Hinc invenias è paucis illis,quæ à recentioribus eorum habemus,in multis ad noſtram ſententiam ipſos accedere & confugere. Scito autem omnia ea,quæ de his rebus in Islamiſmo diſſeruerunt* Mutazalitæ *&* Aſcharitæ,*ſuperſtructa eſſe principiis deſumtis ex libris* Græcorum *&* Syrorum,*qui in hoc incubuerunt,ut diſſentirent à placitis Philoſophorum,eorúmque ſententias deſtruerent,cujus rei cauſa eſt, quòd cùm Religio Chriſtiana duas illas nationes ſub ſe comprehenderet, & in iis Philoſophi orirentur, ſurgerêntque Reges,qui illi religioni* (Chriſtianæ) *faverent,viderêntq; peritiores horũ principiorum ex* Græc. *&* Syr.,*religionem iſtam* δὶς διὰ πασῶν *à placitis Philoſophicis differre,quòd,*inquam, *tum ortum dederint* ſcientiæ verborum, (*Loquentium ſtudiis,) inceperíntque confirmare principia,quæ uſum magnum habebant in confirmandis articulis fidei ſuæ,tum ad refutandas ſententias,quæ fundamentis legis eorum ſunt contrariæ. Cùm verò poſtea Islamiſmus obtineret, iiſque libri Philoſophorum tranſlati fuiſſent,inveniſſéntque* verba Jahia (*Johannis.*) Gramatici Ibn Adi, *& aliorum,in hac materia; tum illi ea,tanquam præclarum aliquod,opinione ſua,* εὕρημα, *ſunt amplexi. Elegerunt etiam è ſententiis Philoſophicis prioribus,quidquid eligens videbat ſibi utile fore,etſi vel maximè poſteriores Philoſophi ejus jàm vanitatem demonſtrârunt,ut*

eſt

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

c. *Loquentium.*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

eſt ſententia de atomis, & vacuo, &c. Viderunt enim, res iſtas *eſſe communicabiles, & principia, quibus omnis ſtudioſus legis habeat opus. Poſtea dilatârunt Iſmaëlitæ* Verborum *hoc ſtudium, & deſcenderunt ad ſententiam aliam planè admirabilem, quam nullus unquam* Loquentium Græcorum, *aliorúmve noverat. Illi enim propè ad Philòſophos accedebant. Poſtea verò nata ſunt inter Iſmaëlitas dogmata quædam legis propria, quæ & ipſa coacti illi fuerunt defendere. Et orta eſt inter eos iterum magna contentio, una quaque ſecta ea principia confirmante, quæ utilia erant ſententiæ ſuæ defendendæ.*

Iud. Chriſt. Muha. quæ communia habeant, quæ propria.

Neque dubium eſt, quin res ſint, in quibus tres illæ ſectæ (Chriſtiani, Judæi, & Muſelmanni) *conveniunt, ut eſt ſententia de Creatione Mundi, per cujus verificationem verificantur miracula, &c. Alia verò, in quibus duæ illæ religiones diſſentiunt, dubia eſſe & controverſa, ut ſunt controverſiæ eorum* (Chriſtianorum) *de Trinitate, & controverſia alterius ſectæ* (Iſmaëliticæ) *de verbo* Prophetiæ: *ita ut coacti ſint ſtabilire præcepta, quæ confirmarentur illis placitis, quibus elegerunt res inter ipſos controverſas, atque res cuique religioni* (Judaicæ & Chriſtianæ) *proprias.* Antequam verò ea, quæ in genere de Arabum ſectis & hæreſibus diſſeruit *Majmonides*, pleniùs ſecundùm partes, excutiamus, ſubſiſtendum nobis adhuc paululum eſt in *Loquentibus*, quorum toties apud Arabes & in *More Nev.* fit mentio. Sunt autem illi Philoſophi Arabum celeberrimi, Metaphyſici ſubtiliſſimi, qui ut à primis Chriſtianis, *Majmonide* teſte, diſputationis ſerram reciprocare didicerunt, ita poſtea, cùm Sacra profanis, Theologica Philoſophicis miſcuiſſent, hanc ipſam lampadem, ſtudiis Arabum paulatim abolitis, Chriſtianis, Hiſpanis cumprimis, Theologiæ Scholaſticæ ſtudioſis, tradiderunt. Studiis hiſce plurimi aliquando in Arabia inclaruerunt Philoſophi. *Ibn-Chalicân* nomine hoc commendat *Ibn-Phurek* quem appellat المتكلم

Loquentes, Theologiæ Scholaſticæ prodromi.

Lo-

Loquentem; Item *Schahraſtanaum*, qui itidem non tantum المتكلم الفيلسوف *Loquens Philoſophus* dicitur, ſed & author librorum في علم الكلام *in ſcientia verborum*. Eorum *Majm.* præterea meminit in *More Nev.* P. 1. c. 69. *Philoſophi,* inquit, *prout noſtri vocant Deum Opt. Maxim. cauſam primam, à qua appellatione celebres & famoſi Scriptores è* Loquentium *ſecta valdè abhorruerunt, eúmque* Agens *vel* Efficientem *vocitare maluerunt, exiſtimantes magnam inter* Cauſam *&* Agens *vel* Efficiens *eſſe differentiam. Dixerunt enim: Si dicamus* cauſam, *ſequetur neceſſariò, eſſe aliquod ipſius* cauſatum *&* effectum, *atque ita mundum eſſe æternum, & à Deo neceſſariò creatum. Si verò dicamus* Efficiens *vel* Agens, *non ſtatim ſequitur neceſſaria alicujus operis vel* Effecti *exiſtentia: quia* Efficiens *poteſt eſſe ante opus & effectum ſuum, imò non poteſt cogitari* Efficiens, *niſi cogitetur præcedere opus & effectum ſuum*. De ſumma verò, ſcopo & intentione eorundem Loquentium ita differit *Majm.* P. 1. cap. 71. وبالجملة ان كل المتكلمين الاول من اليونانيين المتنصرين ومن الاسلام فانهم لا يتبعوا الظاهر من امر الموجود ولا في مقدماتهم بل يتاملوه كيف ينبغي ان يكون الوجود اول حتي يكون منه دليل علي صحة هذا الراي ان لا يناقضه فاذا صح ذلك التخيل فرضوا ان الوجود هو علي صورة كذا واخذوا ان يحتجوا علي اثبات انلك الدعاي التي توخذ منها المقدمات التي يصح بها المذهب * *Summâ, Loquentes omnes initiò tam Græci Chriſtiani,*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Eorum ſententia quædam.

Scopus & intentio eorum.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

ſtiani, quàm Muſelmanni, non attenderunt rei exiſtentis rationem manifeſtam, neque principia ejus, ſed id tantùm ſpectârunt, quomodo res eſſe deberet initiò comparata, ut huic confirmandæ ſententiæ inſerviret, aut eam non deſtrueret. Poſtea cùm conatus iſti (prop. phantaſmata) *ſuccederent, lege quaſi conſtituerunt rem ita ſe habere. Incipientes igitur diſputare ſtabiliverunt illas ſententias, è quibus principia eorum pendebant, quæq; religionem eorum confirmabant. Atque ſic fecerunt,* pergit Majmonides, *ſapientiores inter ipſos, qui primi iſtarum rerum fuerunt auctores & directores, illáſque in libros retulerunt, proteſtando tamen, ſola ſpeculatione ad ita ſentiendum ſe inductos eſſe, ſine ullo ſententiæ prioris reſpectu. Verùm, poſteriores, libros ipſorum legentes, de hoc illorum artificio nihil ſciverunt; ita ut, cùm in libris illis antiquis invenirent magnum conatum, ingénſque ſtudium ad rem aliquam confirmandam vel deſtruendam, nihil minùs cogitârint, quàm illam confirmationem vel refutationem in materia religionis eſſe neceſſariam: ſed ſimpliciter crediderunt, majores ſuos hoc tantùm feciſſe, ut confunderent ſententias Philoſophorum, & in dubium revocarent ea, quæ illi pro certiſſimis & maximè demonſtrativis habuerunt. Neque vel minimam ſuſpicionem habuerunt, ac ſi res aliter haberet, quàm cenſuerunt. At verò certiſſimũ eſt, priores illos nihil aſſeruiſſe vel negâſſe, quàm id, quod ſententiis ac dogmatibus ipſorum quamvis remotiſſimè, & poſt centum quaſi conſequentias nocere & præjudicare potuiſſet: atque ita morbum ex ipſo fundamento auferre voluiſſe. Ad hæc omnia in genere tibi dico, rem omnino habere ſicut dixit Themiſtius:* Natura rerum non ſequitur opiniones hominum, ſed opiniones hominum debent ſequi naturam rerum. *Cùm verò conſiderâſſem, & libros* Loquentium *perlegiſſem, quemadmodum ſtudioſè quoque & pro virili ſcrutatus ſum libros Philoſophorum, inveni*

omnium

Digitized by Google

omnium ipſorum (Loquentium) *unicam ſpeciem, partibus tantùm diſtinctam. Principale enim fundamentum omnium eſt, nullam certam cognitionem rerum haberi poſſe, quòd ſcilicet hoc vel illo modo ſe habeant, eò quòd in intellectu contrarium ſemper eſſe, & cogitari poſſit.* Plura de *Loquentibus* vide ibid. cap. ſequenti LXXIII. & deinc. ubi duodecim Principia Loquentium, ad probandas quatuor illas quæſtiones de Exiſtentia, Unitate & Incorporitate Dei, ut & de Novitate Mundi, non tantùm recenſentur: ſed etiam explicantur & refutantur. Nota cumprimis verba ex c. LXXI. *Noli etiam à me expectare, ac ſi adducturus tibi eſſem argumenta* Loquentium, *quæ pro veritate principiorum ſuorum adducunt. Nam in hac re & illi totam vitam ſuam conſumpſerunt, & conſument dies ſuos illi, qui ſequentur ipſos.* En ideam Scholaſticorum, & Theologiæ Scholaſticæ! Redeundum nunc in viam ad pertexendum Catalogum hæreticorum & Schiſmaticorum Muhammedanorum. Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

VI. Sequuntur *Mutazalitæ*, Arabicè معتزلة, propriè *ἀφωρισμένοι*. Unde in nupera Editione Regia Pariſienſi *Macchab.* l. 11. pag. 27. ubi de Phariſæorum agitur origine, *iidem* المعتزلة appellantur: quo nomine etiam veniunt apud *Elmac.* p. m. 188. Sadducæi pag. 164. Incunabula hujus ſectæ Ibn-Chalĩcan deducit à quodam *Ketada*, qui Collegio quorundam, quibus ille ſe adjunxit, nomen hoc impoſuit. Qua de re *author* p. m. 297. Eorum crebrò meminit *Majm.* in *More Nevochim.* Libro III. cap. 16. ubi de variis circa Providentiam Dei agit opinionibus, quartam *Mutazalitis* tribuit: والراي الرابع هو راي من يري ان الانسان استطاعة ولذلك يجري ما بها في الشريعة من الامر والنهي والجزي والعقاب عود هاولا VI. Mutazalitæ. *Eorum de providentia ſententia.*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

هاولا على نظام ويرون ان افعال الله فلها تابعة للحكمة وانه لا يجوز عليه جور ولا يعاقب محسنة والمعتزلة ايضا يكون هذا الراي وان كانت استطاعة لانسان ليست هي عندهم مطلقة وهم ايضا يعتقدون انه تعالى عالم بسقوط تلك الورقة وبدبيب هذا النملة وان عنايته بكل هذا الموجودات * *Quarta ſententia eorum eſt, qui ſtatuunt, hominem poteſtatem aliquam habere, ſecundùm quam ſequi poſſit, quantum velit, in lege, præcepta, interdicta, retributionem bonam, & pœnam. Aſſerunt inſuper, opera Dei omnia ſapientiam ejusdem ſequi: in qua tamen nulla ſit iniquitas; nullámque rem bene geſtam puniri. Et hæc ipſa ſententia eſt* Mutazalitarum, *etſi poteſtatem homini abſolutam illi non tribuant. Credunt etiam, Deum ſcire cujusvis folii caſum, & cujusvis formicæ reptatum, & quod providentia Dei ad omnia ejusmodi ſe extendat entia.* Et paulò pòſt: فقد تلخصت لك هذا الارا وذلك ان كل ما تراه من احوال اشخاص الانسين المتخلفة يراها ارسطو اتفاقا محضا ويراها اشعري تابع لمجرد مشية ويراها المعتزلي تابعة لحكمة ونراها نحن تابعة الاستحقاق الشخص بحسب افعاله * *Atque ſic explicatæ tibi ſunt ſententiæ iſtæ, & quòd omnem illam diverſitatem, quæ in ſingulis hominum individuis apparet,* Ariſtoteles *tribuit tantùm accidenti:* Aſſaria, *voluntati:* Mutazali *ſapientiæ: Nos* (Judæi) *verò ſtatuimus, ſequi eam meritum cujuslibet, & rationem*

Iidem ſtatuunt Iudæi...

nem operum. Et iterum: وجا في كلام אלחכמים זל زيادة Liber 2. de Pſeudopr. Muham.
ما جات في نص التورية وهو قول بعضهم يسوريــن
שלאהבה وذلك ان نحسب هذا الراي قد ينزل بالشخص
افات لا لذنب متقدم بل لبعظم جزاه وهذا هو ايضا
مذهب المعتزلة ولا نص في التوراة لهذا المعني *Occur-
rit autem in verbis ſapientum p. m.* [illegible]*,cujus in lege nulla fit mentio,id nempe,quòd quidam ſtatuunt, Caſtigationes ex amore (παιδείας* Theologi vocant *); juxta quam ſententiam immitti poſſunt homini calamitates, nullo præcedente peccato, ſed ut ejus multiplicetur remuneratio. Atque hæc etiam ſententia eſt* Mutazalitarum, *pro qua nullus in lege textus occurrit.* Eodem capite: اما حديث هذا الغوض
للحيوان فلم يسمع قط في ملتنا قديما بوجه ولا
ذكره قط احد من الحكميم لكن بعض المتاخرين
من الجاونيم זל لما سمعوه من المعتزلة اعتقدوه * *De retributione illa animalium irrationalium (de mure enim innocente,* ut Mäjm. iterum utar verbis, *à fele vel accipitre rapto & diſcerpto dicunt* Mutazalitæ, *ſapientiam Dei hoc ſuper iſto mure decreviſſe, & propterea quoq; in ſeculo venturo retributionem ipſi daturum) nihil unquam auditum fuit in religione noſtra. Sapientes etiam noſtri nullam ejus fecerunt mentionem; ſed tantùm recentiores quidam ex Geonæis p. m. cùm à* Mutazalitis *eam audiviſſent, eandem crediderunt.* Sed & author كتاب الاربعين في اصول الدين *libri quadraginta articulorum fidei,* mentem *Mutazalitarum* de providentia

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Dei circa malum p. m. 87. ita exprimit: والمعتزلة اضافوا
الشر فقط الي انفسهم واثبتوا لانفسهم الاختيار الكلي
تحرزا عن نسبة القبيح الي الله والظلم ولكن نسبوا الي
الله العجز في ضمن ذلك ولم يدروا تعالي الله عن ذلك
علوا كبيرا * Mutazalitæ *ſibi ſolis tribuunt malum, atque adeò abſolutam ſibi arbitrii libertatem vendicant, ne videlicet Deo quicquam mali aut violentiæ aſſignare cogantur: quo ipſo tamen Deum impotentiæ inſimulant, neſcientes, Deum Opt. Maximum hus omnibus eſſe ſuperiorem.* Atque his ipſis *Mutazalitis* idem author ſtatim opponit اهل السنة *populum legis*, id eſt, *Iſmaëlitas* & Muhammediſtas, opinione ſua orthodoxos. Neque verò in hoc tantùm capite à reliquis abierunt Saracenis *MutaZalitæ*; ſed & alia ſparſerunt dogmata, receptæ eorundem ſententiæ contraria. V. G. *Sur.* II. v. 49. legimus: واتقوا يوما لا تجزي نفس عن نفس شيا ولا تقبل
منها شفاعة ولا يوخذ منها عدل ولا هم ينصرون *

Iidem in Alkorani explicatione ab aliis differunt.

Et timete diem, quo nec compenſat anima pro anima quicquam, nec ejus admittitur deprecatio ulla, nec accipietur ab ea ulla redemtio, neque ipſi juvari poſſunt. Ad quæ verba *Beidavi*: وقد تمسكت المعتزلة بهذا الاية علي نفي الشفاعة
لاهل الكباير واجيب بانها مخصوصة بالكفار للايات
والاحاديث الواردة في الشفاعة والاية نزلت ردا لما
كانت اليهود تزعم ان اباهم تشفع لهم * *Arripiunt* Mutazalitæ *hunc verſiculum, ad probandum, pro hominibus gra-*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

gravibus ſceleribus notatis intercedere non licere. *Ego verò reſpondeo, illud propriè eos reſpicere, qui verſus & ſententias pro deprecatione præcedentes negent. Demiſſus autem fuit hic verſiculus ad refutandos Judæos, qui patrum ſuorum pro ſe interceſſionem ſibi pollicebantur.* Crevit hoc hominum genus in Imperio Muslimico, cùm alibi, tum maximè apud Chorazmios. Unde *Ahmed*, fil. Arabſiæ in Hiſt. Timur. pag. 28.

Ubi Mutazalitæ maxima habuerint incrementa.

وهذه المملكة ذات مدن عظيمة وولايات جسيمة تحتها
مجمع الفضلا ومحط رجال العلما ومقر الظرفا والشعرا
ومورد والادبا والكبرا ومعدن حال الاعتزال وينبوع بحار
اهل التحقيق من ارباب الهدي والضلال * *Continet regnum hoc* (Chorazmiorum) *urbes magnas, & dynaſtias amplas: Metropolis eſt locus, in quo conveniunt præſtantiſſimi quique, eſt ſedes virorum eruditorum; pedem ibi figunt politioris ingenii homines ac Poëtæ; eodem etiam velut reſtincturi ſitim confluunt literatores atque magnates: Ibidem quoque eſt fovea* Mutazalitarum, *& ſcaturigo magnæ ſtudioſorum multitudinis, ſubtiliúmque hominum, qui tum rectâ, tum erroneâ incedunt viâ.* Excelluit in his ſtudiis *Ghabaus*, pater & filius, de quibus *Ibn-Chalican* pag. 307. الجباي
كان هو وابوه من كبار المعتزلة ولهما مقالات
على مذهب الاعتزال * *Ghabaus, ejúsque parens, ex Antiſtitibus* Mutazalitarum *fuerunt, quorum etiam de hac religione extant ſermones.* Alibi etiam idem author meminit *Ghabai*, Scriptoris inter *Mutazalitas* celebris, qui & *Loquentium* (de quibus ſuprà) ſtudiis delectabatur. Refert de utroque diſputationem, quam, quia brevis eſt, ex p. m. 289. verbotim

Antiſtites hujus ſectæ & hyperaſpiſtæ.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

tim ſubjungam. فيقال ان ابا الحسن المذكور سال استاده ابا علي الجبائي عن ثلثة اخوة احدهم كان مومنا برا تقيا والثاني كان كافرا فاسقا شاقيا والثالث كان صغيرا فماتوا فكيف حالهم فقال الجبائي اما الزاهد ففي الدرجات واما الكافر ففي الدركات اما الصغير فمن اهل السلامة فقال الاشعري ان اراد الصغير ان يذهب الي درجات الزاهد هل يودن له فقال الجبائي لا لانه يقال له ان اخاك انما وصل الي هذه الدرجات بسبب طاعته الكثيرة وليس لك تلك الطاعات فقال الاشعري وان قال ذلك الصغير التقصير ليس مني فانك ما ابقيتني ولا قدرتني علي الطاعة فقال الجبائي يقول الباري جل وعلا كنت اعلم انك لو بقيت لعصيت وصرت مستحقا للعذاب الاليم فراعيت مصلحتك فقال الاشعري فلو قال الاخ الكافر يا الله العليم علمت حاله فقد علمت حالي فلم راعيت مصلحته دوني فانقطع الجبائي وهذا المناظرة داله علي ان الله تعالي خص من شا برحمته وخص اخر بعذابه وان افعاله غير معلله بشي من الاعتراض *

Dicitur; Abulhaſenum memoratum, Præceptorem ſuum Abu Ali,

Ali, Ghabæum, de tribus fratribus (quorum unus fidelis fuerit, juſtus & pius, alter infidelis, pravus, miſer, tertius verò minorennis) interrogâſſe, quænam, poſtquam mortui fuiſſent, eorum eſſet conditio? Reſpondiſſe Ghabæum, pium eſſe potitum ſede beatorum, impium verò detruſum in locum damnatorum, minorennem verò eſſe ex populo pacis, id eſt, ex iis qui domicilium pacis; quod ſecundum Paradiſi nomen eſt; incolunt. *Dixit autem Aſcharita; Quid ſi verò parvulus ille tranſire velit ad gradum pii, ánne illi concedetur? Reſpondit Ghabæus: Non. Diceretur enim ei: Frater tuus gradum hunc multâ ſuâ obedientiâ meritus eſt, quam tu non præſtitiſti. Regeſſit Aſcharita: Quid ſi verò dicat minorennis: Defectus hic non eſt ex me, neque enim tu ſuperſtitem me reliquiſti, ut potuiſſem hanc probare obedientiam. Reſpondit Ghabæus: Tunc dicet creator Opt. Max. ſcivi equidem, te, ſi ſuperſtes fuiſſes, fore immorigerum, adeóque pœna dolorifica dignum, atque ſic ſollicitè ſalutem tuam curavi. Dixit Aſcharita; Quid ſi verò infidelis objiciat frater; O Deus ſciens, ſcivisti ſtatum ejus, ergò nec meum ignorare potuiſti, cur ergò de ejus ſalute fuiſti ſolicitus, de mea non item. Et finem impoſuit Ghabæus. Hæc verò diſputatio ſignificat, Deum peculiariter miſericordia ſua amplecti quem velit, alium, eadem libertate, punire, quódque opera ejus nullo debilitentur impedimento.* *Liber 1. de Pſeudopr. Muham.*

VII. Succedunt *Ghabetæi*, Mutazalitarum ſurculus & propago, teſte *Ibn-Chalican* p.m. 300. الجاحط البه تنسب الفرقة المعروفة بالجاحطية من المعتزلة * *Ghabet, à quo ſecta Ghabetæorum, Mutazalitarum propago, derivata.* Commendatur idem author, quòd *Loquentium* ſtudia tractârit. *VII. Ghabetæi Mutazalitarum ſurculus.*

VIII. Famoſi etiam inter Muhammedanos ſunt *Aſcharitæ*, quorum jam ſuprà facta eſt mentio. Quibus adde, quæ à *Majmonide* iis tribuuntur in articulo de Providentia. Ita au- *VIII. Aſcharitæ.*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

tem loquitur in *More Nev.* P. III, cap. 17. والراي الثالث هو
مقابل هذا الراي الثاني وهو راي من يري ان ليس
في جميع الوجود شيا بالاتفاق بوجه لا جز ولا خل بل
الكل بارادة وقصد وتدبير ويبين هو ان كلما يدبر
فقد علم وهذه فرقة الاشعارية من الاسلام * *Tertia ſententia, ſecundæ planè contraria, eſt eorum, qui ſtatuunt, nihil in hoc mundo, nec particulare, nec univerſale, eſſe per accidens, ſed omnia ex certa voluntate, intentione, & gubernatione: Conſtat autem eum, qui aliquam rem gubernat, eandem etiam ſcire. Atque hæc ſententia eſt* Aſcharitarum *ex Muſelmannis.* Et paulò póſt: Aſcharitæ *noluerunt Deo alicujus rei ignorantiam attribuere, & incongruum ipſis viſum eſt unius rei particularis ſcientiam Deo aſſignare, alterius verò non.* Plura vide ſuprá.

IX. Kadrai.

Quid ſentiant de prædeſtinatione, providentia.

IX. *Kadræi*, ſeu *Potentiarii*, à قدر *potuit, valuit, prævaluit.* Ita autem dicuntur, quòd abſolutum ſibi dominium tribuunt, & ἀυτεξούσιον bene vel malè, pro arbitrio, faciendi. De his author *Quadraginta articulorum* fidei Muhammedicæ, p.m. 86. 87. والقدرية انكروا قضا الله تعالي وراوا الخير
والشر من انفسهم ارادوا بذلك تنزيه الله من الظلم
وفعل القبيح * Kadræi *negant prædeſtinationem Dei, exiſtimantes boni & mali ſe ipſos eſſe authores. Id verò faciunt, ut Deum liberent ab iniquitate, & prava actione.* Et mox:
القدرية اثبتوا اختيار الخلق العبد في افعال العباد
انكروا قضا الله وقدرة بالخلية في افعال العباد * Kadræi

dræi *ſtabiliunt arbitrium hominis liberum in operibus humanis: Negant autem prædeſtinationem Dei & providentiam in actionibus humanis*: Et paulò pòſt: ومنهم من ذهب الي ان كل ما يصدر عن العباد عقب قصدهم وارادتهم يكون واقعا بقدرتهم فاختيارهم ولا يتعلق بخصوصها قدرة الله وارادته ويسمي هاولا قدرية * *Ex iis* (Muſelmannis) *quidam ſunt, qui putant finem intentionis & voluntatis eorum, quæ ab hominibus exiguntur, ſita eſſe in poteſtate & arbitrio eorum: non autem pendere à determinatione ſpeciali potentiæ Dei & voluntatis ejus. Atque hi* Kadræi *appellantur*. Huic ſectæ addictus fuit *Jezidus*, filius VValidis, ut *Elmacinus* habet Hiſtor. Sarac. pag. 87. وكان يميل الي راي القدرية *Propenſus fuit ad ſectam Kadriticam.* Dogmata hujus ſectæ non modò citatus *Articulorum* author refutavit: ſed etiam *Omar* ben Obeid apud *Ibn-Chalican* pag. 300. cui adſcribitur كتاب الرد علي القدرية *refutatio ſectæ Kadriticæ*.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham. Et libero arbitrio.

Secta hujus aſſecla.

X. *Ghabræi*, ἠπειθέμενοι, à جبر *vicit, ſuperavit*. Rationem nomenclaturæ *idem* etiam *Scriptor* in XI.. articulis ſuppeditat pag. 87. & 88. منهم من ذهب الي ان ما يجري في العالم من الخير والشر فالافعال والاقوال بقضا الله وقدر ولا اختيار للعبد فيه فيسمي هذا القوم جبرية والجبر هو القهر فيقولون اجبر الله عبادة علي اقوالهم فافعالهم

X. Ghabræi.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.
Eorum de providentia opinio.

فافعالهم من غير اختيار منهم فيها * *Ex iis* (Moſelmannis) *ſunt qui ſtatuunt omnia ea quæ eveniunt in mundo, tam bona, quàm mala, tam dicta, quàm facta, fieri prædeſtinatione atque providentiâ* (diſpenſatione) *Dei, nullámque homini in eo eſſe arbitrii libertatem. Atque iſti* Ghabræi *vocantur,* à جبر, *quod coactionem notat, dicentes*: *Cogere Deum homines in dictis & factis eorum, nullúmque eos in illis habere arbitrium.* Et alio in loco: والجبرية اعتمدوا علي القضا وراوا الخير والشر من الله ولم يروا من انفسهم فعلا ارادوا بذلك تنزيه الله عن العجز * Ghabræi *innituntur prædeſtinationi, docentes bonum & malum à Deo eſſe; & à ſe nihil planè. Scopus autem eorum eſt, ab impotentiæ labe Deum purgare.*

Explicatio vocum القضا *et* القدر.

Vocabulum قضا per *prædeſtinationem* vertimus, قدر per *providentiam* actualem. Hic, opinor, ſenſus eſt *authoris*, qui pag. 88. ejuſmodi diſcrimen facit, quòd القضا ſit *inventarium, vel Catalogus univerſalis omnium rerum in Tabula cuſtodita* (ſic Arabes vocant Prædeſtinationem) *ſummatim exhibitarum*: القدر verò, *productio ſingulorum individuorum, aut rerum ordine ſibi ſuccedentium*: vel القضا هو الارادة الازلية والعناية الالهية المقتضية لنظام الموجودات علي ترتيب خاص والقدر تعلق تلك الارادة بالاسبا في اوقاتها الخاصة * i.e. *Eſt voluntas æterna, & providentia divina redigens in ordinem omnes res exiſtentes ſecundùm diſpoſitionem uniuscujusq;* ; vel, decernens de omnium rerum exiſtentium ordinatione ſingulari; القدر

verò

verò dependet ab illa voluntate in rebus, quæ temporibus deſtinatis fieri debent. Uno verbo القضا eſt providentia Dei æterna, القدر verò providentia actualis. Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

XI. *Dararæi*, peſſimæ notæ homines, deſcribuntur ab *Elmac.* Hiſt. Sarac. pag. 264. قال وفي سنة ثمان واربع مائة ورد الى مصر داع عجمي يسمي محمدا بن اسمعيل وتلقب بالدرري وقصد خدمة الحاكم واحسن اليه وانعم عليه فدعي الناس ان يعتقدوا في الحاكم انه الاله الذي صنع العالم واعلن هذه الدعوة واشهرها ولم ينكر الحاكم عليه بل احسن اليه وشكره علي ذلك وانكر الناس هذا الاعتقاد وعملوا علي قتل الدرري ووثب عليه بعض الاتراك في مركب الحاكم وقتله ونهب داره فافتتن الناس وغلقت ابواب القاهرة واستمرت الفتنة ثلاثة ايام وقتل جماعة من الدررية وقبض بعد ذلك علي التركي قاتل الدرري وحبس وقتل علي ذنب خلق له * *Anno 408. venit Pſeudopropheta quidam Barbarus in Aegyptum, cui nomen erat Muhammedi filio Iſmaëlis, & cognomen Dararæo. Hic in miniſterium ſe dedit Hakemi, qui ei benefecit & gratificatus eſt. Auctor autem erat populo, ut crederet, Hakemum eſſe Deum, qui mundum creâſſet, atque hanc ſuam hæreſin manifeſtabat, & divulgabat: nec eum deteſtabatur Hakemus, ſed bene tractabat, & ob factum iſtud laudabat. Verùm, populus con-* XI. Dararæorum origo & dogmata.

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

confeſſionem eam reprobans ſtuduit Dararaum interficere, irruítque in eum Turca quidam in curru Hakemi, & occidit eum; ac direpta fuit ejus domus, & tumultu à populo excitato, clauſæ ſunt portæ Alkahiræ, duravítque tumultus tres dies, & occiſi ſunt aliquot Dararæani. Deinde autem prehenſus fuit Turca, qui eum occiderat, ac in carcerem conjectus; & interfectus, ob crimen quoddam ei affictum. Alius fuit Darirææus, fortiſſimus belli dux, de quo idem *Elmac.* pag. 269.

XII. Hamzaorum incunabula et dogmata.

XII. *Dararaum*, paulò pòſt, excepit *Hamzaus*, de cujus peſtilentiſſimis dogmatibus ita ſcribit *Elmac.* pag. 265. وظهر بعد ذلك الدرزي داع اخر عجمي يسمي حمزة بن احمد ويلقب بالهادي ونزل بظاهر القاهرة في الموضع المعروف بمسجد تبر ودعي الناس الي مقالة الدرزي واقام جماعة من الدعاة وبثهم في مصر واعمالها والشامات ودعوا الي الاباحة ونسخوا نكاح الاخوات والابنات والامهات واسقطوا جميع التكليفات من الصوم والصلاة والحج واستجاب لهم خلق كثير وكان الحاكم يعتني بالهادي ويساله عما حصل من اهل دعوته وعددهم وقطع الحاكم ما جري به رسمه من صلواته وخطبه في الجوامع في ايام الجمعة وفي شهر رمضان والعيدين وعطل الحج الي مكة عدة سنين واحتج بتغلب العرب وانقطع حمل الكسوة التي جرت العادة

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

العادة بتجهيزها الى الكعبة اليمانية واستشعر المسلمون
بما ظهر من هذا الامور لانحرافه عن دين الاسلام وظهر
مذهب الدررية واشتهر بين الانام واكثرهم بوادي النمر
وصور وصيدا وجبل بيروت وما جاوزها من بلاد
الشام * i.e. *Poſt Dararæum a.iſtum alius quidam prodiit Pſeudopropheta barbarus,nomine Hamza,filius Ahmedis,cognomine Alhadis. Hic conſedit propè Alkahiram,in loco quodam dicto Meſgidbiro: vocavítque populum ad opinionem Dararæi,& conſtituit aliquot doctores, eóſque collocavit Mizra, provinciíſq; ejus,& in Syriis,ubi omnimodam prædicârunt licentiam,& permiſerunt ſuis ducere ſorores,filias atq; matres: & ſuſtulerunt omnes σκληραγωγίας jejunium,orationem & peregrinationem. Auſcultabat autem eos populus multus. Quin ipſe Hakemus curam ejus* (Alhadis) *habebat,& interrogabat eum de affeclis ejus,numeróque eorum. Abſtinuit etiam Hakemus ab iis,quæ muneris ejus erant,precibus ſcil.& concione in templis diebus Veneris; & menſe Ramadano ac utroque feſto habendis. Ceſſare quoque fecit peregrinationem Meccanam per aliquot annos,& peregrinatus eſt Thalabiam Arabum. Ceſſavit quoque portatio tapeti quod ſolebat ad Caabam Jamanicam mitti. Conſiderabant autem Muſlimi quid de iis rebus futurum eſſet,quòd recederet à fide Islamiſmi. Atque ita cœpit ſecta Dararæorum & celebris facta eſt inter mortales, maximè tamen VVandinnauri,Zyri, Zhidone,& in monte Beréti,viciníſque Syriæ locis.*

XIII. De Karmatais.

XIII. Nec dum finis hæreſium eſt,ſectarum & variantium in Muhammediſmo ſententiarum, quas recenſere vel ideo operæ pretium eſt,ut appareat,quàm non videant Muhammediſtæ quod manticæ eſt; & quàm incautè Chriſtianis

varia

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

varia opinionum objiciant divortia, ipſi inter ſe prorſus diviſi. Adjicimus igitur Catalogo huic *Karmatæos*, quorum diligentiſſimus Orientalium rerum ſcriptor, *Elmacin.* pag. 174 meminit: وفي هذه السنة كان ابتدا امر القرامطة.

وهم طايفة من الباطنية الملاحدة وكان ابتدا امرهم
ان رجلا من ناحية السواد كان يظهر الزهد
والتقشف ويزعم ان الله تعالى افرض عليه خمسين
صلاة في اليوم والليلة فاشتهر ذلك عنه ثم اعلم من
كان معه انه يدعو الى امام من اهل البيت ثم اقام
بقرية واستغوي اهلها وياخذ من كل واحد منهم
دينارا ويوهمهم انه ياخذه للامام ثم بعد ذلك مضي
الي جميع القري المجاورة له ثم اخذ له اثني عشر
نفسا وامرهم ان يدعوا الناس الي دينه فاشتغل اكثر
اهل السواد عن اعمالهم بما افرضه عليهم من الصلوات
وكان للهيصم في تلك الناحية ضياع فوقف علي
نقص اكرته في العمارة فعرف بحديثهم فاهتما مهم الي
هذا الرجل كقبض عليه فحبسه في بيت فقفله ووضع
مفتاحه تحت راسه واشتغل بالشرب وكانت جارية
الهيصم سمعته يحلف ليقتله فرقت له فلما نام الهيصم
اخذت

اخذت المفتاح من تحت راسه وفتحت الباب واخرجته Liber 2. de Pſeudopr. Muham.
واغلقت الباب كما كان وردت المفتاح الي موضعه
فلما اصبح الهيصم اخذ المفتاح يفتح الباب فلما يجده
وشاع الخبر بذلك فتيقن الناس انه قد رفع ثم ظهر
لهم في موضع اخر بعد مدة فسالوه عن قضيته فقال
لم يمكن احد ينالني بشر وعظم في اعينهم وخاف
علي نفسه وخرج الي الشام ولم يعرف له خبر وقيل
ان اسمه قرمط ولهذا سموا القرامطة ثم فشا القرامطة
وكثروا بسواد الكوفة ووقف احمد بن محمد الطايي
علي امرهم فوصف على كل واحد منهم دينارا *

Eodem anno (à Chr.891.) *cæperunt* Karamitæ; *genus quoddam hominum ex Batinis hæreticis, quorum initium hujusmodi fuit. Vir quidam è tractu Savvadæ ſimulabat magnam abſtinentiam & vitæ aſperitatem: ajebátque Deum Opt. Max. injunxiſſe ſibi quinquaginta orationes quotidie: atque id de eo divulgatum fuit. Deinde ſignificavit iis, qui ipſi aderant, ſe vocaturum eſſe ad Principem aut Antiſtitem è domeſticis. Hinc in pago quodam ſubſtitit, ejúsque incolas decepit, capiens à ſingulis denarium* (nummum aureum) *eísque perſuadens ſecum accipere Antiſtiti. Poſtea abiit in omnes pagos vicinos, & aſſumſit homines duodecim, quibus præcepit uti populum ad religionem ſuam vocarent. Cúmque major incolarum Savvadæ pars orationibus, quas ipſis injunxerat, opera ſua negligeret, Haidamus, cui in illo tractu agri erant, animadvertit agricolas ſuos in cultura deficere, & intelligens eos homini*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham. *huic deditos, ejúſque ſtudioſos eſſe, eum prehendit, & domui cuidam incluſit, eámque obſeravit, & clavem capiti ſuo ſuppoſuit: ac vino ſe ingurgitavit. Puella autem Haidami, cùm audiviſſet eum jurantem, fore ut illum occideret, miſerta illius eſt, &, cùm dormiret Haidamus clavem ſub ejus capite cepit, januam aperuit, eúmque eduxit, & januâ iterum clauſâ, ut antè, clavem in locum ſuum repoſuit. Haidamus, cùm tempus matutinum adveniſſet, clave ſumta januam aperuit, atque eum non invenit: quòd, cùm divulgatum eſſet, populus certò credidit eum ſublatum eſſe. At cùm aliquando pòſt alio in loco appareret, eúmque interrogarent, quomodo id factum eſſet? Ille reſpondit: Fieri non poteſt, ut quis mihi noceat. Atque ita major iis etiam eſt viſus. Cùm autem ſibi metueret, abiit in Syriam, neque ſcitur quid de eo ſit factum. Ajunt autem, nomen ejus fuiſſe Karmatum, atque inde vocatos illos eſſe Karamitas. Deinde diſperſi Karamitæ creverunt in pagis Cufæ, cúmque iis præeſſet Achmed, fil. Muhammedis Tabaus, ſingulis tributum unius denarii impoſuit.* Horum patrocinium feliciter aliquandiu ſuſceperat *Jahja*, filius Zacrajæ, *cui multi illicò adhæſerunt*, Elmac. pag. 182. Occiſus propè Damaſcum in prælio ſucceſſorem reliquit *Huſeinum*, qui & ipſe contra reliquos Muslimos magno cum ſucceſſu multa geſſit bella, uſque dum an. Chr. 903. à Muctafis exercitu milites ejus cæſi fuerunt, multi eorum capti, qui Bagdadum delati manibus primùm & pedibus, deinde capite truncati ſunt; *Elmac.* Hiſt. Sarac. pag. 183. Magna præſertim ſecta hæc habuit incrementa ſub *Abutaharo*, cujus ſucceſſus & victoriæ deſcribuntur ab *Elmac.* loc. cit. pag. 192. 193. ubi cæteri Muhammedani ad eas redacti fuerunt anguſtias, ut impares planè ſe *Karamitarum* viribus exiſtimarent. Unde quoties *Abutaher* Muſelmannorum reliquorum urbes præteriit intactas; toties etiam largis eleemoſynis ſuam Deo eorum proceres gratitudinem probare voluerunt. *Pervenit*, inquit Elmac. *Abutaharus ad*

Am-

Digitized by Google

Ambarum, à quo cùm deinde receſſiſſet, Muctadirus (Chalifa) *& Domina mater ejus, itémque Alis fil. Iſæ conſiliarius Deo Opt. Maxim. gratias agentes largiti ſunt quinquaginta aureorum millia. Deinde contendit Caramita Hitum, à quo cùm etiam recederet, Muctadirus centum mille ſtateres pauperibus donavit.*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

XIV. Fit etiam crebra in Arabum ſcriptis mentio الزنادقة *Zindikaorum. Elmac.* Hiſt. Sarac. pag. 107. وفي هذا السنة جد المهدي في طلب الزنادقة فقتلهم وممن اتهم بالزندقة صالح بن عبد الله القدوس وبشار بن برد *

XIV. Zindikæi.

Eodem anno ſtudioſè quæſivit Mahadis Zindikæos, eósque occidit. Inter eos autem, qui Zindikiſmi ſuſpecti habebantur, fuit & Salihas fil. Abdallæ, ſanctus, & *Baſchar, fil. Bared.* Eorundem meminit *Nubienſis Geographus* in par. 7. clim. 3. وفي شرقيها بلاد البغرغر ومدينتها العظمي المسمية تنتبع لها اثنا عشا باب من حديد واهلها زنادقة *

Quibus inſidiatus eſt Mahadis.

In Orientali parte illius eſt regio Begarger, cujus maxima urbs nominatur Theatabah, duodecim habens portas ferreas: Ejus autem incolæ ſunt Zindikæi. Sed & *Muhammed*, filius Iſaac: ذكر من كان برسي بالزنادقة من الملوك والروسا * *commemorat eos qui Zindikaorum res ſtabiliverint inter Reges & Duces*, hoc ordine: قيل ان البرامكة باسرها الا محمد بن خلد بن برمك كانت زنادقة وقيل في الفضل واخيه الحسن مثل ذلك وكان محمد عبد

الله

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

الله كاتب المهدي زنديقا واعترف بذلك وقتله
المهدي فرات بخط بعض اهل المذاهب ان المامون
كان منهم وكذب في ذلك وقيل كان محمد
بن عبد الملك زنديقا * id eſt, *Dicitur : Mabramacitas omnes, Muhammede excepto, fil. Chaled, fil. Barmech, fuiſſe Zindikaos. Idem refertur de Fadlò, ejúsque fratre Haſeno. Muhammed etiam Abdalla, Scriba Mahadis eidem ſectæ fuit addictus, id quod cùm confeſſus eſſet, occidit illum Mahadis. Vidi etiam in ſcripto quodam eorum, qui de variis religionibus ſcripſerunt, Mamonem ex eorum numero fuiſſe; quod à vero planè abhorret. Tradunt inſuper, Muhammedem, Abdolmelici filium Zindikaum fuiſſe.* Subjungit deinde Catalogum principum eorum, ſub Abbaſidarum Imperio cujusmodi ſunt 1. * ابو علي رجا .2 ابو يحيي الريس .3 ابو علي سعيد & quartum aliquem, cujus nomen ut barbarum planè, ſic diacriticis punctis deſtitutum, malo omittere, quàm dubiè aut vitioſè exprimere. Fuit tamen ille, dubio procul, magna inter ſuos authoritate: Id quod vel hinc colligere, proclive eſt, quòd Mamon ad ſe illum accerſiverit, eundémque ut Islamiſmum amplecteretur ſolicitaverit, cui ille reſpondit: نصحتك يا
امير المومنين مسموعة وقولك مقبول ولكنك ممن لا
يجبر الناس على ترك مذاهبهم وقال المامون اجل
وكان انزله بناحية المخرم ووكل به حفظه خوفا
عليه من الغوغا وكان فصيحا لسانا * id eſt, *Exhortatio tua, ô Princeps fidelium, eſt audita, & ſermo tuus acceptus, tu verò*

verò ex iis es, qui non coget hominem religionem ſuam deſerere. Tunc dixit Mamon: Imò verò. Et deportavit eum in tractum Muhram, eíque cuſtodem præfecit, metu locuſtarum (aut *plebis*; utrumque enim Arabica vox interpretamentum admittit) *quia vir fuit facundus*. Tandem etiam monet *author* Principatum *Zindikaorum* ſuo tempore translatum eſſe ad *Samarkandum*. انتقلت الرياسة الي سمرقند habent authoris verba. Sed & capite præcedenti de *Zindikæis* quædam idem ſuppeditat, quæ quia rariora ſunt, & non Arabicæ tantùm, ſed & Judaicæ hiſtoriæ (ſunt enim *Zindikæi* ipſi *Sadducæi*, ut diximus ſuprà pag. 255.) illuſtrandæ inſerviunt; commodè hîc inſerciuntur: كان الجعد بن درهم الذي ينسب اليه

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

مروان بن محمد فيقال مروان الجعدي وكان مودبا
له فلولده فادخله في الزندقة وقتل الجعد هاشم بن عبد
الملك في خلافته بعد ان اطال حبسه في يد خلد بن
عبد الله القسري فيقال ان الجعد رفعوا قصه الي هشام
يشكون ضعفهم بطول حبس الجعد فقال اهو حي بعد
وكتب الي خلد في قتله وقتله يوم اضحي وجعله بدلا
من الاضحيه بعد ان قال ذلك على المنابر بامر هشام
فانه كان يرمي اعني خالدا بالزندقة وكانت امه
نصرانية وكان مروان الجعدي زنديقا ومن روساهم
المتكلمين الذين يظهرون الاسلام ويبطنون الزندقة

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

ابن طالوت ابوشاكر ابن اخي ابي شاكر ابن الاعمي
نعمان ابن ابي العوجا صلح بن عبد الله القدوس ومن
الشعرا بشار بن برد اسحق بن خلق ابن سابة
سالم الخاشر علي بن الخليل علي بن ثابت وممن
شهر اخيرا ابو عيسي الوارق وابو العباس الناشي
والجبهاني محمد بن احمد ✻ *Fuit Ghadaus fil. Derhem, à quo denominatur Mervvan, fil. Muhammedis (dicitur enim Mervvan Ghadaus) ejuſdem, filiíque ejus inſtitutor, quem etiam in Zindikæorum religionem pertraxit. Occidit autem Ghadæum Hiſchjamus, Abdolmelici filius, dum Chalifa fuit, poſtquam diu ipſum in carcere detinuiſſet, ſub manu Chalidis, fil. Abdallæ Kaſræ. Ajunt autem, domeſticos Ghadæi, rei geſtæ explicatione oblata apud Hasjemum fuiſſe conqueſtos de infirmitate ſua* (dolore) *ex diuturna Ghadæi incarceratione contracta. Quibus ille dixit: Num vivit adhuc? Scripſit ergò Chalidi, ut occideret illum: occidítque illum die oblationis: Eum autem poſuit* (λύτρον) *pro tota ſocietate, prout hoc ipſum, juſſu Hiſchjami, è ſuggeſtu indicavit: nam & Chalidem ille Zindikiſmi accuſavit. Fuit autem mater ejus Chriſtiana. Sed & ipſe quoque Mervvan Ghadaus; Zindikæus fuit. Porrò principes Loquentium, qui ore quidem Islamiſmum præ ſe ferebant, in corde autem Zindikiſmum fovebant, erant Ibn Taluth, Abu Schacer, nepos Abu Schacer, fil. Ahmæi. Naaman, fil. Abi Alougha; Zalech, fil. Abdollæ, ſanctus. Poëtæ verò illorum ſunt Baſchar, fil. Bared: Iſaak, fil. Chaleki: Ibn Saba; Salemolhaſcher, Ali, fil. Halili; Ali, fil. Thabeth. Ex iis verò, qui ultimò inclaruerunt, ſunt: Abu Iſa, Alvvarekus: Abulabbas Naſchæus; Muhammed ben Ahmed, Ghabhanæus.* Si

carm-

carmen aliquod *Baſchari*, fil. Bared, legere deſideres, Elmac. adi *Hiſt. Sar.* p. 107. Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

X V. Quas inſuper turbas dederit, quas perſecutiones inter Muſelmannos ipſos excitârit, diſſidium de Alkorano, creatus ſit, an increatus, jam ſuprà explicuimus p. 416. *XV. Certantes de Alkorano, creatus ſit, an increatus.*

XVI. Huc pertinent المذاهب التي حدثت بخراسان في الاسلام من مذاهب المجوس والخرمية * *Secta, quæ ortæ ſunt Choraſanæ in Islamiſmo ex religionibus magorum & Charmitarum*, quarum etiam meminit *Muhammed*, filius Iſaak. Ex iis duas tantùm ſubjiciemus: ظهر في صدر الدولة العباسية وقبل ظهور ابي العباس رجل يقال له ․․ هافريد من قرية يقال له روي من ابن شهر مجوسي يصلي الصلوات الخمس بلا سجود متياسر عن القبلة وتكهن فدعا المجوس الي مذهبه فاستجاب له خلق كثير فوجه اليه ابو مسلم ․․․ بن داح وعبد الله بن سعيد وعرض عليه الاسلام واسلم وسود ثم لم يقبل اسلامه لتكهنه وقتل على مذهبه بخراسان جماعة الي هذا الوقت هذا تذكره ابراهيم بن العباس الصولي في كتاب الدولة العباسية * *Apparuit ſub initium Imperii Abbaſidarum, & ante ortum Abulabbas, vir, cui nomen ··hiſr·· d ex urbe Rue, ab Ibn Schahar Mago, qui quinquies orabat absque inclinatione, ad ſiniſtram à Meccano templo declinans* (cæteri enim Muhammedani omnes precaturi vultum Meccæ obvertunt) *ſacerdotióque fungens. Vocavítque Magos* *XVI. Hæreſes ortæ Choraſanæ.*

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

gos ad religionem ſuam : & ſequuti eum erant multi ; & miſſus eſt ad illum Abu Muslem fil. Dahi, & Abdalla, filius Said, qui ita ei Islamiſmum explicuit, ut eundem fuerit amplexus. Prævalebat autem ille dignitate. Poſtea verò Islamiſmus ejus non fuit habitus ratus, quia ſacerdotio fungi perrexit. Et occiſi ſunt in hac ejus religione plurimi Choraſanæ ad hunc usque diem. Narrat hæc Ibrahim fil. Abbas, Zulæus, in libro de Imperio Abbaſidarum. Sed & ipſe quoque *Abu Muslem* Choraſanæ novos reliquit aſſeclas, de quibus idem author ſcribit.

ومن الاعتقادات التي حدثت بخراسان بعد الاسلام
المسلمية اصحاب ابي مسلم يعتقدون امامته ويقولون
انه حي ورزق وكان المنصور لما قتل ابا مسلم هرب
دعاته واصحابه المتحققون به الي نواحي البلاد فوقع
رجل يعرف باسحق الي الترك الي بلاد ماور النهر واقام
بها داعية لابي مسلم فادعي ان ابي مسلم محبوس
في جبل الري وعنهم انه يخرج في وقت يعرفونه كما
يزعم الكسابية في محمد بن الحنفية قال حاكي
هذا الخبر وسالت جماعة لم سمي اسحق بالترك
فقال لانه دخل الي البلاد الترك يدعوهم برسالة ابي مسلم
وذكر قوم ان اسحق من العلوية وانما مستتر بهذا
المذهب عندهم وهو ولد يحيي بن زيد بن علي وقال
انه خرج هدرب من بني امية بحول بلاد الترك وقال
صاحب

Digitized by Google

صاحب كتاب اخبار ما ورا النهار من خراسان
حشي ابراهيم بن محمد وكان عالما بامور المسلمية
ان اسحاق انما كان رجلا من اهل ما ورا النهر
وكان امنا وكان له تابعا من الجن وكان اذا
سيل عن شي اجاب بعد ليلة فلما كان من ابي
مسلم ما كان دعا الناس اليه وزعم انه نبي انفذه
زردست وادعي ان زردست حي لم يمت واصحابه
يعتقدون انه حي لا يموت وانه يخرج حتي يقيم هذا
الدين لهم وهذا من اسرار المسلمية قال البلخي
وبعض الناس سمي المسلمية الخرمدينية وقال بلغني
ان عندنا ببلخ منهم جماعة بقرية يقال لها خرماد *

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Ex articulis autem fidei,qui poſt Islamiſmum Choraſana à Muslemitis,ſociis Abi Muslem,(de quo pòſt plura dicenda occurrent) *cuſi ſunt,eſt,quòd crediderint,eum (* Abi Muslem *) Antiſtitem,*vel *Principem eſſe,dicentes eum vivere & ſuſtentari. Cùm enim Manzor*(vide *Elmac.*Hiſt.Sarac,pag.100.) *Abu Muslem occidiſſet,fugerunt ejus emiſſarii & aſſeclæ,de eo ita perſuaſi,ad tractus illius regionis. Quidam autem,nomine Iſaakus,ad Turcas deſcivit in provinciam Mavaranaharan (* ita Tartariæ regnum appellatur, *) ibidémque vocando perrexit ad Abu Muslemum. Et confinxit, Abu Muslemum detentum in monte Rea: unde tradunt,eum tempore ſibi cognito prodire,quod & Keſabitæ*(al.quidam) *ſpargunt de Muhammede,fil. Hanfi (* de quo *Elm.* Hiſt.Sar.pag.65.) *Dicit author*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

hujus hiſtoriæ: Quaſivi à multis, cur ita celebris eſſet Iſaakus inter Turcas? Reſponderunt: Quia Turcarum regionem ingreſſus, vocavit eos ad Apoſtolatum Abi Muslem. Dicunt quidam, Iſaakum eſſe ex Oluva (delituiſſe autem apud eos in hac religione) Filium Jahjæ, Abn Zeid, fil. Ali; ajuntque, egreſſum eum fugitivum è filiis Ommiæ peragrâſſe Turcarum regionem. Ait Ibrahamus, fil. Muhammed Haſchæus, author Chronicorum Mavaranaharæorum Choraſanæ (cui res Muslimiticæ accuratè erant perſpectæ) Iſaakum fuiſſe virum Mavaranaharæum fortem, qui ſpiritum habuerit familiarem comitem, ita ut quotiescunque rem aliquam fuit rogatus, poſt unam ei noctem reſponſum fuerit redditum, cùmque de Abi Muslem contigiſſet id quod contigit, vocâſſe illum homines ad eum: exiſtimâſſe enim, eſſe eum prophetam, quem miſerit Zerodaſt. Aſſeruit enim, Zerodaſtum vivere neque moriturum: unde & aſſeclæ ejus credunt, eum ſuperſtitem eſſe, neque unquam moriturum, proditurúmque ad ſtabiliendam religionem iſtam. Atque hæc ſunt myſteria Muslimitica. Dixit Balchæus: Quidam homines vocantur Muslimitæ Charmadinæi: Dixit item: Pervenit ad me rumor, apud nos, Balachi, multos eſſe in urbe Charmad. Qui *Zerodaſt* Muhammedi dicitur, eſt ipſe *Zorvaſter*. Authorem enim Perſicæ ſuperſtitionis & Philoſophiæ, qui زردست *Zarduſt*, ipſis Perſis vocatus eſt; ideſt, *amicus ignis*, Græci vetuſtiores *ζωροάστρην* corruptè nominârunt: recentiores propiùs verum nomen expreſſerunt *ζαράδης, ζαράδας*, atque etiam *ζάρατος*. Idem vocatur proprio nomine Perſico *Mog*, مغ, unde Græcis *Μάγος*. At ex eo Mog iidem Græci fecerunt *μῶχον*; quem Sophum volunt fuiſſe Iliacis temporibus antiquiorem, ita ad *Sulpit. Sever.* ex *Salmaſ.* obſervat *Horn.* p. 266.

XVII. Diſcrimen Muhammedanorum in explicatione Alkorani, differentia item rituum.

XVII. In Alkorani explicatione quantum Muhammedani à ſe differant, vel ex toties repetita apud commentatores vo-

Digitized by Google

vocula وقيل *Alii dicunt*, apparet. Idem etiam accidit in reliquis Muſelmannorum libris authenticis. *Eſt etiam*, teſte *Ioh. Andræa* de Confuſ. Sect. Muham. c. 13. notoria inter eos differentia circa lotiones, jejunia, preces, cauſas forenſes. Idem refert, quòd ex Muhamedanis integræ ſint provinciæ & regiones, quæ peculiares ſuos habeant legis Interpretes, *Ibn-Malekum*, inquit, ſequuntur Medinenſes & Afri: *Schaffæhum* Meccenſes & Arabiæ felicis incolæ, item Damaſceni. *Hanbelitæ* ſunt Perſæ & Armeni: *Abuhaniſam* Syri, Ægyptii, Alexandrini. Sunt tamen, ut diximus ſuprà, qui impunè omnium horum Doctorum legunt libros, ſtudiáque pari devotione amplectuntur.

Liber 1. de Pſeudopr. Muham.

XVIII. Majus & conſideratu dignius Doctorum Turcicorum diſcrimen notavit *Septem-Caſtr.* noſter (& ex eo Chriſtoph. *Richer.* de morib. Turc. p. m. 110.) de morib. Turc. c. XX. *Inter alias autem*, inquit, *particulares diviſiones, quæ ſunt de ceremoniis legis & ritu & inſtitutionibus, & cultu, & obſervationibus, quæ inter eos habentur, quatuor ſunt opiniones ſolennes de facto ſalvationis inter ſe diſtinctæ. Quarum unam una generatio illius ſectæ tenet firmiter, & ſequitur, & alteram altera: ita ut non ſolùm una non conſentiat alteri; verùm etiam una alteram perſequatur vi armorum, & munitionibus caſtrorum, ut ferventer perturbato univerſo regno, niſi rex manus apponeret, ſedari non poſſent*. Prima generatio eſt ſacerdotum, *qui habentur inter eos in magna reverentia quaſi rectores populi & executores & diſpenſatores, legis doctores & judices, & præſidentes in officiis & beneficiis ſpiritualibus, & Eccleſiis & gymnaſiis, quorum opinio* eſt, quòd nemo poteſt ſalvari, niſi lege Mahumetis (ſic præceptor meus, ſine Korano neminem ſalvari, & per illud etiam Dæmones, addit F. *Bartonus*) *& hæc docent & perſuadent omnibus. Et licèt hoc probare non poſſint aliqua ratione vel authori-*

XVIII. Doctorum in Turcia diſſenſiones.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

ritate vel exemplo: tamen conantur contradicentibus omni quo poſſunt modo reſiſtere. Et hi multos habent de populo ſibi conſentientes, præcipuè de principibus & magnatibus. Secunda generatio eſt illorum, qui Dervisler dicuntur, *& ſunt religioſi, qui quidem ab eis in multa veneratione habentur, quaſi ſanctorum ſuperſtites & ſucceſſores, & quaſi totius regni conſervatores & amici Dei & Mahumetis. Quorum opinio eſt,* quòd lex nihil prodeſt, ſed gratia Dei eſt, quâ oportet omnem hominem ſalvari; quæ ſine lege & merito ſufficiens eſt ad ſalutem, quam ipſi رحمة الله Rachmatalla *nominant. Nec illi ſuam opinionem in aliqua fundant. ratione vel authoritate,* ſed ſignis & prodigiis *eam confirmare conantur. Et iſti etiam multos habent fautores, & ſibi conſentientes, & præcipuè de illis, qui magis ſpirituales & devoti exiſtunt.* Referunt enim, ut iterum F. *Bartonus* obſervat, Derviſii omnia ad amorem Dei. In hoc perfectionem eſſe & ſummum bonum. Huc raptus & meditationes dirigunt. Tertia generatio eſt illorum, qui *Tzoſilar* dicuntur, quaſi meditativi, & ſpiritualibus exercitiis dediti, *& ipſi habentur in magna reputatione, quaſi ſucceſſores Prophetarum & patrum, qui hanc ſectam fundaverunt, & ſe majoris dicunt eſſe authoritatis, quàm cæteri. Nec illi aliquod fundamentum ſuæ opinionis habent, niſi quod ſibi dicunt ab antiquo traditum. Et iſtorum opinio eſt,* quòd unusquisque debet ſalvari per meritum, & hoc ſufficit ad ſalutem ſine gratia & lege, & hoc illi *pereket allah* vocant. *Iſti multum ſunt ſoliciti ad orationes particulares & exercitia ſpiritualia in vigiliis & meditationibus: nunquam enim ceſſant ab oratione continua, quam ipſi Czilat altmach vocant. De nocte enim conveniunt, & circulariter ſedentes incipiunt dicere* La ilah illa allah *repetendo cum commotione capitum per aliquod ſpatium temporis. Et poſthæc dicunt* Lahu: *iterum eodem modo repetendo. Deinde ultimo dicunt* Huhu *iterum repetendo,*

Digitized by Google

do,ita ut quaſi exanimes effecti cadant & obdormiant. Et iſti etiam multos ſuæ opinionis habent fautores maximè de iis, qui de antiquitate vel nobilitate generis gloriantur,qui Eſtieter Embieler dicuntur,qui idcirco authentici habentur,quia genus eorum alterius nationis commixtionem non accepit,nec ab origine primorum fundatorum illius ſectæ receſſit. Iſtæ igitur tres generationes cum ſuis opinionibus omni populo manifeſtæ ſunt: & plures inter ſe tam in privato,quàm in publico diſſenſiones gerunt: Nihilominus eò quòd æqualiter ſunt æſtimatæ ab omni populo,nulla poteſt prævalere alteri,ſed continuò ad pacem & concordiam reducuntur. Quarta autem generatio eorum linguâ Horiſe dicitur,*quòd hæreſin notat,quorum opinio eſt*,quòd unusquisque ſalvatur in lege ſua,& unicuique genti ſeu nationi lex data eſt à Deo,in qua ſalvari debet, & æqualiter omnes leges bonæ ſunt eas obſervantibus,nec aliqua eſt præferenda alteri. *Et iſti à Turcis ſuſpecti habentur, & quaſi habentur pro Schiſmaticis,& ſi inventi fuerint comburuntur,& ideo opinionem ſuam non manifeſtè ſed occultè tenent. Cujus generationis unum reperi dum eſſem in Chio, qui intrabat Eccleſiam Chriſtianorum, & ſignabat ſe ſigno crucis,& aſpergebat ſe aquâ benedictâ,& dicebat manifeſtè, veſtra lex eſt ita bona ſicut noſtra,quòd nullus alterius opinionis Turcus pro vita ſua faceret.* Atque ſub hoc quarto nomine Perſæ,ut plurimùm,veniunt,quos Turcæ ut hæreticos damnant & execrantur,monet *F. Bartonus.* Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

XIX. Et certè *δὶς διὰ πασῶν* differre Perſas à Turcis,dubitare nos non ſinunt tot graviſſimorum authorum id ipſum aſſerentium teſtimonia. *Sectæ quidem*,inquit *Texera*,*ſunt plures,duæ tamen principales, Suny,* (i.e. Sunitæ vide *Hiſt. Eccl.* ſec.7. pag. 411. & Confuſ. Sect. Mah. *Joh. And.* p.56.) *Mahumetanorum, quam Arabes & Turci ſectantur,omnésque alii qui Alkoranum obſervant ſine ullis commentariis* (imò cum commentariis,unde Cl. D. *Golius* ad me non ita pridem ſcripſit,Korani *XIX. Perſarum à reliquis Saracenis diſcrimen.*

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

ſe inſtructum eſſe paraphraſi quadam *Perſica*, quam ex ultimo Oriente dudum expectârit, limatiorem fatetur eſſe & ingenioſiorem, *quàm quæ argumento tam ridiculo, vel deplorando potiùs conveniat*) *aut expoſitionibus: & Xyahy, qui mores Ali ſequuntur, uti Perſæ & alii.* Hoc verò diſcrimen utrinq; cùm adeò ſit notorium, ut vel Chriſtianos faciliùs ferant, quàm vel Perſæ Arabes, vel hi illos, de origine & ſucceſſu horum diſſidiorum & ſimultatum diſtinctiùs paulò; quàm fieri ſolet, loquemur, rem ab ovo petituri.

Origo harum controverſiarum.

Poſtquam *Ali*, *Abutalibi* filius, *Othmano* (variis primò à populo accuſationibus onerato, poſtea etiam à *Muhammede*, filio Abubecri ferro oblongè ita percuſſo, ut Alkoranus, quem in ſinu habebat, ſanguinis gutta fuerit aſperſus, ipſe verò mortuus conciderit) ſucceſſiſſet, non tantùm à Talha, Zubeiro, & Ajiſia inauguratio ejus, ſed & Imperium deinceps ſuſceptum, & ſolenniter traditum à *Muavia* filio Abu-Sofiani in varia diſcrimina fuit adductum: ipſe verò bellis funeſtis & feralibus laceſſitus. Tandem, cùm armis utrinque poſitis pax eſſet facta,

Ali ſe Muaviæ opponit.

ita ut Alis Irakam, Muavas autem Syriam teneret, neq; alter alterius ditionem cum exercitu aut prædatione ingrederetur, *Elmac.* pag. 42. ſicarii mox quidam de utroque è medio tollendo cogitârunt. *Hagiagius*, Abdallæ filius, cognomento *Turca* Muaviæ ad matutinam orationem egreſſuro vulnus inflixit; quod tamen lethale non fuit. *Alim* verò *Abdorahman* fil. Melgiemi ita percuſſit, ut triduum vix ſupervixerit. Mortuum alii ſepultum volunt in Tahafa, alii Cufæ in arce Imperiali; alii tradunt ſepulchrum ejus ignorari, id quod fortè Perſarum poſtea ſuperſtitionem non parùm auxit. Quam gravi & exquiſito ſupplicio homicidium hoc ſicarius eluere debuerit, habet *Elmac.* Hiſt. Sarac. pag. 42. Idem etiam *προσωπογραφίαν* Alis ſequentem ſuppeditat: وكان زاهدا في الدنيا شديدا:

شديد الخشية من الله كثير الصدقات والبر موثرا علي نفسه مجاهدا في سبيل الله كثير الفهم غزير العلم وقد حاز العلوم العلمية والعملية * *Fuit* (Ali) *averſans mundum, ac Dei valde timens: multus erat in dandis eleemoſynis juſtus atq; humilis, defenſor veræ religionis, acutus valde, multæ eruditionis, ſpeculativis ſcientiis inſtructus & practicis*. Defuncto Ali, filius quidem ſucceſſit, mox tamen certis conditionibus Imperium *Muaviæ*, primo, ex filiis Ommiæ, Chalifæ tradidit. Hac ergò ratione regimen, *Abutalibitis*, reluctantibus licèt Ali poſteris, non modò fuit ereptum, ſed graviſſimis etiam conviciis in publicis orationibus iidem à *Muaviæ* Imperio, & deinceps, fuerunt lacerati atque lancinati. Qua de re *Elmac*. Hiſt. Sar. l. 1, c. xv. ولما افضت الخلافة اليه دفع لعن علي عليه السلام وكانت ملوك بني امية من لدن معوية يلعنونه علي المنابر عقيب كل خطبة كان معوية ان ابي سفيان قدر وجع في ذلك فقال والله لاتركت لعنة علي حتي يكبر عليه الصغير ويشيب عليه الكبير فاذا ابدل قبل ترك السنة فابدل عمر بن عبد العزيز رضي الله عنه اللعن بقراة الاية التي اولها ان الله يامر بالعدل والاحسان فخرج الناس من المسجد تقولون تركت السنة تركت السنة * id eſt, *Cùm autem ei* (Omari) *Chalifatus decerneretur, ſuſtulit maledictionem Alis f. m. ſolebant enim Reges filiorum Ommiæ, inde à Muavia, ei maledicere in ſuggeſtis in fine omnium orationum*.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

num ſuarum. Muavias autem f. Abu Sofiani hoc prædixerat futurum, dicens : Per Deum non omittetur maledictio Alis, donec magnitudine eum ſuperet parvulus, & canicie adultus : cúmque abolebitur, neglectio admittetur legis : Abolevit itaque Omar, filius Abdulazizi malectionem illam, legendo verſum illum, cujus initium eſt ; Præcepit Deus juſtitiam & beneficentiam ; & egreſſi ſunt homines è templo dicentes, neglecta eſt lex, neglecta eſt lex. Eandem hiſtoriam habet *Patricid.* Hiſt. Eccleſ. p. m. 327. additque, Ommiæ filios Alim, per contemptum appellâſſe ابو تراب *Patrem terrenum*, vel *pulvereum*. Commendatus autem hoc nomine fuit *Omar*, filius Adulazizi à *Sierifo Muſavvio*, hoc carmine :

يا ابن عبد العزيز لو بكت العين في بني امية بكيتك
انت طهرتنا من السب والشتم فلو امكن الفدا لفديتك

O fili Abdulazizi, ſi fleviſſet oculus in filiis Ommiæ ego defleviſſem te :
Tu mundâſti nos à blaſphemia & maledictione : quin ſi fieri potuiſſet, liberâſſem te.

Moleſtiâ hâc *Alis* poſteritas liberata, ſuos ſemper habuit fautores, qui peculiarem ſectam conſtituebant. Dicebantur مذهب التناسخية الحلولية *Secta ſucceſſionis deſcendentis,* وكان من رايه ان الامة سارت بعد علي بن ابي طالب الي ولده الحسن ثم الي الحسين ثم الي محمد بن الحنفية ثم الي ولده ابو هاشم ثم الي محمد بن علي بن عبد الله بن العباس ثم الي ابنه ابرهيم ثم الي السفاح ثم الي المنصور* *quæ ſtatuebat, principatum tranſiiſſe poſt Alim fil. Abutalibis, ad filium ejus Haſenum ; hinc ad Huſeinum, de-*

deinde ad Muhammedem fil. Hanifæ, & hoc ad filium ejus Abuhasjemum; hinc ad Muhammedem, fil. Alis, fil. Abdallæ, fil. Abbaſi; & hoc ad filium ejus Ibrahimum, ab hoc ad Saffahum, & denique ab ho: ad Almanzorem. Differebant iidem in externa etiam ſacrorum ſuorum adminiſtratione ab aliis Muhammedanis. فاظهر ابو مسلم الدعوة الهاشمية وعقد لوا ببعة ابراهيم الامام على رمح طوله تسعة عشر ذراعا وسموه الطل ولبس هو والشيعة السواد وذلك يوم عيد الفطر فصلي بهم ابو مسلم صلاة العيد قبل الخطبة بلا اذان ولا اقامة مخالفة لشعار بني امية * *Abu Muslimus autem ſtatim vocationem Hasjemidarum publicavit, & alligavit vexillum inaugurationis Abrahami Principis haſtæ novendecim cubitos longæ, quod* Tallum *vocaverunt. Atq; induit ipſe, & quicunque ſectam illam ſequebantur, veſtes nigras, idque die feſti majoris. Atque ipſe Abu Muslimus precationem feſti inter eos precatus eſt, ante concionem ſine convocatione, aut legitima conſtitutione: contrà atque filii Ommiæ facere erant ſoliti. Ita Patricid.* Hiſt. Eccleſ. p. m. 333. refert de primo Abbaſidarum Imperatore, quòd خطب بالناس قايما وكانوا بني امية يخطبون قعودا * *ſermocinans ad populum ſteterit, filii verò Ommiæ ſederint.* Iterum tamen in contemtum veniſſe videntur poſteri *Alis* temporibus ſequioribus, uſque dum *Gunet* quidam, auſteræ vitæ Monachus, graſſante *Timuri* magno, qui à familia Alis originem trahebat, magno molimine Chalifatus ſplendorem reſtituit, quem aliæ multæ familiæ, per aliquot annos ſibi injuſtè, ut ferebat, uſurpârunt. Poſtea verò, ut fieri ſolet, altiores diſcordia iſta egit radices, ubi de religione agi cœptum eſt, & primò quidem in genere Perſæ

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Alim Deaſtrum ſuum venerari cœperunt, uſque adeò, ut proverbium inter eos natum fuerit, علي زا خدا نميشناسم دورا

Perſæ Alim venerantur.

از خدا نميدانم *Ali pro Deo non agnoſco; ſed nec procul eum à Deo eſſe ſcio.* Magna proinde, imò majori veneratione apud Perſas hodie eſt omnes, paucis admodùm exceptis, quàm ipſe Muhammed, cujus authoritas per novam illam Sedi Gunet reformationem invaluit. Majora etiam tribuunt Ali, tertio à Muhammede Chalifæ & ſucceſſori, quàm prædeceſſoribus reliquis omnibus miracula, quæ diverſimodis ſcriptis comprehendunt, ita ut Poëtæ quoque non pauci reperiantur, qui ea carminibus elegantiſſimis perſequantur, in quorum unum habeo commentarium ſatis magnum & prolixum, ſcribit *Chriſt. Rav.* Orat. Paneg. II. p. 16. Hinc etiam ſolennitates Perſæ non paucas inſtituerunt, quibus vitam & res geſtas Alis in me-

Feſta celebrant.

moriam ſibi revocant. *Menſe Julio,* ſcribit *Schikhardus, ſolvunt exequias Ali Prophetæ magna ſolennitate, vocant Caddier.* Et iterum: *Celebrant quoque initio Octobris feſtum quoddam, quod vocant, ut à noſtratibus accepi,* Iedt Ouſſent; *quo celebrant memoriam ſupplicii ſumpti de ſervo aliquo* (vide *Elmac.* pag. 42.) *qui Prophetam* Ali *interfecerat; idque actiduo noctu atque interdiu, cum magno tumultu & feſtivitate; parricidam illum è ſtramine efformatum & veſtibus indutum circumgeſtant per urbis plateas, ſagittâ per nares trajectum; denique cum aliquot militum cohortibus ducunt extra urbem, & conſtituunt imaginem in medio, ubi à Sacerdote oratio habetur, & cantilenæ aliquot cantantur in laudem* Ali, *& patricidarum deteſtationem; denique incenditur caput imaginis pulvere tormentario ſuffartum: ibidem oſtentantur arma quædam Ali; circumſtantes autem incidunt partes corporis, & eliciunt ſanguinem, & remittunt invicem noxas, reconciliantúrque in ſpeciem. Magnates quoque copulant dexteras*

Digitized by Google

teras inter ſe & Rex complectitur principales inſignum pacis & amicitiæ. XIII. Octobris celebrant memoriam Huſſeni, *fil.* Ali, *qui ſiti enectus fertur; Rex enim & magnates tum induunt veſtes lugubres, neque decem diebus ſibi comas, aut barbam radi permittunt: lugubres autem hi dies demum XXIII. ejusdem menſis magna feſtivitate & multis ludicris terminantur.* Iidem Alis poſteri externo etiam habitu à reliquis diſcernebantur, teſte *Zacuto* (ex *Elm.* pag. 133.) Juch. f. 146. a. וימלוך מאמון בן רשיד אחיו תחתיו והיה אוהב החכמה ואוהב החכמים ואנשי השם ולקח את עלי בן מוסי בן געפר בן מחמר בן עלי בן חסין בן עלי בן אביטאלב והשליתו על בראסאן וכנה את שמו רצא וצוה לו שאנשי משפחת בית עלי לא ילבשו עוד שחור כי אם ירוק כרפסי וזהו הסימן שלהם וקנאו בו כל משפחת העבסיים שהיה מכבד אויביהם: id eſt, *Succeſsit ei* (Alamino) *Mamon. fil. Raſiid,* (prænomine Aharon, qui ad Carolum magnum legatos in Europam miſerat) *frater, ſapientiæ & ſapientum amans, omniúmque virorum celebrium. Aſſumſit autem Alim, fil. Muſa, fil. Giafar, fil. Muhammedis, fil. Ali, fil. Haſen, fil. Ali, fil. Abutuleb, eúmque Choroſanæ* (quæ provincia eſt inter Perſiam & Jndos) *præfecit, ei etiam cognomen Rada indidit. Et præcepit ei, ut qui ſunt de familia Ali, non veſtirentur amplius pulligine, ſed virenti vel praſino, & ut hoc ſit inſigne ipſorum. Propterea oderunt ipſum omnes, qui de Abbaſidarum erant familia, quòd ita hoſtes eorum honoraret.* Sed & aliunde poſteritas Ali authoritatem ſibi conciliare volebat. Habuit Muhammed ex *Aiſchija,* Abubecri filia, prolem unicam, eámque fœmininam, *Phatimam,* quæ poſtea Ali fuit nupta. Unde quicunque ab hac deſcendebant linea, *Phatimai* dici volebant. Erant illi Antichalifæ quondam in Africa, qui primùm Segelmeſſæ & Cairavvani ſedem fixerunt, principatum inde uſque ad Siculos extendentes, pòſt, condita urbe maxima Cahiro, in Ægyptum ſe tranſtulerunt, poteſtate nemini magnatum orbis inferiores. Celebrem hanc familiam præ

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Habitu differunt à reliquis Muhammedanis.

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

cæteris reddidit *Moaz-ledin-allah*, de quo author *Juchaſ*. pag. 147. b. ובשנת שסא בא מקצה המערב מלך אחר שמו אלמעז לדין אללה עולווי פאטימי ר״ל שאומרים שהם מזרע פטמא בת מחמד נביאם ובא לאלכסנדריה ומסרו כל מלכות מצרים בידו גדוליה ושריה ובשנת שסב נכנס לקאהרה היא מצרים החדשה *Anno 361. venit à finibus Occidentis rex quidam, cui nomen* Moaz-Jedin-allah *Oulueus, Phatimaeus, i.e. ex eorum numero, qui dicebant, quòd eſſent de ſemine Phatimæ, filiæ Muhammedis, Prophetæ ſui; venítque Alexandriam & tradiderunt in manus ejus totum regnum Aegyptiacum, principes ejus & magnates ejus. Anno verò 362. ingreſſus eſt Kahiram, quæ eſt nova Aegyptus.* His verò *Phatimæis* Bagdadenſes Chalifæ non tantùm reſiſtebant, ſed & publicè tanquam Charighæos, id eſt, hæreticos, eosdem damnabant. Idem author f. 148. b. מת טאחר לאעזאז דין אללה מלך מצרים פאטמי וימלוך בנו מסתנצר באללה ובבגדאד קללו את מסתנצר באמרם שלא היה פאטימי רק כאריג *Mortuus eſt Taher* Leazaddin-allah, *Rex Aegypti Phatimhus, & ſucceſſit filius ejus*, Moſtanzer-billah. *Bagdadi autem* Moſtanzirobilla *maledixerunt, dicentes: Non eſſe Phatimæum; ſed Charighæum.* De hoc etiam divortio, inter Phatimæos, & reliquos Chalifas fusè loquitur *Roderic. Tolet*. Hiſt. Arab. c. XVIII. origine diſſensûs monſtrata in Abbaſidis, Ommiæ filios regno expellentibus, & ad necem ubique quærentibus. A Mahomete, *ſcribit* inter alia, ad hæc uſque tempora (Abbaſidarum nempe) *cismarini & ultramarini Arabes unius Amiramomeni dominio regebantur, at poſt Mahometem, Ibn-Alabbaſi cismarini ab Africano Imperio diſceſſerunt, & ſedem regni Cordubæ ſtatuerunt: deinde particularibus dominiis excidia patraverunt uſque ad tempora Almoravidum, qui ſibi Hiſpanias ſubjecerunt, & fuit Monarchiæ unitas reſtituta. Sed & Almoades tam ab Africa, quàm Hiſpaniis Almoravides ejecerunt, & ſibi regnum totaliter*

ſub-

ſubjecerunt, uſque ad tempora regis Fernandi, ſub quo Aben ſut Almoades ab Hiſpaniis effugavit, & ferè Monarchiam obtinuit citra mare. Vide & ſequentia. Redeundum enim nobis eſt ad Perſas, & videndum, quæ incrementa Ali cultus apud eosdem ſuperiori ſeculo, per *Iſmaëlem*, qui Sophus, *Sophinus*, vel *Zophus* vulgò appellabatur, habuerit. Et quia Sophorum nomen non tantùm ubique obvium eſt in Hiſtoriis; ſed & ipſe Iſmaël Sophinus, per ora virûm volitat, non abs re fuerit, ſi ipſam primò vocis ſignificationem excutiamus & enucleemus, deinde rem quoque, & occaſionem, aucti inter Perſas & reliquos Muhammedanos odii & diſſidii, ex probatis authoribus aſſeramus. De voce *Sophi*, vel *Zophi* loquitur *Conſtantin. L'Emp.* Notis ad Paraph. Jach. in Dan. p. 25. *Jachiadem nonnihil aberrare autumo, &* אשפים *potiùs eſſe Sophos: quia hoc nomine notantur illi, qui myſticè & allegoricè omnia in divinis explicant, & ita contemplationibus vacant. Sophos enim Arabica vox eſt: Nam* صوف *eſt* lana. *Unde* صووف lanâ tegere (*quomodo veſtiuntur Sophi veſtitu laneo*) *vel etiam* ſimpliciter tegere, *unde & divina ſimilitudinibus tegere; adeò ut* تصويف *dicatur* Theologia myſtica. *Hinc Sophorum vox.* *Genebrardus* ridiculus hoc loco eſt, qui Sophos à שופט deducit. Alius; צופי *laneus, & ſecta religioſorum in Oriente, cujus author dicitur* Ali, *qui abſtinentes à luxu laneis tantùm veſtibus induti, in contemplationibus divini amoris præcipuam Philoſophiam ponunt & exercent.* Alii *verò, ab antiquo Aegyptiorum nomine, quòd ſapientiam ſignificat nomen habuiſſe ajunt, quod Græcis σοφία.* Vocem à *lana* derivari confirmat etiam Leunclavins his verbis: *Ab Osmanidis ei (*Iſmaëli*) Sophi cognomentum &* Kiſelis Baſſæ *per ignominiam fuit inditum. Prius quidem ab Arabica voce* صوف *quæ* lanam *ſignificat. Nam cùm Mahumetani, & præſertim Osmanidæ more veteri,*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Hiſtoria Iſmaëlis Sophi.

De voce Sophi.

Quæ vel laneum *notat.*

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Tulipanto lineo ſubtiliſſimi operis caput involvant, nova hæc ſecta præcipit inter alia, ne caput faſtu quodam lineis ejusmodi ſpiris ornent, ſed ut tegumenta capitum è lana non magni pretii conficiantur. Et quia laneum hoc tegumentum, quo præter aliorum Mahumetanorum utuntur morem, plicas habet duodecim, *ab Arabica voce* اثنى عشر *ſive* duodecim, *etiam Ethnas Serlay vocantur: denique, quia tegmen hoc tantùm rubro colore geſtare ſolent, Kiſelbaſſilary, veluti capita rubra.*

vel religioſum.

Pro *religioſo* ſumi, probat *Texeira*, ſcriptor in Perſ. Hiſtoria accuratiſſimus: *Quia in lingua Perſica,* inquit, *communiter* صوفى *appellantur,* qui relicto ſeculo ſoli divino cultui vacant, *huic* (Aydari, patri Iſmaëlis) *ob inſignem religionis zelum à ſuis datum fuit nomen. Paulò antè, ad eundem modum, in Perſia res novas fuerat molitus Hhalila, qui propterea quoque dictus fuerat Sufy Hhalila: ita ut* Sufy *non ſit nomen proprium, aut Regum commune, ſed adjectivum, nam nullus Rex poſt illum id nomen ſibi ſumpſit; ſunt autem per totam Perſiam plures Sufy,* id eſt, religioſi. Negat tamen *Leunclavius* Haidarem principem fuiſſe aut regulum, adeóque Iſmaëlis patrem ſed امام vel *antiſtitem,* qui opinione vitæ religioſè ac duriter actæ aliquid authoritatis apud vulgus fuerit conſecutus. Quæ verò Scheich-Haidaris novi Prophetæ erant dogmata? *Tribus Mahumetis Prophetæ ſocius, Ebubekire, Omere, Oſmanéque rejectis, Alim, quartum Prophetæ ſocium, ejusdémque conſanguineum & generum ſequendum in omnibus affirmabat, ſi ſalvi eſſe vellent,* ſcribit *Leunclavius.* Docebat autem hæc & alia quodam in oppido Perſarum, cui nomen Reza. Famâ novi doctoris novæque diſciplinæ, longè latéque diffusâ, confluxit ad Scheichem, vel Imamen Haidarem ingens è Perſia viciniſque regionibus hominum multitudo. Primus autem ex magnatibus & regulis Erdevil, non hanc duntaxat

Dogmata ejus.

taxat

Digitized by Google

taxat Haidaris ſententiam, doctrinámque probavit, verùm etiam ex ejus præſcripto ſe gerens, patrocinium cauſæ ſuſcepit, eáque re multitudinis animos ſibi mirificè devinxit. Eum filius Iſmaël, teſte *Texeira*, eſt imitatus tanto zelo, ut illius causâ, cùm Perſiæ regnum acquireret, inauditas crudelitates admitteret in adverſarios. Vide alia in *Theſ. Philol.* p. 63. hac de re. Deſcriptionem Perſiæ à *Johanne de Laet.* editam, pluréſque alios. De *Horrinæis* vide *Elmac.* p. 141. *Zanghæis* p. 162. Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

XX. Claudimus tandem Catalogum hunc prodigioſâ illorum catervâ, qui credebant Muhammedem, oculis hominum ſubductum, certò aliquando rediturum ad reformandos hominum mores. Hac opinione imbutus erat *Hamiræus*, de quo *Elmac.* Hiſt. Sarac. pag. 65. قال وفي سنة احدي *XX. Eorum, qui credebant Muhammedem fil. Hanifa rediturum.*

وثمانين توفي محمد بن الحنفية عليه السلام
والكسانية من الشيعة يعتقدون انه حي بجبل
رضوي وانه لا بد ان يظهر ويملي الارض عدلا
كما مليت جورا وكان علي هذا المذهب السيد
الحمير وهو القايل

حتي متي والي متي ومتي الذي
يا ابن الوصي وانت حي ترزق

الا انه اجتمع بالصادق وعرفه بطلان هذا المذهب*

Anno 81. obiit Muhammed fil. Hanfia f. m. Etſi Keſabai Schiſmatici (aut; *è vulgo nonnulli*, ut reddit *Erpen.*) *credant eum in monte Raduva vivere, & certò aliquando appariturum, terrámque repleturum juſtitiâ, haud aliter atque iniquitate repleta eſt. Atque hujus ſecta fuit* D. Hamiræus, *dicens:*

Quo-

Digitized by Google

Liber 2. de Pſeudopr. Muham.

Quouſque, & uſque quò, & quamdiu,
O fili Alvazi, tu vivus ſuſtentaberis?

At virum deinde convenit veracem, qui vanitatem eum hujus ſectæ docuit. De hoc *Muhammede*, fil. Hanfiæ vide ſup. Pedem hîc figimus. Reliqua, quæ deſiderari videntur, vel ex *Synopſi Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ*, vel, ſuo tempore, ex *Theatro Muhammedico*, aut *commentariis de religione Arabum* haberi poterunt. Tibi nunc, ô Æterne Deus, gratias tantas, quantas mentes noſtræ capiunt, agimus, quòd tenebras illas clariſſimo verbi tui fulgore à limitibus noſtris clementer hactenus cohibuiſti. Da, quæſumus, ut miſeri iſti mortales tot tandem figmentorum, deliramentorum, & bruti illius ſtuporis pertæſi, unum Te quærant in ſolo verbo Tuo, quæſitum inveniant, inventum nobiſcum perpetuis præconiis laudent & celebrent.

Tibi, cùm *Filio* & *Spiritu Sancto* ſit laus, honor & gloria in omnes ſeculorum myriadas,
Amen.

F I N I S.

IN-

INDEX LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ, QUORUM IN HAC HIſTORIA MENTIO FIT.

			Pagina.
Geneſ.	IV.	17.	92
		26.	29
	XXXVII.	25.	9
Exodi	XXVIII.	42.	303
Levit.	II.	13.	301
	XI.	7.	299
	XVII.	7.	300
		10.	203
	XIX.	19.	307
		23.	ibid.
		26.	299
	XX.	3.	303
	XXI.	5.	299
Numeri	XI.	5.	58

			Pag.
Numeri	XXVIII.	15.	305
Deuter.	XVIII.	14.	299
	XXII.	5.	305
I.Samuel.	XXV.	1.	58
I.Regum	VI.	7.	100
Pſalm.	XIX.	1.	93
	XX.	5.	58
	LXXXIII.	7.	8
	CXIV.	4.	93
Ezechiel.	VIII.	14.	271
Daniel.	X.	11.	13
Hoſeæ	III.	4.	297
Iohannis	XIV.	16.17.	14

INDEX HEBRAICUS, ARABICUS ET PERSICUS.

א. Pag.

ابن الذبيحين cur Muhammed dictus. 202

اهل الكتاب Chriſtiani apud Arabes vocantur. 333

احمد Muhammed vocatur. 13

البوقات quale feſtum. 270

الزنادقة Zindikæi Hæretici. 579

اليمن dicitur Arabia felix. 211

الخوارج vocantur Sadducæi. 254

الخضر dicitur Arabibus Elias. 59

cur ita vocetur. 87

المحجرين non denominari ab Hagare probatur. 8

المهاجرون Religionis cauſâ fugam capeſſentes vocantur, qui Muhammedem in fuga ſequuti. 438

المومنين Muhammedanis ſunt credentes orthodoxi. 450

Digitized by Google

المزمل cur Muhammed vocetur. 15.

المسلمين Muhammedanis ſunt credentes & orthodoxi. 450

المعتزلة vocantur Sadducæi. 254

المشركون Chriſtiani vocantur Arabibus. 334
cur Chriſtiani ita vocentur. 104
cur Gentes ita vocentur. ibid.
Koreiſchitæ quoque hoc nomine veniunt. 236

المتكلمون Loquentes apud Arabes, cujusmodi Ibn-phurek. 560

القدر quid Arabibus ſit. 572

القضا quid Arabibus. ibid.

الروم Roma, ſeu Romani dicti Melcitæ à Conſtantinopoli, nova Roma. 356

امرا المومنين dicuntur Imperatores Muslimici. 450
puerilis Genebrardi in his vocibus hallucinatio caſtigatur. 452

اساف quale veterum Arabum idolum. 232

אשפים qui. 597

ב.

بكر Perſis Pater eſt. 229

بوصين quid. 170

بحيرة quid Arabibus. 240

بكة nomen patriæ Muhammedis explicatur. 213

ג.

جاهلية quid. 228.

جبر vicit, ſuperavit apud Arabes, inde Ghabræi dicti. 571

جور Arabica vox quid notet, & cur Bahram, decimus tertius ex poſterioribus Perſarum Regibus, ita dictus. 172

ד.

ذا نون Arabibus dicitur Jonas. 113.

دوس quid Arabibus. 236

ذي القفل quis. 58

دعا الجوشان precatio loricæ, qualis ſit precatio. 404

ה.

هجرة quid apud Arabes. 429

הגרים quinam, & unde dicti. 8

ו.

وجيه illuſtris, ita Arabibus Chriſtus dicitur. 159

ودا Idolum Arabicum. 234

وصيلة quid Arabibus. 239

وقيل alii dicunt. 587

ז.

زنادقة vocantur Sadducæi, & cur 255

vox

Digitized by Google

vox hæc unde orta. ibid.
زردوست Perſis quis. 586

ח.

حام Arabibus quid. 241
حصور cur Iohannes Baptiſta vocetur. 129

ט.

طلسمات unde dicantur. 284

י.

يعوق Idolum Arabicum. 234
يغوث Idolum Arabicum. ibid.

כ.

خاقان omnes Turcarum Reges vocantur, teſte Patricide. 175
كبر quid ſignificet. 229
كليم الله ita Moſes Muhammedi vocatur. 80

ל.

לשון קדר Arabum Lingua vocatur. 58

מ.

مبج eſt vox Perſica, inde Gr. μάγος. 586
مكر Perſis eſt Mater. 229
مدثر cur Muhammed ita dictus. 15
محكم quid ſit, & quæ vocis origo. 13
مسلمين unde Muhammedani dicti. 4

معتزلة Mutazalitæ Schiſmatici apud Arabes. 563
مفتي Doctor eandem apud Muhammedanos authoritatem habet, quam Pontifex Romanus apud ſuos. 464

נ.

نايلة quale veterum Arabum idolum. 232
نسرا idolum eſt Arabicum. 234
نصارى vocantur Chriſtiani apud Arabes. 334
نصير الملك والدين adjutor Imperii & Religionis quiſque Muhammedicus Imperator dici vult. 452

ס.

سايبة quid Arabibus. 249
سواعا idolum Arabicum. 234

ע.

عيراد nomen ignotum. 91
غزوة الخندق foſſæ bellum. 444.
غزوة خيبر prælium Chaibarenſe 445
عزير eſt Eſra. 92
عيص Arabibus dicitur, Eſavus. 53

פ.

فيكمبر Prophetam notat. 59
vocis hujus origo. 60

צ.

صدرقية vocantur Sadducæi. 254
صوف lana : inde Sophus, vel Zophus dictus. 597

ק.

قدر Hebræis vocatur Arabia deſerta. 210
قدر Arabibus eſt prævaluit, inde Kadræi ſchiſmatici dicti. 570
قدر notat Providentiam actualem. 572
قضا Arabibus Prædeſtinationem notat. ibid.
قرب quid apud Arabes. 160

ש.

שעירים illis ſacrificabant Sabæi. 300

ת.

תרפים Hebræorum, ſunt Arabum Tilſemæ. 296

INDEX LATINUS, RERUM ET VERBORUM

A. pag.

Aaronis Muhammed in Alkorano meminit. 85
multa de eo nugatur Muhammed. ibid.
ineptè eum fratrem τ̃ ϑεοτίκα vocat. 86
quomodo frater τ̃ ϑεοτίκα, nugæ Ahmedis. 224
Abdalla pater Muhammedis. 203
Abdol Hareth quis. 22
Abdol-mutleb propinquus Muhammedis avus. 203
Abel Caino primogenito præponitur. 24
ei ſoror gemella tribuitur. ibid.
Keſſæo dicitur Martyr. ibid.
Abraham fuit Propheta. 51
dicitur Arabibus خليل الله. 25
ejus nomen Turcis quoque venerabile. 49
quid de eo maximè tradant Turcæ. 50
gentis Iudaicæ pater eſt. 202
vocatur Muhammedis & Muhammedanorum Pater, & cur ibid.
locum, quem in Chaldæa incoluiſſe dicitur, Arabes venerantur. ibid.
ejus etiam ædes venerantur. 203
in Chaldæa Nabatæorum ſuperſtitionibus deditus fuit. 245
ad Sabæos miſſus dicitur. 260
Abubecer vocatur الصديق verus ſeu juſtus, quia figmentis Muhammedis credidit. 472
Muhammedis in fuga ſocius fuit 439
Achani hiſtoria à Keſſæo confusè & ineptè narratur. 69
Adamus Arabib. Propheta dicitur. 21
eum ex viro & fœmina progenitum fuiſſe, ſtatuunt Sabæi. 283
quid præterea de eo crediderint. ib.

eum

eum libros è cœlo accepiſſe fingunt Arabes. 22
Æquivocatio Ieſuitica ipſis Perſis exoſa. 182
Æeſopus eſt Lokmanus. 101 102 103
cur ei Lokmanni nomen inditum. 102
juxta Muhammedem Davidi coævus fuit. 103
de eo idem Turcarum & Pontificiorum judicium. 106
Agareni unde ſic dicti. 8
Αἰχροκίρδειαι quibus apophthegmatibus rejiciant Arabes. 536
Alath, ſeu Luciferi, dolum venerabantur Koreiſchitæ. 228
Albukat quale feſtum. 270
Alexander à Muhammede ذو القرنين Dulkarnain, Δικέρωος, vocatur. 54 59
cur ita vocetur variæ variorum ſententiæ. 108 109 110
verior ſententia eorum, qui eum à fortitudine ſic dictum putant. 111.
Ali ſe opponit Muavias. 590
eum Perſæ venerantur. 594
ei Perſæ plus tribuunt, quàm Muhammedi. ibid.
ei multa miracula tribuunt. ibid.
in ejus honorem feſta celebrant. ib.
ejus poſteri à reliquis Muhammedanis habitu differunt. 595
Phatimam ducit uxorem. ibid.
Aliaſin Elias eſt. 90
Alkoranus. Quid de eo Muhammedani credant. 416
alii eum creatum, alii increatum credebant. 416 417
maximam partem Medinæ cuditur. 441
ejus præſtantia ex Beidavi. 485
ex Ahmed Ibn Edris. 486
ex ipſo Alkorano. 487
ei Muhammedani maximam authoritatem tribuunt. 503
ejus contrectationem nullis, niſi Muhammedanis, iiſque mundis & lotis, concedunt. 504
unde ejus involucro has voces inſcribunt لا يمسه الا المطهر ne tangat eum, niſi mundus. 504
non tantùm Arabicé, ſed etiam Perſice ſcriptus habetur. 505
ejus frequentem lectionem ſuadet Muhammed. 412
ejus Paraphraſis Perſica habetur 590
aliquot ejus verſiculi contra Iudæos. 328
ejus ſtylus ad Linguæ Arabicæ notitiam multùm juvat. 321
ex eo pars hiſtoriæ Eccleſiaſticæ haberi poteſt. ibid.
ejus Interpretes Muhammedi ſenſum affingunt, de quo ipſe nunquam cogitavit. 127
in ejus explicatione quantum à ſe differant Muhammedani 586
in ejus explicatione Mutazalitæ ab aliis differunt. 566
qua formula Arabes, ex eo teſtimonia laudantes, utantur. 136
Allatha, vel Allitha eſt Venus. 229
origo vocis quænam. ibid.
Almotenabbi, æmulus Muhammedis. 427
الموحدون dicuntur Arabibus veteres Samoſateniani, Photiniani, & hodierni Sociniani. 361
Alozza Idolum veterum Arabum 231
Amicitia. De conſtantia in ea fovenda præclara Arabum dicta. 523 524
Anathemata & tropæa creaturis conſecrant Perſæ & Pontificii. 177

 An-

Angelos coluerunt Koreiſchitæ. 236
quos ideo impugnat Muhammed. ib.
Anima. De ea cum Ariſtotele ſentiunt Sabæi. 283
quid de animarum à corporibus ſeparatarum ſtatu ſentiant Muhammedani. 421
Antiochia nova Roma. 187
Antiquitatem cum Pontificiis Muhammedani Eccleſiæ notam faciunt. 456
Aphridun quis. 89
Apollonius Tyanæus inſignis Magus. 286
juxta quoſdam Taliſmarum autor. ibid.
Apoſtolis credendum eſſe dicit Muhammed. 409
Α'προσωποληψίαν quibus apophthegmatibus commendent Arabes. 523
Arabia unde ſic dicta. 8
non eſt dicta ab Arabo, Apollinis & Babyloniæ filio, ſed ab Araba, plaga. 208
ejus deſcriptio. ibid.
ejus amplitudo. ibid.
ea in quinque Provincias antiquitus diſtributa fuit. ibid.
hodie ab autoribus noſtris in tres Provincias dividitur. ibid
maximè Hæreſium ferax eſt. 340
Arabiæ deſertæ varia nomina. 210
ejus deſcriptio. 209
eam Iſmaëlis poſteri incolunt. ibid.
ejus populi illuſtriores Nomades & Scenitæ. 210
Arabia felix اليمن Arabibus dicitur. 211
eam prolixè deſcribit Dionyſius. ib.
in ea magna thuris copia. 212
dicitur etiam Sabæa, quia Sabæ primò ceſſit. 213
ejus deſcriptio.
Græcis Εὐδαίμων dicitur. 211
incolæ ejus Εὐδαίμονες dicuntur. ibid.
Arabiæ petrææ varia nomina. 209
Petræa dicta à Metropoli, Petra. ib.
ejus deſcriptio. ibid.
Metropolin ejus incolunt Nabatæi. ibid.
Arabum pater non eſt Iſmaël, ſed Cahthanus, ſeu Iectanus, Eberi filius. 57
alii Semum, Eberi avum Arabum patrem faciunt. ibid.
eorum Patriarcha Kedar. 58
certas habent Tribus. 205
Arabica Lingua. Ad ejus notitiam multùm juvat ſtylus Alkorani 321
Artaxerxes Arabibus Azdeſchir dicitur. 161
Aſaph quale veterum Arabum Idolum. 238
Aſcharitæ. De iis συλλεγόμενα generalia ex Majmonide. 556 558
ſunt Schiſmatici inter Arabes. 569
quid de Providentia ſentiant. ibid.
Aſchek Perſarum Rex. 75
Aſchik Paſſa Thaumaturgus apud Muhammedanos. 477
Aſſociatio Muhammedanis eſt Idololatria. 104
Aſſociatores Muhammedani vocant Iudæos & Chriſtianos. ibid.
cur gentes in Alkorano ita vocentur. ibid.
Asvvad æmulus Muhammedis. 426
Avaritiam quibus dictis deteſtentur Arabes. 535
Avarus Arabibus dicitur رجل مقفل اليدين vir manibus obſervatus, Hebræis כילי. ib.
Αὐτάρκειαν quibus apophthegmatibus commedent Arabes. 522

Azde-

Azdeſchir primus Perſarum Rex. 161
memorabilis de eo hiſtoria. ibid.
Schaburi filius, nonus Perſarum Rex. 168

B.

Bacchus, ſeu Diaſares idolum Arabicum. 235
Badrenſis prælii ſecundo Hegiræ anno commiſſi deſcriptio. 442
Bahram rectiùs quartus Perſarum Rex ſtatuitur, quàm Tus. 165
Bahram quintus Perſarum Rex ex poſterioribus. 168
Bahram, filius Schabur undecimus Rex Perſarum ex poſterioribus. 170
Bahram-Ghur decimus tertius Perſarum Rex ex poſterioribus. 172
cur Gur dictus. ibid.
igni litat. 176
à Theodoſio in fugam verſus in Indiam concedit. ibid.
prælium committit. 178
ad ſuos redit. ibid.
difficulter ad regnum admiſſus fuit. ibid.
elephantem interficit. 177
Bahram Dux Hormozi inſequitur Coſram filium Hormozi. 191
Balas decimus ſextus Perſarum Rex ex poſterioribus. 183
Bartſchin Paſſa Thaumaturgus apud Muhammedanos. 477
Bedrenſe prælium, vide Badrenſe.
Beryllus hæreticus, Arabs. 340
Beſtias quaſdam à communi uſu emancipârunt Koreiſchitæ. 239
quaſdam Sabæi propter uſum magnifaciebant. 301
Bigamiam Sabæi rejiciunt. 281
Bovem Sabæi propter uſum magnifaciebant. 301

C.

Cabar vocatur Venus, & cur. 229
Cadi, Monaſterium, quid. 279
Cahthanus, Eberi filius, Arabum pater. 57
Cai-bahman Perſarum Rex, aliàs Longimannus. 74
Caikobad Perſarum Rex. 73
Cain cur Abelem interfecerit fabuloſa narratio. 25
quomodo à Lamecho interfectus, Arabum fabulæ. 33.34
Calumniam quibus dictis Arabes deteſtentur. 532
Carnes ſuillas Sabæi certo quodam die edunt. 299
Carræ Metropolis. 248
Caſtitas mulierum Turcicarum. 502
Chadigha uxor Muhammedis. 317
Chaibarenſe prælium anno Hegiræ ſeptimo commiſſum deſcribitur. 445
Chahan omnes Turcarum Reges vocantur. 175
Chaldæi qui. 248
etiam Sabæi vocantur, Nabatæi, Charanæi. 246
Chaliphæ Imperatores Muſlimici vocantur. 97
dicuntur Omra-almumenin 450
eorum officium & poteſtas. 465. &c.
Cham quomodo mulctatus, quòd Patris detecta pudenda riſerit. 36
Charranæi qui. 248
hiſtoria de iis. ibid.
Chiridelles Thaumaturgus apud Muhammedanos. 478
Choraſanæ ortæ hæreſes. 583. &c.
Choreæ. De Choreis Monachorum Turcciorum poſt ſumtum cibum. 497
Chriſtum Arabes vocant filium Mariæ. 159.409
Ieſum. 153
λόγον θεοῦ. 158.409
Muhammed eum Spiritum Dei, & Apoſtolum ejus eſſe dicit. ibid.
eum Arabes etiam vocant وجيه illuſtrem. 159

ei quasdam de Mundi contemtu chreias tribuunt. 514
eum in cœlo Mediatoris officio fungi agnoſcunt iidem 159
Chriſtiani quomodo Arabibus vocentur.
1. نصاري Nazareni, & cur. 332
2. اهل الكتاب populus libri. 333
3. المشركون aſſociantes. 334
cur aſſociantes vocentur. 104
quo animo in eos fuerit Muhammed. 356
cur iis Meccam ingredi non liceat. 216
iis Muhammed varia ſchiſmata exprobrat. 344
quæ Chriſtiani, Muhammedani & Judæi communia habeant, quæ propria. 560
Chriſtianiſmi ſtatus tempore Muhammedis, & ante eum, deſcribitur ex Marcellino, Hilario, Euſebio & Sozomeno. 336. 337. 338. 339.
Ciborum delectum qualem habeant Sabæi. 287
Circumciſionem præcepit Muhammed. 409
Codomannus, aliâs Aſchek, Perſarum Rex. 75
Cœlum. De eo cum Ariſtotele ſentiunt Sabæi. 283
Collyridiani hæretici Arabes, unde dicti, & quid docuerint. 341
Conjugia Sabæi non contrahunt cum proximis propinquis. 281
Controverſiarum inter Muhammedanos origo. 590. &c.
Coſra aſtu elabitur, & ad Mauritium Imperatorem pervenit. 192
Mauritii ſubſidio Bahram in fugam vertit. ibid.
Romanos milites benignè tractat. ib.
ambit Mauritii filiam. ibid.
ob datam Mauritii filiam Chriſtianiſmum amplectitur. 193
capit Hieroſolymam. 195
ſuccurrit Patri ſuo Hormozo. 191
Coſroës decimus ſeptimus Perſarum Rex, ex poſterioribus. 186
ejus hiſtoria. 189
Crucis lignum Coſra Hieroſolymâ aufert. 195
tradit illud uxori ſuæ, Mariæ, Mauritii Imperatoris Filiæ. ibid.
Cupiditatibus frænum injiciendum eſſe, docent Arabes. 510. 511

D.

Dæmonibus veteres Arabes tribuunt poteſtatem in ſtellas. 237
iis Sabæi ſacrificabant. 306
eos etiam per Alkoranum ſervari poſſe ſtatuunt quidam doctores Turcici. 587
Danielis in Alkorano nulla mentio. 92
Darab eſt Darius Nothus. 74
Dararæi hæretici inter Arabes: eorum dogmata. 573
Davidi plurimùm tribuunt Muhammedani. 92. &c.
eum Muhammed vocat ſervum Dei. 92
magnam ejus fuiſſe dignitatem dicunt Muhammedani. 95
eum Regem etiam Muhammedani agnoſcunt. 97
à Muhammede inter Prophetas majores refertur. 95
ejus & Nathanis hiſtoria miſerè à Muhammedanis corrupta. 93
ejus geminus lapſus unde Muhammedanis innotuerit. 95
quid Beidavi de monomachia Davidis & Goliathi referat. 113
Dauſar Arabibus eſt Bacchus. 236
Decimas præcepit Muhammed. 409. 411

Digitized by Google

ex iis Muhammediſmo multùm acceſſit. 463
Dervisſiller Monachi tertii ordinis apud Turcas 499
Deſperationem de miſericordia Dei vetat Muhammed. 412
Deus. Quid de eo Muhammedani credant, 413.414
in eum ſolum credere jubet Muhammed. 409.411
doctrinam de eo Sabæi denſis erroribus infuſcârunt. 266
de Dei cultu quid ſenſerint Sabæi. 276.
cultus Dei Sabæis vel diurnus, vel menſtruus. ibid.
Dei & hominum diſpar reſpectus apud veteres Arabes. 243
Diabolos ex Adamo genitos eſſe quidam fingunt. 23
Diaſares, ſeu Bacchus, idolum Arabicum. 235
Δικέρως à Muhammede cur vocetur Alexander. 54
Dilkefel quis. 58
Elias eſt. 59
Doctorum Turcicorum diſſenſiones. 587
Δοκησίας ſtatuunt Mutazalitæ 564
Dulaktaph cur Schabur ſecundus dictus. 162
Duratio diuturna non eſt nota veræ Eccleſiæ, quia Muhammedani eandem ſibi vendicare poſſunt. 457

E.

Eber Arabibus Hud dicitur. 38.39
propheta dicitur, quia ſe Idololatriæ oppoſuit. 40
Eccleſiæ notas cum Muhammedanis eaſdẽ habent Pontificii. 450. &c.
1. nota Bell. eſt ipſum Eccleſiæ Catholicæ nomen: ita Muhammedi, nomen Eccleſiæ fidelium. ib.
2. nota Bell. eſt antiquitas: eandem jactant Muhammedani. 456
3. Bell. eſt Confeſſio adverſariorum: eandem Muhammedani maximè urgent. 545.546
4. Bell. eſt duratio diuturna: ſed eandem potiori jure ſibi vendicant Muhammedani 457
5. nota Bell. eſt infelix exitus Eccleſiam oppugnantium, & felicitas eam defendentium: idem dicunt Muhammedani. 547.548
6. Bell. nota ſunt miracula: Muhammedanis quoque. 473
7. nota Bell. eſt multitudo: at hæc nota Muhammedanis potiùs competit, quàm Chriſtianis. 457
8. ſanctitas autorum Religionis: eandem urgent Muhammedani. 490
9. nota Bell. ſucceſſio Epiſcoporum: eandem urgent Muhammedani. 464
Edris cur ſit Enoch. 30
Eiz Arabibus vocatur Eſavus. 53
Eleemoſynam quibus apophthegmatibus commendent Muhammedani. 521
Elephas à Bahram-Ghur interficitur. 177
Elias Arabibus خضر dicitur. 59
cur ita vocetur. 87
item Dilkefel. 58
eundem Prophetam vocant. 89
quid de eo ſtatuant Muhammedani. 87
ejus originem ignorant. ibid.
diſputatio ejus cum Baalitis ex Alkorano. 89.90
eum cum Pinchaſo confundunt Rabbini. 87
fabula de Elia, Moſe & Joſua ex Beidavi. 88
in deſcriptione vitæ ejus Arabes turpiter hallucinantur. 89
Emina mater Muhammedis 204
non fuit ex ſtirpe Judaica. 205

Digitized by Google

Enoch cur Arabibus Edrîs dictus. 30
propheta fuit. 32
ejus libros Sabæi jactant. 256
Epithetorum obſervantiſsimi Arabes. 25
Syri,iique Chriſtiani in eo hos imitantur. ibid.
Epocha Arabum celeberrima ab Hegira, ſeu fuga Muhammedis deducitur. 441
Eruditionem quanti Arabes faciant. 530
Eſavum Arabes عيص vocant. 53
ei duos filios tribuit Keſſæus. ibid.
Evangelium verum eſſe agnovit Muhammed. 409
Eudæmones dicuntur Arabiæ felicis incolæ. 210.211

F.

Fidei Muhammedicæ natura deſcribitur. 421
Filios veteres Arabes immolârunt. 244
eos Sabæi per ignem traduxerunt. 202.306
Fœnus. Ab eo abſtinendum eſſe, docet Muhammed. 411
Foſſæ bellum anno quinto Hegiræ geſtum deſcribitur. 444
Fraudem diſſuadet Muhammed. 411

G.

Gabrielis Angeli colloquia venditat Muhammed. 401.423
Garæi ditiſsimi fuerunt. 206
Genealogia Muhammedis ab Arabibus tripliciter deſcribi ſolet. 17.18.19
tertia, genealogiæ ejus, ſpecies quatuor ætatibus diſtinguitur. 19
1. ætas ab Adamo ad Abrahamũ. 20
2. ab Abrahamo ad Moſen. 48
3. à Moſe ad Chriſtum. 75
4. à Chriſto ad Muhammedem. 149
cur Muhammedis genealogia tam fusè hic deſcripta. 198
Genebrardi puerilis hallucinatio in vocibus امرا المومنين caſtigatur. 452
Georgius Arabibus quis. 149.150
ejus acta juxta Baronium apocrypha. 150
eum Muhammedani ſuum faciunt. 151
apud Turcas miraculis clarus. 480
Gerges, ſeu Georgius quis. 149.150
ejus mentio fit in Alkorano, in Keſſæo, Patricide & Elmac. 150.152
Ghabæus & filius ejus ſectæ Mutazalitarum Antiſtites fuerunt. 567
Ghabræi hæretici inter Arabes. 571.572
dicti à جبر vicit, ſuperavit, & cur. ibid.
eorum ſententia de Providentia. 572
Ghahetæi hæretici Arabes, Mutazalitarum propago. 569
Goliath Arabibus dicitur Galuth. 111
ejus hiſtoria. ibid.
quid Beidavi de Monomachia cum Davide referat. 113
Gotvelmirſchin Thaumaturgus apud Muhammedanos. 475
Gratias Deo agendas eſſe pro quolibet beneficio dicit Muhammed. 412

H.

Hadibiatica pugna anno Hegiræ ſexto commiſſa deſcribitur. 444
Hæreditates nullas conſequebantur mulieres & infantes apud veteres Arabes. 244
Hæreſium Arabia eſt ferax. 340
Hæreſes Choraſanæ ortæ. 583
Haitalitæ qui. 180
à Phiruz Perſarum Rege oppugnantur. ibid.
Hamiræus ſtatuit Muhammedem fil.
Hanfiæ aliquando rediturum ad re-

Digitized by Google

reformandos hominum mores. 599
Hamza patruus Muhammedis primus cum 30. Musliminis emittitur præliaturus. 441.442
Hamzæi hæretici inter Arabes. 574. 575
eorum dogmata. ibid.
Hanifæi hæretici inter Arabes. 550. 551.
Harſchi Pcltech Thaumaturgus apud Muhammedanos. 475
Hegira dicitur fuga Muhammedis. 429
explicatur hæc vox, & ejus genuinus oſtenditur ſignificatus. 429. 430
Hegiræ Muhammedis cauſſæ recenſentur ex Beidavi & Abunazaro. 431. &c.
ea incidit in annum 14. novæ religionis Muhammedicæ. 430
quid Muhammed ſingulis Hegiræ ſuæ annis geſſerit. 442
vide in voce Muhammed.
celeberrima Arabum Epocha ab Hegira Muhammedis deducitur. 441
Henbelitæ hæretici inter Arabes. 555
Hieroſolyma à Coſra Perſarum Rege capta. 195
Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ pars ex Scriptoribus Arabum haberi poteſt. 321
Homines oculos mortalium ſubductos, redituros ad reformandos hominum mores, docuit Hamiræus. 599
Honain. In valle Honain ab Arabibus Paganis cæduntur Muslimini. 446.
Hormoz tertius Perſarum Rex ex poſterioribus. 165
Hormoz Bahrami frater ſextus ex poſterioribus Perſarum Rex. 168
Hormoz alter, ſeptimus ex poſterioribus Perſarum Rex. ibid.
Hormoz decimus octavus ex poſterioribus Perſarum Rex. 188
regiminis ejus hiſtoria ex Elmacino. 188. &c.
tyrannus fuit. 191
oppugnatur à Chakano. ibid.
& à Duce ſuo Bahramo. ibid.
ei ſuccurrit filius Coſra. ibid.
mors ejus. ibid.
Hud eſt Eber. 38. 39
Humilitatem comendant Arabes. 509
Hypocriſin deteſtantur Arabes. 538

I.

Jacob cur Iſraël vocetur juxta Muhammedanos. 53
Jacobitarum ſecta qualis. 345
ita dicti à Jacobo quodam, cujus meminit Patricides & Elmac. 346. 347
Jaguth idolum Arabicum. 234
Jahia Arabibus eſt Johannes Baptiſta. 144
Japhetus quis, & qui ejus poſteri. 37
Jatrib eſt Medina. 440
Jauk idolum Arabicum. 234
Jaſin quis ſit, ignorant Muhammedani 90
eſt Eliſæus. ibid.
Jazdigerdes filius Bahram-Ghur decimus quartus Perſarum Rex, ex poſterioribus. 179
Jazdigerd duodecimus Perſarum Rex, ex anterioribus. 170
ſummus tyrannus interimitur. 171
Ibn-Phurek celeberrimus Loquens apud Arabes. 560
Ibrad nomen ignotum. 91
Idola venerabantur Koreiſchitæ. 228
eorum cultum deſtruxit Muhammed. 409
Idololatriam Muhammedani Aſſociationem vocant. 104
Jectanus. Eberi filius, Arabum pater. 57
Jejunium menſis Ramadan præcepit Muhammed. 409 411

Digitized by Google

Jeſus Arabibus Isa dicitur. 153
eundem λόγον θεοῦ vocant, ſed ineptam appellationis hujus rationem fingunt. 158
quid de eo credant Muhammedani, ex Alcorano docetur. 153. &c.
nomen Jeſus, Muhammedanis non ignotum. 156
ſed quid ſignificet ignorant. 157
Meſſiæ quoque, ſeu Chriſti nomen eis venerabile. ibid.
Jethro Muhammedi Schoaib dictus. 78
Jezidus Kadræorum ſectæ aſſecla. 571
Igni Bahram litat. 179
per ignem filios traducebant Sabæi. 306
Imago. De Sabæorum imaginibus. 285
Imperatores Muslimici dicuntur Omra-almumenin. 450
amant vocari نصير الملك والدين 451
cognomina habent ad pietatem compoſita. ibid.
Imram ab Alkorano ineptè Mariæ θεοτόκου, tanquam Pater filiæ præmittitur. 120
ratio illius αὐτοπροσωπίας redditur. 121
juxta Zamhaſchari & Leſſæum coætaneus Zachariæ. 129
Infantes nullas hæreditates conſequebantur apud veteres Arabes. 244
Infernus. Quid de eo credant Muhammedani 419
Ingratitudinem quibus dictis rejiciant Arabes. 537
Invidiam averſantur Arabes. 539
Jobus ad Eſavi poſteros refertur. 54
compendium hiſtoriæ ejus ex Keſſæo. ibid.
eum quidam Conſtantinopoli fuiſſe ſepultum ſomniant. 55
juxta Arabes Propheta fuit. 55. 56
Johannes Baptiſta cur خصور Arabibus dictus. 129
iisdem Jachia dictus. 144
in Alkorano Propheta dicitur. ibid.
hiſtoria annunciationis. ibid.
nativitas ejus. ibid.
eum & Chriſtum patrueles fuiſſe dicunt Arabes. ibid.
inepte cum Elia confunditur. ibid.
Martyrii ejus meminerunt Judæi. 145
Arabes, ibid.
Jokſchan quis fuerit. 51
Jonas Arabibus ذانون vocatur. 59. 113
ejus hiſtoria ex Alkorano & Beidavi. 114
quandiu in ventre ceti fuerit variant Arabes. 116
ceti nomen fingunt fuiſſe Retha. ib.
quid per ejus Kikajon intelligant. 116. 117
ejus μεμψιμοιρίαν ob arefactum Kikajon Arabes ſimilibus à vaſis figlinis & ſemine explicant. 118
Joſua à Muhammede vocatur فتى موسى puer Moſis. 72
dicitur Cananæis Lupus veſpertinus. 60
apud Gentiles & Muhammedanos celebris. ibid.
ad eum Schaubeci epiſtola. 60. 61 &c.
ejus ad Schaubeci epiſtolam reſponſio. 66. &c.
Muhammedanis notus. 69
ejus meminit Keſſæus. ibid.
item Muhammed & Beidavi. 72
gentibus notus fuit, ut ex inſcriptionibus patet. 68
Iſa Arabibus Jeſus dicitur. 153
Iſaacus Arabibus dicitur ذبيح الله 25. 52

iiſdem dicitur غلام حليم ibid.
in ſacrificii ejus memoriam Muhammedani quotannis ſolennitatem inſtituunt. 52
cum Muhammedani Prophetam vocant. ibid.
Iſmaël magnus Arabum Propheta. 56
cum حل محكمل avum Muhammedis appellant. ibid.
impiè eum dicunt ذبيح الله ib.
non eſt Arabs βαρβὸς ſed ἐγγενητος. ibid.
à Giggæo non rectè Arabum Pater vocatur. 57
remotus Muhammedis avus eſt, 203
impié à Muhammede Propheta vocatur.
ejus poſteri Arabiam deſertam incolunt. 210
Iſmaëlis Zophi hiſtoria. 597
Iſraël cur dicatur Jacobus Patriarcha juxta Muhammedanos. 53
Judæi Muhammedanis Aſſociatores dicti. 104
eoſdem vocant هود vel يهود, ſed vocis originem ignorant. 322
alia eorum nomina. 223
eorum ſtatus tempore Muhammedis miſer fuit. ibid.
Judæi, Chriſtiani & Muhammedani quæ communia, quæ propria habeant. 560
iidem Muhammedem prætextu Meſſiæ venturi rejiciunt. 326
aliquót verſiculi ex Alkorano contra eos. 228
iis à Muhammede ſcelera exprobrantur. 325
illi Muhammedi reſiſtunt. 326
in eos Muhammed animo inſenſo fuit. 325
eorum exilium. 324
eorum contra Chriſtianos technæ, dum ſe cum Coſra Perſarum Rege contra eos conjungunt. 196
Judicium præceps diſſuadet Muhammed. 411
Judicium ultimum credit Muhammed. ibid.
quid de eo credant Muhammedani. 418
juxta Arabes in Syria habebitur. 324
Juramentum vanum per Dei nomen prohibet Muhammed. 411
Juramenta vetat Muhammed. ibid.
Juſtitiam quibus apophthegmatibus commendent Arabes. 521

K.

Kabel eſt Cain, & cur. 27
Kadræi ſchiſmatici inter Arabes. 570
ita dicti, quia αὐτεξούσιον defendebant. ibid.
eorum aſſecla fuit Jezidus. 571
eorum ſententia de Prædeſtinatione & Providentia. 570
de libero arbitrio. 571
Karmatæi hæretici inter Arabes. 575
eorum dogmata. ibid.
eorum incrementa. 577.578
Kedar quis. 58
Patriarcha Arabum eſt. ibid.
Ketada autor ſectæ Mutazalitarũ. 563
Kikajon Ionæ quid Arabibus. 116.118
Kobades Balaſi frater rex Perſarum. 184
deſcriptio adminiſtrati ab eo regni. ibid.
Koreiſchitarum tribus primaria. 206
incolunt Meccam. 215
unde vulgò المشركون dicti. ibid.
eorum cultus conſiſtebat:
1. in veneratione idolorum. 228
2. in ἀγγελολατρείᾳ. 236
3. in eo, quòd Dæmonibus tribuerunt

runt imperium quoddam in ſtellas. 237
4. in negatione reſurrectionis mortuorum 238
5. in adminiſtratione ſacrorum nudis facta corporibus. ibid.
6. in ſuperſtitioſa emancipatione ovium & camelorum. 239
7. in τεκνοθυσίᾳ, & aliis quibuſdam. 244
Muhammedem civem ſuum Meccâ expellunt. 428
tranſportationem Muhammedis
سحر مبين Magiam manifeſtam vocant. 473

L.

Lamech Arabibus Malec dicitur. 33
Cainum interfecit. ibid.
quomodo Cainum interfecerit, fabulæ Arabum. 34
Lex Moſis. Perpetua ferè inter legem Moſis, & ritus Sabæorum antitheſis eſt. 297. Vide, Moſis lex.
legem nihil prodeſſe, ſed ſolâ gratiâ hominem ſervari docent quidam Doctores Turcici. 588
eam veram eſſe agnovit Muhammed. 409
Liberalitatem quibus apophthegmatibus commendent Arabes. 522
Liberum arbitrium defendunt Kadræi. 570. 571
Lingua quomodo frenanda, docent Arabes quibuſdam ſententiis. 527.
Λόγος Θεοῦ Arabibus Chriſtus. 158
Lokmannus quis fuerit. 101
fuit Aeſopus, quod aliquot rationibus probatur. 101. 102. &c.
eſt vox Arabica, cujus radix لقم 102
cum Muhammedani credunt futurum in ultimo judicio advocatum. 106
Longimanus aliâs Caibahman. 74
Loquentes apud Arabes qui. 560
fuerunt Theologiæ ſcholaſticæ prodromi. ibid.
eorum quædam ſententiæ. 561.
de iis ἀντιλεγόμενα generalia ex Maimonide. 556. 558
eorum ſcopus & intentio quæ. 561
Luciferi idolum venerabantur Koreiſchitæ. 228
Lunæ in novilunio à Sabæis hircus offerebatur. 305
ejus ſciſſio tanquam miraculum Muhammedi tribuitur. 488. 489
Luſtrationes habent Sabæi. 281

M.

Magiam Sabæi colebant. 299
Magiſtratûs dignitas quibus verbis ab Arabibus exprimatur. 529
Magus à Perſico مج. 588
Maledicendum nulli creaturæ dicit Muhammed. 412
Mamluci augent Muhammediſmum. 459
Manes ſublatus à Bahramo Perſarum Rege. 166
Manichæi ex Arabia oriundi. 344
Mare arenoſum prope Danchali, Arabiæ felicis urbem. 213
Maria Θεοτόκος. Quid de ea Muhammedani referant. 131. 132. &c.
1. volunt nomen Mariæ, devotam ſignificare. 132
2. ejus parentes fuiſſe Hannâm & Imram. ibid.
3. eam à Zacharia fuiſſe ſuſtentatam. 133
4. eam cæteris mulieribus præſtare. 137
5 dicunt eam ſimilem eſſe Phatimæ Muhammedis filiæ. 141

a. re-

Digitized by Google

a. reſpectu perfectionis. ibid.
b. miraculoſæ cibationis. ibid.
6. defendunt ejus ἀναμαρτησίαν. 142
an Muhammed eam labe peccati originalis exemerit. 138
figmenta eorum, quomodo conceperit. 142
quomodo ſoror Aharonis: Nugæ Ahmedis. 124
inepte in Alkorano filia Imran dicitur. 120
quomodo filia Imran vocetur Arabes ignorant. 122
duos fingunt Imranes. 123
Maria à Collyridianis pro Dea habita eſſentiâ, an cultu, dubitabatur. 342.343.
à quibusdam pro Dea habita. 343
eam à peccato originis immunem eſſe, quando primùm doceri cœperit. 139
Marianitæ dicti, qui Mariam pro Dea habebant. 343
Martyrum loco Múhammedanis omnes ii habentur, qui in prælIis religionis cauſsâ ſuſceptis mactantur: 442.443
de eorum ſtatu quid ſentiant Muhammedani. 422
Materiam cum Ariſtotele eandem ſtatuunt Sabæi. 283
Matthan. De eo malè ſcribúnt Arabes. 107
Mauritius Imperator Filiam dat Coſræ Perſarum Regi. 192
à Phoca interficitur. 193
ejus mortem gener ulciſcitur. ibid.
Mauz qualis arbor. 117
Mecca dicitur etiam Becca. 214
dicitur عقام & عمق, & cur. ib.
item Arach, ſed malè. 215
item משא Meſo juxta Iudæos. ib.
eſt urbs Arabiæ deſertæ. 213
eſt Patria Muhammedis ibid.
eam Muhammedani venerantur,
1. quia Muhammed in ea natus. 216
2. quia magna Alkorani pars in ea fabricata. ibid.
3. quia locus eſt celebris *a*. Peregrinationibus. *b*. Templo. *c*. aliis quibusdam rebus. ibid.
eam Koreiſchitæ incolunt. 215
cur eam Chriſtianis ingredi non liceat. 215.216.
Medina etiam Iatrib dicitur. 440
fuit fugientis Muhammedis aſylum. 439
ibi octo annos commoratus eſt Muhammed. 441
ibi Alkorani maxima pars cuditur. ibid.
Melkitarum ſecta Arabibus nota. 230
quínam illi ſint. 348
ita in Oriente dicebantur orthodoxi, qui Chalcedonenſem Synodum contra Dioſcurum receperunt. 355
aliâs Romani dicti à nova Roma. 356
Alii ſunt hæretici inter Arabes. 551
Menath idolum veterum Arabum. 231
Mendacium quibus apophthegmatibus deteſtentur Arabes. 533
Menſis, Sabæorum ſacra per omnes menſes. Vide, Sabæi.
Meſo dicitur Mecca. 215
Meſſias, ſeu Chriſtus, nomen Muhammedanis venerabile. 157
quid hæc vox ſignificet, Arabes ignorant. ibid.
Meteora. De iis cum Ariſtotele ſentiunt Sabæi. 283
Miracula Bellarm. facit notam Eccleſiæ cum Muhammedanis. 473
plurimùm de miraculis gloriantur Muhammedani. 473.&c.
hodie tamen ea Turcæ non multùm jactant. 485
alii Muhammedi multa tribuunt,

quò

quò referunt præſtantiam Alkorani.ibid.
item ſciſſionem Lunæ. 488
alii miraculorum neceſſitatem negant. 490
Monachus Turcicus ferrum candens ori imponit. 481
Monachorum Turcicorum ſanctitas. 495
Monaſterium Cadi quid. 280
Μῶχος Græcis quis, & unde dictus. 586
Moſelmanni unde, & cur dicti Muhammedani. 4
Moſes unde ſic dictus. 79
ejus varia nomina. ibid.
dicitur Arabibus كليم الله. 25.80
ejus ſæpe meminit Beidavi. 84
eum reliquis Prophetis præponit. ibid.
novem ſigna de eo recenſet. 85
ejus apud Arabes frequens mentio. 77
quid de eo Muhammed in Alkorano referat. ibid.
ejus hiſtoriam Keſſæus recenſet, in qua quædam falſa, quædam vera. 80.&c.
ejus lex Muhammedi dicitur امام ورحمة ibid.
perpetua ferè inter ejus legem & ritus Sabæorum antitheſis. 298
exempla hujus antitheſeως varia à pag. 298. ad 307. recenſentur.
Muavias ſe Ali opponit. 590 591
Mufti doctor, apud Muhammedanos ſummæ authoritatis eſt. 464
Muhammed. Nominis hujus, ex mente Muſelm. præſtantia. 16
qualis ſit vox, & quid ſignificet. 13
quot modis ſcribatur, & quæ ejus genuina ſcriptio. ibid.
alia ejus nomina. ibid. &c.
de nativitatis ejus anno variant ſcriptores. 217.218
nativitatis ejus annus non ſine cauſſa ignoratur. 219
de miraculis, quæ in ejus nativitate obtigerint. 220.224.225
ejus parentes fuerunt è tribu Koreiſchitarum. 206
ejus naturalis pater Abdalla. 203
avus remotus Iſmaël. ibid.
propinquus ejus avus Abdol-muttleb. ibid.
ejus parentes pauperes fuerunt. 205
non fuit ex abjecta & vili tribu. 206
cur dictus ابن الذبيحين
ejus mater Emina. 204
cur Abrahamum patrem ſuum vocet. 202
ejus Genealogia. Vide, Genealogia.
cur in hoc libro tam fusè deſcripta. 198
educatio ejus compendioſè ex Elmacino. 310
de ejus infantia. ibid.
de ea fabuloſus eſt Abunazarus. ib.
ejus opera offertur Chadighæ. 311
fabulæ Abunazari de ejus educatione.
1. quomodo patruus de dote ſolicitus cum Atecha amita Chadighæ operam ejus obtulerit. ibid.
2. quòd Chadigha famulum hunc, jam ſecundùm quietem notum, lubenter exceperit. 312
3. quòd liberale ſtipendium ei Chadigha deſtinârit. 313
4. quòd patrui ædes reliquerit. ibid.
5. quòd iter Syriacum ingreſſus fuerit. 314
6. quòd ex prodigio pro Propheta fuerit agnitus à Monacho quodam, & à Iudæis. 315.316

7. quòd ab Angelo Meccam tranſlatus ſit. 316
8. quòd Chadighæ deſponſatus fuerit. 317
ex qua ſeptem liberos ſuſcepit. ibid.
ejus patria eſt Mecca urbs Arabiæ deſertæ, non felicis. 213
epilepticus fuit. 14
primò Koreiſchitarum cultum ſequebatur. 227
quadrageſimo ætatis anno Pſeudopropheta eſſe cœpit. 398.
tantam authoritatem ſibi conciliavit.
1. quia multa naturalia habuit. 399
2. jactavit colloquia; inſtituta cum Deo, & Archangelo Gabriele. 400.401.423
quid de ejus Prophetia credant Muhammedani. 418
æmulos habuit Judæos, & Arabes quoſdam. 425.426
ei Iudæi reſiſtunt. 326
eum prætextu venturi Meſſiæ rejiciunt Iudæi. 327
ſe & ſuos veros Chriſti aſſeclas eſſe putat. 455
duxit uxorem Thegiazim, quæ vix triduum cum eo commorata, eum rurſus deſerit. 426
poſt Chadigham duxit Aiiſcham, filiam Abubecri, & Sevvadam filiam Zamaæ. 318
ejus in Syriam iter quidam negant. ibid.
hos refutat Abunazarus, Ahmed Ibn Edris, & alii. 319
quid in illo itinere præſtiterit. ibid.
unam tantùm intra fines ſuos religionem habere vult. 549
ei quidam miracula tribuunt, ut Alkorani præſtantiam. 485
& ſciſſionem Lunæ. 488
à Koreiſchitis Meccâ expellitur. 438
ejus in fuga aſylum Medina. 439
ejus fuga incidit in annũ decimum quartum novæ Religionis Muhammedicæ. 430
cauſſæ fugæ illius recenſentur ex Beidavi & Abunazaro. 432.433
octo annos Medinæ commoratur 441
quid in Hegira, ſeu fuga illa geſſerit: anno primo Hamza patruum cum triginta Muslimimis emiſit, quorum conatus irritus fuit. 441.442
anno ſecundo commiſſum prælium in Beder. 442
anno quinto geſtum eſt bellum foſſæ. 444
anno ſexto accidit clades Hadibiatica. ibid.
anno ſeptimo prælium Chaibarenſe commiſſum. 445
anno octavo Mecca expugnatur. ib.
anno novo Tebucenſe prælium committitur 447
uno ante Hegiram anno dicunt eum tranſportatum eſſe Hieroſolymam. 472
ejus in fuga ſocii. 437
ejus in fuga ſocius fuit Abubecer. ib.
eum Zeinaba Iudæa veneno necare cogitat. 445
infenſo in Iudæos animo fuit. 325
Iudæis ſcelera exprobrat. ibid.
quo animo in Chriſtianos fuerit. 356
varia Chriſtianis ſchiſmata exprobrat 344
vixit ad annum Hegiræ undecimum. 448
ejus mors deſcripta ex Elmacino & Patricide. ibid.
Muhammedanorum nomine qui intelligantur. 1.
Eorum nomina generalia ſeptem recenſentur. Nempe 2.3.4.5
Populus Muhammedis. 2
Populus libri. 3
Populus congregationis. ibid.
Populus legis. ibid.
Populus reſpectus. 4

Angelos coiuerunt Koreiſchitæ. 236
quos ideo impugnat Muhammed. ib.
Anima. De ea cum Ariſtotele ſentiunt Sabæi. 283
quid de animarum à corporibus ſeparatarum ſtatu ſentiant Muhammedani. 421
Antiochia nova Roma. 187
Antiquitatem cum Pontificiis Muhammedani Eccleſiæ notam faciunt. 456
Aphridun quis. 89
Apollonius Tyanæus inſignis Magus. 286
juxta quoſdam Taliſmanum autor. ibid.
Apoſtolis credendum eſſe dicit Muhammed. 409
Ἀσυμπληψίαν quibus apophthegmatibus commendent Arabes. 523
Arabia unde ſic dicta. 8
non eſt dicta ab Arabo, Apollinis & Babyloniæ filio, ſed ab Araba, plaga. 208
ejus deſcriptio. ibid.
ejus amplitudo. ibid.
ea in quinque Provincias antiquitus diſtributa fuit. ibid.
hodie ab autoribus noſtris in tres Provincias dividitur. ibid
maximè Hæreſium ferax eſt. 340
Arabiæ deſertæ varia nomina. 210
ejus deſcriptio. 209
eam Iſmaëlis poſteri incolunt. ibid.
ejus populi illuſtriores Nomades & Scenitæ. 210
Arabia felix اليمن Arabibus dicitur. 211
eam prolixè deſcribit Dionyſius. ib.
in ea magna thuris copia. 212
dicitur etiam Sabæa, quia Sabæ primò ceſſit. 213
ejus deſcriptio.
Græcis Εὐδαίμων dicitur. 211
incolæ ejus Εὐδαίμονες dicuntur. ibid.
Arabiæ petrææ varia nomina. 209
Petræa dicta à Metropoli, Petra. ib.
ejus deſcriptio. ibid.
Metropolin ejus incolunt Nabatæi. ibid.
Arabum pater non eſt Iſmaël, ſed Cahthanus, ſeu Iectanus, Eberi filius. 57
alii Semum, Eberi avum Arabum patrem faciunt. ibid.
eorum Patriarcha Kedar. 58
certas habent Tribus. 205
Arabica Lingua. Ad ejus notitiam multùm juvat ſtylus Alkorani 321
Artaxerxes Arabibus Azdeſchir dicitur. 161
Aſaph quale veterum Arabum Idolum. 232
Aſcharitæ. De iis ὡς λεγόμενα generalia ex Majmonide. 556 558
ſunt Schiſmatici inter Arabes. 569
quid de Providentia ſentiant. ibid.
Aſchek Perſarum Rex. 75
Aſchik Paſſa Thaumaturgus apud Muhammedanos. 477
Aſſociatio Muhammedanis eſt Idololatria. 104
Aſſociatores Muhammedani vocant Iudæos & Chriſtianos. ibid.
cur gentes in Alkorano ita vocentur. ibid.
Asvvad æmulus Muhammedis. 426
Avaritiam quibus dictis deteſtentur Arabes. 535
Avarus Arabibus dicitur رجل مغفل اليدين vir manibus obſervatus, Hebræis כילי. ib.
Αὐτάρκειαν quibus apophthegmatibus commedent Arabes. 522

Azdeſchir primus Perſarum Rex. 161
memorabilis de eo hiſtoria. ibid.
Schaburi filius, nonus Perſarum Rex. 168

B.

Bacchus, ſeu Diaſares idolum Arabicum. 235
Badrenſis prælii ſecundo Hegiræ anno commiſſi deſcriptio. 442
Bahram rectiùs quartus Perſarum Rex ſtatuitur, quàm Tus. 165
Bahram quintus Perſarum Rex ex poſterioribus. 168
Bahram, filius Schabur undecimus Rex Perſarum ex poſterioribus. 170
Bahram-Ghur decimus tertius Perſarum Rex ex poſterioribus. 172
cur Gur dictus. ibid.
igni litat. 176
à Theodoſio in fugam verſus in Indiam concedit. ibid.
prælium committit. 178
ad ſuos redit. ibid.
difficulter ad regnum admiſſus fuit. ibid.
elephantem interficit. 177
Bahram Dux Hormozi inſequitur Coſram filium Hormozi. 191
Balas decimus ſextus Perſarum Rex ex poſterioribus. 183
Bartſchin Paſſa Thaumaturgus apud Muhammedanos. 477
Bedrenſe prælium, vide Badrenſe.
Beryllus hæreticus, Arabs. 340
Beſtias quasdam à communi uſu emancipârunt Koreiſchitæ. 239
quasdam Sabæi propter uſum magnifaciebant. 301
Bigamiam Sabæi rejiciunt. 281
Bovem Sabæi propter uſum magnifaciebant. 301

C.

Cabar vocatur Venus, & cur. 229
Cadi, Monaſterium, quid. 279
Cahthanus, Eberi filius, Arabum pater. 57
Cai-bahman Perſarum Rex, aliàs Longimanus. 74
Caikobad Perſarum Rex. 73
Cain cur Abelem interfecerit fabuloſa narratio. 25
quomodo à Lamecho interfectus, Arabum fabulæ. 33.34
Calumniam quibus dictis Arabes deteſtentur. 532
Carnes ſuillas Sabæi certo quodam die edunt. 299
Carræ Metropolis. 248
Caſtitas mulierum Turcicarum. 502
Chadigha uxor Muhammedis. 317
Chaibarenſe prælium anno Hegiræ ſeptimo commiſſum deſcribitur. 445
Chahan omnes Turcarum Reges vocantur. 175
Chaldæi qui. 248
etiam Sabæi vocantur, Nabatæi, Charanæi. 246
Chaliphæ Imperatores Muslimici vocantur. 97
dicuntur Omra-almumenin 450
eorum officium & poteſtas. 465. &c.
Cham quomodo mulctatus, quòd Patris detecta pudenda riſerit. 36
Charranæi qui. 248
hiſtoria de iis. ibid.
Chiridelles Thaumatugus apud Muhammedanos. 478
Choraſanæ ortæ hæreſes. 583. &c.
Choreæ. De Choreis Monachorum Turcicorum poſt ſumtum cibum. 497
Chriſtum Arabes vocant filium Mariæ. 159.409
Ieſum, 153
λόγον θεοῦ. 158.409
Muhammed eum Spiritum Dei, & Apoſtolum ejus eſſe dicit. ibid.
eum Arabes etiam vocant وجيه illuſtrem, 159

ei quaſdam de Mundi contemtu chreias tribuunt. 514
cum in cœlo Mediatoris officio fungi agnoſcunt iidem 159
Chriſtiani quomodo Arabibus vocentur.
1. نصاري Nazareni, & cur. 332
2. أهل الكتاب populus libri. 333
3. المشركون aſſociantes. 334
cur aſſociantes vocentur. 104
quo animo in eos fuerit Muhammed. 356
cur iis Meccam ingredi non liceat. 216
iis Muhammed varia ſchiſmata exprobrat. 344
quæ Chriſtiani, Muhammedani & Judæi communia habeant, quæ propria. 560
Chriſtianiſmi ſtatus tempore Muhammedis, & ante eum, deſcribitur ex Marcellino, Hilario, Euſebio & Sozomeno. 336.337.338.339.
Ciborum delectum qualem habeant Sabæi. 287
Circumciſionem præcepit Muhammed. 409
Codomannus, aliàs Aſchek, Perſarum Rex. 75
Cœlum. De eo cum Ariſtotele ſentiunt Sabæi. 283
Collyridiani hæretici Arabes, unde dicti, & quid docuerint. 341
Conjugia Sabæi non contrahunt cum proximis propinquis. 281
Controverſiarum inter Muhammedanos origo. 590. &c.
Coſra aſtu elabitur, & ad Mauritium Imperatorem pervenit. 192
Mauritii ſubſidio Bahram in fugam vertit. ibid.
Romanos milites benignè tractat. ib.
ambit Mauritii filiam. ibid.
ob datam Mauritii filiam Chriſtianiſmum amplectitur. 193
capit Hieroſolymam. 195
ſuccurrit Patri ſuo Hormozo. 191
Coſroës decimus ſeptimus Perſarum Rex, ex poſterioribus. 186
ejus hiſtoria. 189
Crucis lignum Coſra Hieroſolymâ aufert. 195
tradit illud uxori ſuæ, Mariæ, Mauritii Imperatoris Filiæ. ibid.
Cupiditatibus frænum injiciendum eſſe, docent Arabes. 510.511

D.

Dæmonibus veteres Arabes tribuunt poteſtatem in ſtellas. 237
iis Sabæi ſacrificabant. 306
eos etiam per Alkoranum ſervari poſſe ſtatuunt quidam doctores Turcici. 587
Danielis in Alkorano nulla mentio. 92
Darab eſt Darius Nothus. 74
Dararæi hæretici inter Arabes: eorum dogmata. 573
Davidi plurimùm tribuunt Muhammedani. 92. &c.
eum Muhammed vocat ſervum Dei. 92
magnam ejus fuiſſe dignitatem dicunt Muhammedani. 95
eum Regem etiam Muhammedani agnoſcunt. 97
à Muhammede inter Prophetas majores refertur. 95
ejus & Nathanis hiſtoria miſerè à Muhammedanis corrupta. 93
ejus geminus lapſus unde Muhammedanis innotuerit. 95
quid Beidavi de monomachia Davidis & Goliathi referat. 113
Dauſar Arabibus eſt Bacchus. 236
Decimas præcepit Muhammed. 409. 411

ex iis Muhammediſmo multùm accedit. 463
Dervisſiler Monachi tertii ordinis apud Turcas 499
Deſperationem de miſericordia Dei vetat Muhammed. 412
Deus. Quid de eo Muhammedani credant, 413.414
in eum ſolum credere jubet Muhammed. 409.411
doctrinam de eo Sabæi denſis erroribus infuſcârunt. 266
de Dei cultu quid ſenſerint Sabæi. 276.
cultus Dei Sabæis vel diurnus, vel menſtruus. ibid.
Dei & hominum diſpar reſpectus apud veteres Arabes. 143
Diabolos ex Adamo genitos eſſe quidam fingunt. 23
Diaſares, ſeu Bacchus, idolum Arabicum. 235
Δικέρατος à Muhammede cur vocetur Alexander. 54
Dilkefel quis. 58
Elias eſt. 59
Doctorum Turcicorum diſſenſiones. 587
Δοκομγείας ſtatuunt Mutazalitæ 564
Dulaktaph cur Schabur ſecundus dictus. 162
Duratio diuturna non eſt nota veræ Eccleſiæ, quia Muhammedani eandem ſibi vendicare poſſunt. 457

E.

Eber Arabibus Hud dicitur. 38.39
propheta dicitur, quia ſe Idololatriæ oppoſuit. 40
Eccleſiæ notas cum Muhammedanis eaſdē habent Pontificii. 450. &c.
1. nota Bell. eſt ipſum Eccleſiæ Catholicæ nomen: ita Muhammedi, nomen Eccleſiæ fidelium. ib.
2. nota Bell. eſt antiquitas: eandem jactant Muhammedani. 456
3. Bell. eſt Confeſsio adverſariorum: eandem Muhammedani maximè urgent. 545.546
4. Bell. eſt duratio diuturna: ſed eandem potiori jure ſibi vendicant Muhammedani 457
5. nota Bell. eſt infelix exitus Eccleſiam oppugnantium, & felicitas eam defendentium: idem dicunt Muhammedani. 547.548
6. Bell. nota ſunt miracula: Muhammedanis quoque. 473
7. nota Bell. eſt multitudo: at hæc nota Muhammedanis potiùs competit, quàm Chriſtianis. 457
8. ſanctitas autorum Religionis: eandem urgent Muhammedani. 498
9. nota Bell. ſucceſsio Epiſcoporum: eandem urgent Muhammedani. 464
Edris cur ſit Enoch. 30
Eiz Arabibus vocatur Eſavus. 53
Eleemoſynam quibus apophthegmatibus commendent Muhammedani. 521
Elephas à Babram-Ghur interficitur. 177
Elias Arabibus الخضر dicitur. 59
cur ita vocetur. 87
item Dilkefel. 58
eundem Prophetam vocant. 89
quid de eo ſtatuant Muhammedani. 87
ejus originem ignorant. ibid.
diſputatio ejus cum Baalitis ex Alkorano. 89.90
eum cum Pinchaſo confundunt Rabbini. 87
fabula de Elia, Moſe & Joſua ex Beidavi. 88
in deſcriptione vitæ ejus Arabes turpiter hallucinantur. 89
Emina mater Muhammedis 204
non fuit ex ſtirpe Judaica. 205

Hhhh Enoch

Enoch cur Arabibus Edris dictus. 30
propheta fuit. 31
ejus libros Sabæi jactant. 256
Epithetorum obſervantiſsimi Arabes. 25
Syri,iique Chriſtiani in eo hos imitantur. ibid.
Epocha Arabum celeberrima ab Hegira, ſeu fuga Muhammedis deducitur. 441
Eruditionem quanti Arabes faciant. 530
Eſavum Arabes عيص vocant. 53
ei duos filios tribuit Keſſæus. ibid.
Evangelium verum eſſe agnovit Muhammed. 409
Eudæmones dicuntur Arabiæ felicis incolæ. 210.211

F.

Fidei Muhammedicæ natura deſcribitur. 421
Filios veteres Arabes immolârunt. 244
eos Sabæi per ignem traduxerunt. 202.306
Fœnus. Ab eo abſtinendum eſſe, docet Muhammed. 411
Foſſæ bellum anno quinto Hegiræ geſtum deſcribitur. 444
Fraudem diſſuadet Muhammed. 411

G.

Gabrielis Angeli colloquia venditat Muhammed. 401.423
Garæi ditiſsimi fuerunt. 206
Genealogia Muhammedis ab Arabibus triplicites deſcribi ſolet. 17.18.19
tertia, genealogiæ ejus, ſpecies quatuor ætatibus diſtinguitur. 19
1. ætas ab Adamo ad Abrahamũ. 20
2. ab Abrahamo ad Moſen. 48
3. à Moſe ad Chriſtum. 75
4. à Chriſto ad Muhammedem. 149
cur Muhammedis genealogia tam fusè hic deſcripta. 198
Genebrardi puerilis hallucinatio in vocibus أمرا المومنين caſtigatur. 452
Georgius Arabibus quis. 149.150
ejus acta juxta Baronium apocrypha. 150
eum Muhammedani ſuum faciunt. 151
apud Turcas miraculis clarus. 480
Gerges, ſeu Georgius quis. 149.150
ejus mentio fit in Alkorano, in Keſſæo, Patricide & Elmac. 150.152
Ghabæus & filius ejus ſectæ Mutazalitarum Antiſtites fuerunt. 567
Ghabræi hæretici inter Arabes. 571.572
dicti à جبر vicit, ſuperavit, & cur. ibid.
eorum ſententia de Providentia. 572
Ghahetæi hæretici Arabes, Mutazalitarum propago. 569
Goliath Arabibus dicitur Galuth. 111
ejus hiſtoria. ibid.
quid Beidavi de Monomachia cum Davide referat. 113
Gotvelmiſtſchin Thaumaturgus apud Muhammedanos. 475
Gratias Deo agendas eſſe pro quolibet beneficio dicit Muhammed. 412

H.

Hadibiatica pugna anno Hegiræ ſexto commiſſa deſcribitur. 444
Hæreditates nullas conſequebantur mulieres & infantes apud veteres Arabes. 244
Hæreſium Arabia eſt ferax. 340
Hæreſes Choraſanæ ortæ. 583
Haitalitæ qui. 180
à Phiruz Perſarum Rege oppugnantur. ibid.
Hamiræus ſtatuit Muhammedem fil. Hanfiæ aliquando rediturum ad re-

reformandos hominum mores. 599
Hamza patruus Muhammedis primus cum 30. Musliminis emittitur præliaturus. 441.442
Hamzæi hæretici inter Arabes. 574. 575
eorum dogmata. ibid.
Haniſæi hæretici inter Arabes. 550. 551.
Harſchi Peltech Thaumaturgus apud Muhammedanos. 475
Hegira dicitur fuga Muhammedis. 429
explicatur hæc vox, & ejus genuinus oſtenditur ſignificatus. 429. 430
Hegiræ Muhammedis cauſſæ recenſentur ex Beidavi & Abunazaro. 431. &c.
ea incidit in annum 14. novæ religionis Muhammedicæ. 430
quid Muhammed ſingulis Hegiræ ſuæ annis geſſerit. 441
vide in voce Muhammed.
celeberrima Arabum Epocha ab Hegira Muhammedis deducitur. 441
Henbelitæ hæretici inter Arabes. 555
Hieroſolyma à Coſra Perſarum Rege capta. 195
Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ pars ex Scriptoribus Arabum haberi poteſt. 321
Homines oculos mortalium ſubductos, redituros ad reformandos hominum mores, docuit Hamizæus. 599
Honain. In valle Honain ab Arabibus Paganis cæduntur Muslimini. 446.
Hormoz tertius Perſarum Rex ex poſterioribus. 165
Hormoz Bahrami frater ſextus ex poſterioribus Perſarum Rex. 168
Hormoz alter, ſeptimus ex poſterioribus Perſarum Rex. ibid.
Hormoz decimus octavus ex poſterioribus Perſarum Rex. 188
regiminis ejus hiſtoria ex Elmacino. 188. &c.
tyrannus fuit. 191
oppugnatur à Chakano. ibid.
& à Duce ſuo Bahramo. ibid.
ei ſuccurrit filius Coſra. ibid.
mors ejus. ibid.
Hud eſt Eber. 38. 39
Humilitatem comendant Arabes. 509
Hypocriſin deteſtantur Arabes. 538

I.

Jacob cur Iſraël vocetur juxta Muhammedanos. 53
Jacobitarum ſecta qualis. 345
ita dicti à Jacobo quodam, cujus meminit Patricides & Elmac. 346. 347
Jaguth idolum Arabicum. 234
Jahia Arabibus eſt Johaunes Baptiſta. 144
Japhetus quis, & qui ejus poſteri. 37
Jatrib eſt Medina. 440
Jauk idolum Arabicum. 234
Jaſin quis ſit, ignorant Muhammedani 90
eſt Eliſæus. ibid.
Jazdigerdes filius Bahram-Ghur decimus quartus Perſarum Rex, ex poſterioribus. 179
Jazdigerd duodecimus Perſarum Rex, ex anterioribus. 170
ſummus tyrannus interimitur. 171
Ibn-Phurek celeberrimus Loquens apud Arabes. 560
Ibrad nomen ignotum. 91
Idola venerabantur Koreiſchitæ. 228
eorum cultum deſtruxit Muhammed. 409
Idololatriam Muhammedani Aſſociationem vocant. 104
Jectanus. Eberi filius, Arabum pater. 57
Jejunium menſis Ramadan præcepit Muhammed. 409 411

Jeſus Arabibus Isa dicitur. 153
eundem λόγον θεῦ vocant, ſed ineptam appellationis hujus rationem fingunt. 158
quid de eo credant Muhammedani, ex Alcorano docetur. 153. &c.
nomen, Jeſus, Muhammedanis non ignotum. 156
ſed quid ſignificet ignorant. 157
Meſſiæ quoque, ſeu Chriſti nomen eis venerabile. ibid.
Jethro Muhammedi Schoaib dictus. 78
Jezidus Kadræorum ſectæ aſſecla. 571
Igni Bahram litat. 179
per ignem filios traducebant Sabæi. 306
Imago. De Sabæorum imaginibus. 285
Imperatores Muslimici dicuntur Omra-almumenin. 450
amant vocari نصير الملك : والدين 451
cognomina habent ad pietatem compoſita. ibid.
Imram ab Alkorano ineptè Mariæ θεοτόκῳ, tanquam Pater filiæ præmittitur. 120
ratio illius ἀισχρονίας redditur. 121
juxta Zamhaſchari & Leſſæum coætaneus Zachariæ. 129
Infantes nullas hæreditates conſequebantur apud veteres Arabes. 244
Infernus. Quid de eo credant Muhammedani 419
Ingratitudinem quibus dictis rejiciant Arabes. 537
Invidiam averſantur Arabes. 539
Jobus ad Eſavi poſteros refertur. 54
compendium hiſtoriæ ejus ex Keſſæo. ibid.
eum quidam Conſtantinopoli fuiſſe ſepultum ſomniant. 55
juxta Arabes Propheta fuit. 55. 56
Johannes Baptiſta cur خصور Arabibus dictus. 129
iisdem Jachia dictus. 144
in Alkorano Propheta dicitur. ibid.
hiſtoria annunciationis. ibid.
nativitas ejus. ibid.
eum & Chriſtum patrueles fuiſſe dicunt Arabes. ibid.
ineptè cum Elia confunditur. ibid.
Martyrii ejus meminerunt Judæi. 145
Arabes, ibid.
Jokſchan quis fuerit. 51
Jonas Arabibus ذانون vocatur. 59. 113
ejus hiſtoria ex Alkorano & Beïdavi. 114
quandiu in ventre ceti fuerit variant Arabes. 116
ceti nomen fingunt fuiſſe Retha. ib.
quid per ejus Kikajon intelligant. 116. 117
ejus μεμψιμοιρίαν ob arefactum Kikajon Arabes ſimilibus à vaſis figlinis & ſemine explicant. 118
Joſua à Muhammede vocatur فتية : موسى puer Moſis. 72
dicitur Cananæis Lupus veſpertinus. 60
apud Gentiles & Muhammedanos celebris. ibid.
ad eum Schaubeci epiſtola. 60. 61 &c.
ejus ad Schaubeci epiſtolam reſponſio. 66. &c.
Muhammedanis notus. 69
ejus meminit Keſſæus. ibid.
item Muhammed & Beidavi. 72
gentibus notus fuit, ut ex inſcriptionibus patet. 68
Iſa Arabibus Jeſus dicitur. 153
Iſaacus Arabibus dicitur ذبيح الله 25. 52

iiſdem dicitur غلام حليم ibid.
in ſacrificii ejus memoriam Muhammedani quotannis ſolennitatem inſtituunt. 52
cum Muhammedani Prophetam vocant. ibid.
Iſmaël magnus Arabum Propheta. 56
cum جد محمد avum Muhammedis appellant. ibid.
impiè cum dicunt ذبيح الله ib.
non eſt Arabs βαθὺς ſed ἐπίκτητος. ibid.
à Giggæo non rectè Arabum Pater vocatur. 57
remotus Muhammedis avus eſt, 203
impiè à Muhammede Propheta vocatur.
ejus poſteri Arabiam deſertam incolunt. 210
Iſmaëlis Zophi hiſtoria. 597
Iſraël cur dicatur Jacobus Patriarcha juxta Muhammedanos. 53
Judæi Muhammedanis Aſſociatores dicti. 104
eoſdem vocant يهود vel هود ſed vocis originem ignorant. 322
alia eorum nomina. 223
eorum ſtatus tempore Muhammedis miſer fuit. ibid.
Judæi, Chriſtiani & Muhammedani quæ communia, quæ propria habeant. 560
iiſi Muhammedem prætextu Meſſiæ venturi rejiciunt. 326
aliquót verſiculi ex Alkorano contra eos. 228
iis à Muhammede ſcelera exprobrantur. 325
illi Muhammedi reſiſtunt. 326
in eos Muhammed animo infenſo fuit. 325
eorum exilium. 324
eorum contra Chriſtianos technæ, dum ſe cum Coſra Perſarum Rege contra eos conjungunt. 196
Judicium præceps diſſuadet Muhammed. 411
Judicium ultimum credit Muhammed. ibid.
quid de eo credant Muhammedani. 418
juxta Arabes in Syria habebitur. 324
Juramentum vanum per Dei nomen prohibet Muhammed. 411
Juramenta vetat Muhammed. ibid.
Juſtitiam quibus apophthegmatibus commendent Arabes. 521

K.

Kabel eſt Cain, & cur. 27
Kadræi ſchiſmatici inter Arabes. 570
ita dicti, quia αὐτεξούσιον defendebant. ibid.
eorum aſſecla fuit Jezidus. 571
eorum ſententia de Prædeſtinatione & Providentia. 570
de libero arbitrio. 571
Karmatæi hæretici inter Arabes. 575
eorum dogmata. ibid.
eorum incrementa. 577. 578
Kedar quis. 58
Patriarcha Arabum eſt. ibid.
Ketada autor ſectæ Mutazalitarũ. 563
Kikajon Ionæ quid Arabibus. 116. 118
Kobades Balaſi frater rex Perſarum. 184
deſcriptio adminiſtrati ab eo regni. ibid.
Koreiſchitarum tribus primaria. 206
incolunt Meccam. 215
unde vulgò المشركون dicti. ibid.
eorum cultus conſiſtebat:
1. in veneratione idolorum. 228
2. in ἀγγελολατρείᾳ. 236
3. in eo, quòd Dæmonibus tribuerunt

Digitized by Google

runt imperium quoddam in ſtellas. 237
4. in negatione reſurrectionis mortuorum 238
5. in adminiſtratione ſacrorum nudis facta corporibus. ibid.
6. in ſuperſtitioſa emancipatione ovium & camelorum. 239
7. in τεκνοθυσίᾳ, & aliis quibuſdam. 244
Muhammedem civem ſuum Meccâ expellunt. 428
tranſportationem Muhammedis ساكر مبين Magiam manifeſtam vocant. 473

L.

Lamech Arabibus Malec dicitur. 33
Cainum interfecit. ibid.
quomodo Cainum interfecerit, fabulæ Arabum. 34
Lex Moſis. Perpetua ferè inter legem Moſis, & ritus Sabæorum antitheſis eſt. 297. Vide, Moſis lex.
legem nihil prodeſſe, ſed ſolâ gratiâ hominem ſervari docent quidam Doctores Turcici. 588
eam veram eſſe agnovit Muhammed. 409
Liberalitatem quibus apophthegmatibus commendent Arabes. 522
Liberum arbitrium defendunt Kadræi. 570. 571
Lingua quomodo frenanda, docent Arabes quibuſdam ſententiis. 527.
Λόγος θεοῦ Arabibus Chriſtus. 158
Lokmannus quis fuerit. 101
fuit Aeſopus, quod aliquot rationibus probatur. 101. 102. &c.
لقم eſt vox Arabica, cujus radix 102
eum Muhammedani credunt futurum in ultimo judicio advocatum. 106
Longimanus aliâs Caibahman. 74
Loquentes apud Arabes qui. 560
fuerunt Theologiæ ſcholaſticæ prodromi. ibid.
eorum quædam ſententiæ. 561.
de iis προλεγόμενα generalia ex Maimonide. 556. 558
eorum ſcopus & intentio quæ. 561
Luciferi idolum venerabantur Koreiſchitæ. 228
Lunæ in novilunio à Sabæis hircus offerebatur. 305
ejus ſciſſio tanquam miraculum Muhammedi tribuitur. 488. 489
Luſtrationes habent Sabæi. 281

M.

Magiam Sabæi colebant. 299
Magiſtratûs dignitas quibus verbis ab Arabibus exprimatur. 529
Magus à Perſico مغ. 588
Maledicendum nulli creaturæ dicit Muhammed. 412
Mamluci augent Muhammediſmum. 459
Manes ſublatus à Bahramo Perſarum Rege. 166
Manichæi ex Arabia oriundi. 344
Mare arenoſum prope Danchali, Arabiæ felicis urbem. 213
Maria Θεοτόκος. Quid de ea Muhammedani referant. 131. 132. &c.
1. volunt nomen Mariæ, devotam ſignificare. 132
2. ejus parentes fuiſſe Hannâm & Imram. ibid.
3. eam à Zacharia fuiſſe ſuſtentatam. 133
4. eam cæteris mulieribus præſtare. 137
5 dicunt eam ſimilem eſſe Phatimæ Muhammedis filiæ. 141

4. re-

a. reſpectu perfectionis. ibid.
b. miraculoſæ cibationis. ibid.
6. defendunt ejus ἀειπαρθενίαν. 142
an Muhammed eam labe peccati originalis exemerit. 138
figmenta eorum, quomodo conceperit. 142
quomodo ſoror Aharonis: Nugæ Ahmedis. 124
ineptè in Alkorano filia Imran dicitur. 120
quomodo filia Imran vocetur Arabes ignorant. 122
duos fingunt Imranes. 123
Maria à Collyridianis pro Dea habita eſſentiâ, an cultu, dubitabatur, 342.343.
à quibusdam pro Dea habita. 343
eam à peccato originis immunem eſſe, quando primùm doceri cœperit. 139
Marianitæ dicti, qui Mariam pro Dea habebant. 343
Martyrum loco Muhammedanis omnes ii habentur, qui in præliis religionis cauſâ ſuſceptis mactantur. 442.443
de eorum ſtatu quid ſentiant Muhammedani. 422
Materiam cum Ariſtotele eandem ſtatuunt Sabæi. 283
Matthan. De eo malè ſcribunt Arabes. 107
Mauritius Imperator Filiam dat Coſræ Perſarum Regi. 192
à Phoca interficitur. 193
ejus mortem gener ulciſcitur. ibid.
Mauz qualis arbor. 117
Mecca dicitur etiam Becca. 214
dicitur عقام & عميق & cur. ib.
item Arach, ſed malè. 215
item מסא Meſo juxta Iudæos. ib.
eſt urbs Arabiæ deſertæ. 213
eſt Patria Muhammedis ibid.
eam Muhammedani venerantur,
1. quia Muhammed in ea natus. 216
2. quia magna Alkorani pars in ea fabricata. ibid.
3. quia locus eſt celebris *a*. Peregrinationibus. *b*. Templo. *c*. aliis quibusdam rebus. ibid.
eam Koreiſchitæ incolunt. 215
cur eam Chriſtianis ingredi non liceat. 215.216.
Medina etiam Iatrib dicitur. 440
fuit fugientis Muhammedis aſylum. 439
ibi octo annos commoratus eſt Muhammed. 441
ibi Alkorani maxima pars cuditur. ibid.
Melkitarum ſecta Arabibus nota. 230
quinam illi ſint. 348
ita in Oriente dicebantur orthodoxi, qui Chalcedonenſem Synodum contra Dioſcurum receperunt. 355
aliàs Romani dicti à nova Roma. 356
Alii ſunt hæretici inter Arabes. 551
Menath idolum veterum Arabum. 231
Mendacium quibus apophthegmatibus deteſtentur Arabes. 533
Menſis, Sabæorum ſacra per omnes menſes. Vide, Sabæi.
Meſo dicitur Mecca. 215
Meſſias, ſeu Chriſtus, nomen Muhammedanis venerabile. 157
quid hæc vox ſignificet, Arabes ignorant. ibid.
Meteora. De iis cum Ariſtotele ſentiunt Sabæi. 283
Miracula Bellarm. facit notam Eccleſiæ cum Muhammedanis. 473
plurimùm de miraculis gloriantur Muhammedani. 473. &c.
hodie tamen ea Turcæ non multùm jactant. 485
alii Muhammedi multa tribuunt,

quò

quò referunt præſtantiam Alkorani. ibid.
item ſciſſionem Lunæ. 488
alii miraculorum neceſſitatem negant. 490
Monachus Turcicus ferrum candens ori imponit. 481
Monachorum Turcicorum ſanctitas. 495
Monaſterium Cadi quid. 280
Μᾶχος Græcis quis, & unde dictus. 586.
Moſelmanni unde, & cur dicti Muhammedani. 4
Moſes unde ſic dictus. 79
ejus varia nomina. ibid.
dicitur Arabibus كليم الله. 25.80
ejus ſæpe meminit Beidavi. 84
eum reliquis Prophetis præponit. ibid.
novem ſigna de eo recenſet. 85
ejus apud Arabes frequens mentio. 77
quid de eo Muhammed in Alkorano referat. ibid.
ejus hiſtoriam Keſſæus recenſet, in qua quædam falſa, quædam vera. 80. &c.
ejus lex Muhammedi dicitur امام ورحمة ibid.
perpetua ferè inter ejus legem & ritus Sabæorum antitheſis. 298
exempla hujus antitheſeωs varia à pag. 298. ad 307. recenſentur.
Muavias ſe Ali opponit. 590 591
Mufti doctor, apud Muhammedanos ſummæ authoritatis eſt. 464
Muhammed. Nominis hujus, ex mente Muſelm. præſtantia. 16
qualis ſit vox, & quid ſignificet. 13
quot modis ſcribatur, & quæ ejus genuina ſcriptio. ibid.
alia ejus nomina. ibid. &c.
de nativitatis ejus anno variant ſcriptores. 217. 218
nativitatis ejus annus non ſine cauſſa ignoratur. 219
de miraculis, quæ in ejus nativitate obtigeriut. 220. 224 225
ejus parentes fuerunt è tribu Koreiſchitarum. 206.
ejus naturalis pater Abdalla. 203
avus remotus Iſmaël. ibid.
propinquus ejus avus Abdol-mutleb. ibid.
ejus parentes pauperes fuerunt. 205
non fuit ex abjecta & vili tribu. 206
cur dictus ابن الذبيحين
ejus mater Emina. 204
cur Abrahamum patrem ſuum vocet. 202
ejus Genealogia. Vide, Genealogia.
cur in hoc libro tam fusé deſcripta. 198
educatio ejus compendioſè ex Elmacino. 310
de ejus infantia. ibid.
de ea fabuloſus eſt Abunazarus. ib.
ejus opera offertur Chadighæ. 311
fabulæ Abunazari de ejus educatione.
1. quomodo patruus de dote ſolicitus cum Atecha amita Chadighæ operam ejus obtulerit. ibid.
2. quòd Chadigha famulum hunc, jam ſecundùm quietem notum, lubenter exceperit. 312
3. quòd liberale ſtipendium ei Chadigha deſtinârit. 313
4. quòd patrui ædes reliquerit. ibid.
5. quòd iter Syriacum ingreſſus fuerit. 314
6. quòd ex prodigio pro Propheta fuerit agnitus à Monacho quodam, & à Iudæis. 315. 316

7. quòd

7. quòd ab Angelo Meccam tranſlatus ſit. 316
8. quòd Chadighæ deſponſatus fuerit. 317
ex qua ſeptem liberos ſuſcepit. ibid.
ejus patria eſt Mecca urbs Arabiæ deſertæ, non felicis. 213
epilepticus fuit. 14
primò Koreiſchitarum cultum ſequebatur. 227
quadrageſimo ætatis anno Pſeudopropheta eſſe cœpit. 398.
tantam authoritatem ſibi conciliavit.
1. quia multa naturalia habuit. 399
2. jactavit colloquia ;inſtituta cum Deo, & Archangelo Gabriele. 400.401.423
quid de ejus Prophetia credant Muhammedani. 418
æmulos habuit Iudæos, & Arabes quoſdam. 425.426
ei Iudæi reſiſtunt. 326
eum prætextu venturi Meſſiæ rejiciunt Iudæi. 327
ſe & ſuos veros Chriſti aſſeclas eſſe putat. 455
duxit uxorem Thegiazim, quæ vix triduum cum eo commorata, eum rurſus deſerit. 426
poſt Chadigham duxit Aiiſcham, filiam Abubecri, & Sevvadam filiam Zamaæ. 318
ejus in Syriam iter quidam negant. ibid.
hos refutat Abunazarus, Ahmed Ibn Edris, & alii. 319
quid in illo itinere præſtiterit. ibid.
unam tantùm intra fines ſuos religionem habere vult. 549
ei quidam miracula tribuunt, ut Alkorani præſtantiam. 485
& ſciſſionem Lunæ. 488
à Koreiſchitis Meccâ expellitur. 438
ejus in fuga aſylum Medina. 439
ejus fuga incidit in annũ decimum quartum novæ Religionis Muhammedicæ. 430
cauſſæ fugæ illius recenſentur ex Beidavi & Abunazaro. 432.433
octo annos Medinæ commoratur 441
quid in Hegira, ſeu fuga illa geſſerit : anno primo Hamza patruum cum triginta Muſliminis emiſit, quorum conatus irritus fuit. 441.442
anno ſecundo commiſſum prælium in Beder. 442
anno quinto geſtum eſt bellum foſſæ. 444
anno ſexto accidit clades Hadibiatica. ibid.
anno ſeptimo prælium Chaibarenſe commiſſum. 445
anno octavo Mecca expugnatur. ib.
anno novo Tebucenſe prælium committitur 447
uno ante Hegiram anno dicunt eum tranſportatum eſſe Hieroſolymam. 472
ejus in fuga ſocii. 437
ejus in fuga ſocius fuit Abubecer. ib.
eum Zeinaba Iudæa veneno necare cogitat. 445
infenſo in Iudæos animo fuit. 325
Iudæis ſcelera exprobrat. ibid.
quo animo in Chriſtianos fuerit. 356
varia Chriſtianis ſchiſmata exprobrat 344
vixit ad annum Hegiræ undecimum. 448
ejus mors deſcripta ex Elmacino & Patricide. ibid.
Muhammedanorum nomine qui intelligantur. 1.
Eorum nomina generalia ſeptem recenſentur. Nempe 2.3.4.5
Populus Muhammedis. 2
Populus libri. 3
Populus congregationis. ibid.
Populus legis. ibid.
Populus reſpectus. 4

Muſelmanni. ibid.
credentes. 54
Eorum nomina ſpecialia tria recenſentur: vocantur enim,
populus Iſmaël. 5
Agareni. 8
Sar^ceni. 9
ſuum Muhammed Chriſto præferunt, quemadmodum Pontificii ſanctos ſuos. 221
eaſdem Eccleſiæ ſuæ obtendunt notas,quas Pontificii. 450
ii ſucceſſionem æqué urgere poſſunt,atque Pontificii. 464
vide etiam ſucceſſio.
locum,quem Abraham in Chaldæa incoluiſſe dicitur venerantur, nec non ejus ædes. 203
quantum inter ſe differant in explicatione Alkorani. 586
in ritibus diſſentiunt. ibid.
eorum variæ ſententiæ, ſchiſmatà & hæreſes. 550
quæ cum Chriſtianis & Judæis communia habeant, quæ propria. 560
Muhammedicæ doctrinæ compendium. 208.&c.
ejus primi aſſeclæ qui fuerint. 424
Muhammediſmus quàm latè pateat. 1
ejus multitudo conſtat.
1.ex Mamlucis. 459
2.ex iis,qui vi coguntur. ibid.
3.ex ſpontaneis. 460
4.ex decimis. 463
ejus cauſſæ προκαταρκτικαί. 396
ejus cauſſæ conſervantes. 449
Muhammediſmi & Socinianiſmi parallelismus. vid. Socinianiſmus.
Mulieres nullas hæreditates conſequebantur apud veteres Arabes. 244
earum modeſtiam & pudicitiam ſummo loco habent Arabes. 512
Multitudinem malè Eccleſiæ notam facit Bellarm. quia eandem prætendere poſſunt Muhammedani. 457
Mundum cum Ariſtotele æternum fecerunt Sabæi. 283
ejus contemtum diligentiſſimè ſuadent Muhammedani. 512. ad 519
Muſeilema Muhammedis æmulus. 426
prælium inter eum & Muhammediſtas. ibid.
Muſlimicorum Imperatorum parſimonia. 493
Muſlimini ab Arabibus Paganis in valle Honain cæduntur. 446
Mutazalitæ. De iis αὐτολεγόμενα generalia ex Majmonide. 556.558
quales apud Arabes hæretici. 563
ſectæ hujus autor Ketada. ibid.
maxima habuerunt incrementa apud Chorazmios. 567
ſectæ hujus Antiſtites Ghabæus & filius ejus. ibid.
eorum opinio de Providentia. 363. 364
in Alkorani explicatione ab aliis differunt. 566

N.

Nabatæi Sabæorum aſſeclæ qui. 247
conſideratio religionis eorum utilis & neceſſaria. 246.247
Petram,Arabiæ Petrææ Metropolin,incolunt. 209
Naila quale Arabum idolum. 232
Nathanis & Davidis hiſtoria miſerè à Muhammedanis corrupta. 93
Nativitas Muhammedis, Vide,Muhammed.
Nebucadnezaris hiſtoria. 325
Nephes Ogli Muhammedanis qui.
Neſer idolum Arabicum. 234
Neſtorianorum hæreſis Arabibus nota. 349
Nimrod Arabibus Temud dicitur. 46
Noachus. Quid de eo Arabes ſcribant. 34.35
quid de eo crediderint Sabæi. 284
Nomades Arabiæ deſertæ incolæ. 210
Nois,aliàs Hormoz, ſextus Perſarum Rex ex poſterioribus. 168

O:

Digitized by Google

O.

Oboda, ſeu Obodes Arabicum idolum. 236.
Obtrectationem prohibet Muhammed. 412
Omra-almumenin dicuntur Imperatores Muslimici. 450
Orphani facultates non rapiendas eſſe docet Muhammed. 412
Ormisda Arabibus Hormoz Perſarum Rex. 165
Ozair eſt Eſra. 92

P.

Paradiſus. Quid de eo credant Muhammedani. 419.420
Parentibus debitum obſequium commendant Arabes. 526
Parſimonia Muslimicorum Imperatorum. 493
Patientiam à ſuis exigit Muhammed. 412
quibus dictis eam commendent Muhammedani. 519.520
Patriarcha Arabum Kedar. 58
Paulus Apoſtolus. De eo fabula Ahmedis.
Peccatum. Neminem à peccato immunem eſſe fatentur Arabes. 540
Peccatum originale à Muhammedanis in omnibus hominibus tollitur, excepto Alkorano. 140
controverſia, an Maria à peccato originis immunis, quando primùm mota. ibid.
Peleg in Alkorano Zalech dicitur. 44. 45
Peregrinationem ad Templum Meccanum præcepit Muhammed. 409.411
Perjurium prohibent Arabes. 534
Perſæ Alim Prophetam ſuum venerantur. 594
de hoc Ali plura, vide in voce Ali.
à reliquis Saracenis in religione differunt. 589
Regi cuidam ſeptem leges, ſeu conditiones ponunt. 173
Perſici Reges anteriores. 73
poſteriores. 161
Phailakus eſt Philippus. 108
Pharao Arabibus vir paxillorum dicitur. 59
Phatimam, filiam Muhammedis, ducit Ali. 595
Phatimæi dicuntur poſteri Alis, ex Phatima, Muhammedis filia, nati. ibid.
iis reſiſtebant Chalifæ Bagadenſes, eósque Charigæos, id eſt, Hæreticos vocabant. 596
Φιλοπονίαν commendant Arabes. 526
Phiruz filius Jazdigerdis, decimus quintus Perſarum Rex, ex poſterioribus. 179
non Nephthalitas, ſed Haitalitas oppugnavit. 180
Phocas Mauritium interficit. 193
Phylacteria Judæorum & Sabæorum. 301
Pietas. De ea varia Arabum apophthegmata. 507
Pigritiam deteſtantur Arabes. 536.537
Planetas Deos eſſe dicunt Sabæi. 266. 267
Pœnitentiam quibus dictis commendent Arabes. 541.&c.
Πολυσαργμοσύνην rejiciũt Perſæ. 540
Pontificii & Muhammedani in deſcriptione ſanctorum ſuorum comparantur. 221
imitantur Muhammedanos execratione ſui, de religionis veritate judicantes. 160
frivolis quibusdam diſtinctiunculis ſuorum errores defendentes Muhammedanis ſimiles, qui eodem modo Muhammedis errores emolliunt. 405
eaſdem Eccleſiæ notas obtendunt, quas Muhammedani. 450.&c.
Prædeſtinatio Arabibus dicitur القضا 572
quid de ea Kadræi ſentiant. 570

Præjudicia quid poſſint, Muhammedis exemplo diſcimus. 126
Precatio loricæ qualis. 404
Preces ſtatis temporibus, præmiſſa ablutione, peragendas eſſe docet Muhammed. 411
quàm in iis devoti Turcæ. 501
Muhamedani eas recitaturi vultum Meccam versùs convertunt. 4
de Sabæorum precibus. 280
Prophetam quomodo Sabæi deſcribant. 282
Prophetis credendum eſſe dicit Muhammed. 411
majorum apud Muhammedanos ordo. 95
Prophetia. Quid de Prophetia Muhammedis credant Muhammedani. 418
Providentia actualis Arabibus dicitur القدر. 572
quid de ea credant Muhammedani. 414
Providentiam circa bona & mala agnoſcunt Muhammedani. 411

de ea	Aſcharitarum	ſententia	569
	Ghabæorum		572
	Kadæorum		570

quid de eo Mutazalitę ſenſerint. 563
Proximo benefaciendum eſſe docet Muhammed. 412
Purgatorium credunt Muhammedani. 420.421
Pyreum Adrebighanum. 176

R.

Recaas quot recitandas eſſe velit Muhammed. 411
Religionem intra fines ſuos unam tantùm habere vult Muhammed. 549
Repudium ob ſolum adulterium concedunt Sabæi. 281
mulieris caſtæ repudium prohibet Muhammed. 411
Reſurrectionem credunt Muhammedani. ibid.
quid de ejus die credant iidem. 420
eam Koreiſchitæ negârunt. 238
Rex. Perſæ futuro Regi ſeptem conditiones ponunt. 173
Reges Perſici anteriores. 73.&c.
poſteriores. 161
Romani, Melkitæ dicti à nova Roma, 356
eorum ſecta nota Arabibus, & qualis. 348

S.

Sabæa cur dicatur Arabia felix. 210. &c
Sabæi qui, & quæ eorum ſuperſtitio. 255.256
dicti à Saba. 156
quo ſenſu pro Libris ſumantur. 156.&c.
ad eos Abrahamus miſſus fuit. 260
de eorum origine. 246
de eorum aſſeclis, qui ſunt Nabatæi, Charanæi. &c. 247.&c.
eorum religionis conſideratio utilis & neceſſaria. 245
eorum ſuperſtitio latè fuit graſſata, & diu obtinuit. 261
etiam tempore Nazianzeni adhuc fuerunt ſuperſtites. ibid.
Principum eorum ſeries. 263.264
eorum varia dogmata. 265
quid de Scriptura ſentiant. ibid.
quid de Deo. 266
quid de cultu Dei per ſingulos menſes. 267
eorum dogmata de conjugio & repudio. 281
de luſtrationibus. ibid.
de beſtiis ad ſacrificia deſtinatis. 281
de cibo. 282
de Prophetis, materia, forma. 282 283
de Meteoris, mundo, Sanctis vet. Teſt. Adamo, Noacho. 283 284
de Setho, de imaginibus. 284
eorum diurna & menſtrua ſacra. 267.&c.
diem primum Soli, ſecundum Lunæ, tertium Marti, quartum Mercu-

Digitized by Google

curio, quintũ Jovi, ſextum Veneri, ſeptimũ Saturno feriantur. ib.
ſacra eorum primi menſis. ibid.
ſecundi menſis 269
tertii menſis. ib.
quarti menſis. 270
quinti menſis. 272
ſexti menſis. 273
ſeptimi menſis. 275
octavi menſis. 276
noni menſis. ib.
decimi menſis. 277
undecimi menſis. 278
duodecimi menſis. ibid.
ſe radebant. 299
ſacrificia ſale non condiebant. 301
nonniſi panem fermentatum offerebant. ibid.
Solem adoraturi ſe ad orientem vertebant. 302
de eorum precibus. 280.
ter ſingulis diebus orant. ibid.
ſacrificabant Dæmonibus. 300
ſacra ſua nudi peragebant. 303
in novilunio hircum Lunæ offerebant. 305
colebant Magiam. 299
beſtias quaſdam propter uſum magnificiebant. 301
filios per ignem traducebant. 306
eorum imagines Tilſemat dictæ. 284
viri muliebres veſtes induebant. 305.306
carnes ſuillas certo quodam die edebant. 299
ſanguinem edebant. 303.304
eorum amuleta. 301
perpetua ferè inter legem Moſis, & Sabæorum ritus antitheſis. Vide, Moſis lex.
varios libros ſcripſerunt. 298
jactant Sethi & Enochi libros. 265
Sacra nudo corpore adminiſtrârunt Koreiſchitæ. 238
Sacrificia. In beſtiis ad ea deſtinatis delectum habebant Sabæi. 182
Sadducæi Arabibus زنادقة Zindikæi dicti. 581
cur ita dicti. 254
eorum varia nomina ex ſcriptoribus Arabibus. ibid.
vocantur الخوارج. ibid.
item صدوقية, المعتزلة 255
Sale ſacrificia non condiebant Sabæi. 301.302
Salutem non ex lege eſſe, ſed ex gratia Dei, docent quidam Doctores Turcici. 587.&c.
alii homines per meritum, ſine lege & gratia ſervari docent ibid.
alii quemvis in ſua religione ſervari poſſe docent, quos propterea Turcæ hæreticos vocant. ib.
eam quidam Turcici Doctores ſine lege Muhammedis dari negant, ibid.
alii, non eam dari ſine Alkorano ib.
Sammaël eſt nomen Diaboli. 167
Samſon Arabibus Schamſcham dictus. 131
Samuelem Muhammedani Prophetam, Samaritani Magum & infidelem vocant. 92
Sanctitas in genere apud Turcas quanta, 491.&c.
in ſpecie de Monachorum ſanctitate, 465
Sanctitatem autorum religionis Pontificii Eccleſiæ notam faciunt. 491.492
idem faciunt Muhammedani. ibid.
Sanctuarium Occidentem versùs extruendum fuit. 302
Sanguinem edebant Sabæi. 303
ejus eſum prohibet Muhammed. 409
Saporis per Patricidem deſcripta liberatio. 164
Saraceni unde ſic dicti. 9

non

Digitized by Google

non dictos eſſe à Sara tribus argumentis probatur. 11
à Perſis religione differunt. 589
Saſan Perſarum Rex. 74
Sathanæ amicitiam diſſuadet Muhammed. 412
Saul cur in Alkorano Taluth dicatur 112
Scenitæ, Arabiæ deſertæ incolæ. 210
Schabur ſecundus Perſarum Rex. 162
cur Dulaktaph dictus. ibid.
Schabur, filius Hormoz, octavus Perſarum Rex. 168
Schabur tertius, decimus Perſarum Rex. 170
Schachicus ludus à quo inventus. 186
Schafæi ſunt hæretici inter Arabes. 552
Schamrachæi ſunt hæretici inter Arabes. 555
Schamſcham eſt Arabib. Samſon. 131
Scheich-Haidari novi Prophetæ dogmata, 598
Schiſmata Chriſtianorum apud Arabes notiſſima ſunt Jacobitarum. 345
Romanorum, ſeu Melkitarum. 348
Neſtorianorum. 349
Schiſmatici inter Arabes varii:
Hanifæi, Melkitæ. 550.551
Schafæi, Henbelitæ, Schamrachæi. 552.555.&c.
de Mutazalitis, Aſcharitis & Loquentibus συλλεγόμενα generalia ex Majmonide. 556.&c.
Ghahetæi, Aſcharitæ, Kadræi 569. 570
Ghabræi. 571
Dararæi. 573
Hamzæi. 574
Karmatæi. 575
Zindikæi. 579
Schoaib, Muhammedi Jethro dicitur, & cur. 78.&c.
Scortationem prohibent Arabes. 539
Scriptura ſacra. Quid de ea ſenſerint Sabæi. 265
quàm impia ſit vox Bellarm. dicentis teſtimonium ſcripturæ de ſe ipſa non plùs valere, quàm Alkorani teſtimonium de ſe ipſo. 97.98
Sectæ Muhammedicæ quædam ita comparatæ, ut ab una ad alteram facilis concedatur tranſitus. 555.556
Sedichaſi Thaumaturgus apud Muhammedanos. 474
Sem, Eberi avus, Arabum pater. 57
quomodo ei Pater, juxta Arabes, benedixerit. 37
Septem dormientes Arabibus dicuntur ذي الكهف ſocii ſpeluncæ. 59
Sethus unde ſic dictus, & quid de eo Muhammedani. 29
cur dictus Prophetarum pater. ibid.
eum in cultu Lunæ à ſententia Adami diſceſſiſſe ſtatuunt Sabæi. 284
ejus libros Sabæi jactant. 265
Sevaha idolum Arabicum. 234
Sinai eſt in Arabia Petræa. 209
Socinianorum parallelisſmus & Mumedanorum. 361
Sociniani hodierni, ſicut & veteres Samoſateniani, & Photiniani Arabibus الموحدين dicuntur. ib.
Sociniani Muhammediſmo hodie viam in Europâ ſtruunt. 362
Socinus ipſe cur perfidus dici mereatur? 362. Dogmata Socinianorum cum Turcis eadem. 362. Numinis τρισαγίου reverentiam in gratiam Turcarum excutiunt. 362
Eorum haud pauci, ad Muhammedaniſmum tranſeunt. 363
Ab iiſdem diſcrimen articulorum fundamentalium & non fundamentalium quæri cœptū eſt, ut tolerantiam generalem inveniant. 363
Generali ſyncretiſmo viam ſternunt.

Digitized by Google

munr. 363
Religionem communem ſtatuunt, per quam ſalutem liceat cujuscunq; ſectæ hominibus conſequi. 364
Vetus Teſtamentum à Judæis corruptum eſſe ſtatuunt. 364. ac propterea religionem Chriſtianam ex Vet. Teſt. non eſſe probandam. 365. & novo Teſtamento cum Muhammedanis tantum deferunt, quantũ cauſæ eorum expedit. 366. Præter ſcripturã aliud agnoſcunt principium, Rationem. 366. Hinc ſcripturæ ineptiſſimi utriq; ſunt interpretes. 367
Attributa Dei à Deo realiter differre docent. 368. imò rectiùs à Muhammedanis hac de re ſentitur. 369. Negant cultum adorationis Deo ſic proprium eſſe, ut in nullas cadat creaturas. Quod tamen Muhamedani cum aliis Anti-Trinitariis affirmant. 375. Negant Sociniani Trinitatis dogma in S. literis tradi. 376. idq; tanquam novitium concilii Niceni comentum traducunt. ibid. & 378. Chriſtum ab æterno genitum negant. 379. volúntque filium Dei λόγον dici tantùm officii temporarii ratione 381. Spiritum S. Deum eſſe negant. 382. Argumenta eorum è Muhammedis officinâ depromuntur. 384. capita cognitionis Dei utrinque manca & mutila ſunt, perfectiùs tamen à Muhamedanis quàm Socinianis traduntur. 386. Rectè eos Eccleſiæ Reformatæ rejicunt. 390.
Sol tempore crucifixionis obſcuratus fuit ab hora ſexta diei Veneris uſque ad horam nonam. 347
Solem Sabæi maximum Deum vocant. 266. 267
eum adoraturi Sabæi, ſe verſus Orientem vertunt. 302
Solomon. Quid de eo ſcripta Arabum habeant. 97
fabula de morte ejus ex Alkorano, Beidavi & Keſſæo. 98. 99
Sophus, vel Zophus qualis vox. 597
deſcendit à voce Arabica صوف ibid.
malè Genebrardus à שופט deducit. ibid.
Spem quibus dictis Arabes commendent 521
Stellas eſſe Deos dicunt Sabæi. 266
in eas poteſtatem veteres Arabes tribuerunt Dæmonibus. 237
Στοιχεῖα quid ſint. 289
Subditos Magiſtratui obedientiam debere, quibus dictis doceant Arabes. 529
Succeſſio apud Muhammedanos duplex, Doctorum, ſeu generalis, quæ Prophetiæ, & ſpecialis, quæ muneris. 464. 465
Succeſſio Epiſcoporum non poteſt eſſe nota veræ Eccleſiæ, quia eam Muhammedani maximè jactare poſſunt. 464
Suillam carnem prohibuit Muhammed. 409
eam certo quodam die edebant Sabæi. 299
Superbiam deteſtantur Arabes. 509
Syria. In eam profectus eſt Muhammed. 314
quidam illud negant, ſed refutantur. 318. 319
quid in illo itinere præſtiterit. 319

T.

Taciturnitatem quibus apophthegmatibus commendent Arabes. 527. 528
Taliha æmulus Muhammedis. 427
Taliſmarum autores qui. 244. &c. Vide, Tilſemæ.
Taliſmat quid. ibid.
Taluth cur in Alkorano Saul vocetur. 112
Tebucenſe prælium nono Hegiræ anno commiſſum. 446. 447
Τεκνοθυσία veteribus Arabibus tribuitur. 244

Tem-

Templum. Quàm in Templis ſuis devoti ſint Turcæ. 500
Templun Solomonis à Dæmonibus extructum fuiſſe aſſerunt Arabes. 100
cur in ejus ſtructura nulla inſtrumenta fabrilia adhibita. ibid.
Temud, cujus Alkoranus meminit, eſt Nimrod. 46
Teraphim Hebræorum ſunt Arabum Tilſemæ. 296
Vide, Tilſemæ.
fiebant certo tempore. ibid.
Thabeth Aethiopum Rex fuit. 54
Thammuz. Ritus lugendi eum. 271. 272
Theodoſius Bahram-Ghur in fugam vertit. 177
Θνητοψυχῖται hæretici ex Arabia oriundi quid docuerint. 340
Thuris magna copia in Arabia felici, ſeu Sabæa. 212
Tilſemat quid. 284
Tilſemarum fabrica & uſus. 288
Tilſemarum originem alii Sabæis, alii Apollonio Tyanæo tribuunt. 284.285
ſunt Hebræorum Teraphim. 296
id probatur,
1. Teraphim, ut Tilſemæ, nonniſi certe … e co… ciebantur.
2 Tilſemæ erant Dii av… runci, ita Teraphim. ibid.
aliquot Tilſemarum exempla ex Elmacino, Chronico Samaritano, Jacobo Juſto, Judæo, ex Ibn Chalican, & ex Seldeno. 289. &c.
Tribus certas habent Arabes. 205
Tropæa & anathemata creaturis conſecrantes Perſas imitantur Pontificii. 177
Turcæ dicti à ترك, & cur. 37
eorum Regis Chakan vocantur. 175
Turcicorum Doctorum diſſenſiones. 487
Tus quartus Perſarum Rex. 165
Tzamuihar dicuntur Monachi quidam Turcici, perpetuum ſilentium obſervantes. 496

V.

Varanes eſt Bahram Perſarum Rex. 168
Venus dicitur Cabar, & cur. 229
Venerem etiamnum colere dicuntur Arabes. 233
ejus idolum venerabantur Koreiſchitæ. 229
Veneris dies Arabibus dicitur جمعة. 3
Vinum prohibet Muhammed. 411
Vitam futuram Mundo præferendam eſſe, docet Muhammed. ib.
Vitia deteſtantur Arabes. 532, 540
Vodda eſt idolum Arabicum. 234

X.

Xerxes aliâs Iſphandiar dicitur. 74

Z.

Zachariæ miſſio deſcribitur. 130
Imran eſt ejus, juxta Arabes coætaneus. 129.130
ejus hiſtoria ex Alkorano. 128
de eo malè ſcribunt Arabes. 107
Zalech eſt Peleg. 44.45
Zarduſt Perſis, Græcis Ζωροάστρης. 586
Zeinaba Judæa Muhammedem veneno necare cogitat. 445
Zindikæi ſunt Sadducæi. 581
eorum principes ſub Abbaſidarum imperio. 579
Zopus, vide, Sophus.
Zoroaſter Muhammedanis dicitur Zerdaſt. 586

FINIS.

FINE

Digitized by Google

LEGATORIA
R. SALV...
Digitized by Google